# DECISIONES FORI FIVIZANEN.

## ALIORVMQ. INSIGNIVM LOCORVM PEREGRINAE, ET AMABILES.

*BORGNINO CAVALCANO*
*Aduocato FiuiZanense, Episcopatusq́; Papiæ Vicario Generale, Authore.*

## Secunda Pars.

Nunc Secundò in lucem æditæ, atque ab innumeris erroribus expurgatæ.









*VENETIIS,*

*Ex Officina Dominici Farrei. MDLXXXVI.*

Del S. Gio: Batta Stelluti

# AD LECTOREM.

IN animum in duxi meum Decisiones Fori Fiuizanensis, aliorumq́; insignium locorum, sub Titulis de IVDICIIS, CONTRACTIBVS, VLTIMIS VOLVNTATIBVS, ET DELICTIS in lucem ædere, & in vnum corpus, et volumen redigere; verum quia magna fuit copia scribendi, & materia Decisionum practicabilis valdè, et perutilis, operæpretium fuit omnia copiosè, distinctè, & diligenter pertractare, et in breue Decisionum numero numerosos inserere casus. Adeo quòd opus magnum nimis in Tres diuidere partes coactus fui, et ideo hanc secundam composui partem, in qua benigne Lector multa ad praxim spectantia inuenire poteris. Aliam Tertiam partem iam cæptam breui tempore in lucem ædere curabo. Cum Repertorio plenario istius secundæ partis. Fac igitur, vt hylari animo perlegas, vtilia retineas, superflua reseces. Altissimiq́; nomini dabis gloriam.

## AD BORGNINVM CAVALCANVM FIVIZAN. Epiſcopi Ticinen. Vicarium ornatiſſimum.

*TE Deus in terras Cęlo demiſit ab alto,*
*Vt legum fieres gloria, lumen, honos.*
*Felix es nimium, decies, decieſque beatus;*
*Felix, quem ſapiens fons Heliconis amat.*
*Quem Charites habuere Sinu; Natura benigna,*
*Quem merito cunctis dotibus excoluit.*
*Te decorat probitas, pietas, vtriuſque, fideſque,*
*Te celebrat Muſis pulcher Apollo ſuis.*

## AD EVNDEM.

*HIC hic Borgninus totius gloria ſecli:*
*Hic hic eſt legum ſplendor, & omne Decus.*
*Hic hic eſt fulgor, tutum virtutis Aſyllum:*
*Hic hic eſt Cicero, Maximus, atque Maro.*
*Hic hic integritas vitæ probitatis Alumnus,*
*Hic hic, quem merito docta Minerua beat,*
*Eſt hic Borgninus Cœleſti ſede profectus:*
*Hic patrem Carolum legibus ipſe refert.*

## AD CAROLVM NANTAM CAVALCANVM Authoris Patrem iam diem functum.

*CAROLE, cui legum, Canonumque repoſta patebant*
*Senſa, quid ereptum te, & fera fata doles?*
*Haud totus moreris: magnaque ex parte ſuperſtes*
*Borgnini nati in pectore viuis adhuc:*
*Magnaque Cæſarei, ſacrique peritia iuris*
*Iam tua, in hæredem continuata manet.*
*Gaude ſorte tua: cœlo lętare beatus:*
*Exornat terras Filius: Aſtra Pater.*

IN

# IN AVCTORIS
## LAVDEM HEXASTICON
### IO. PETRI CONTENII I. C.
*ET LECTORIS PAPIENSIS.*

*BORGNINE æquarum cultor Sanctissime legum,*
*Recti Monstrator, pieridumq; decus,*
*Exponis vigilans iuris tu fœdera Sancti;*
*Clamosas lites, tristia bella fugas,*
*Te Duce iustitiam cuncti seruare salubrem*
*Discunt, et pactam tempus in omne fidem,*

*In eundem.*

*Carmine Borgninus docti est celebrandus Homeri,*
*Leges non cessat reddere conspicuas.*
*Borgninum canat omne genus iuuenumq; senumq;,*
*Eximias laudes dulcia plectra sonant.*
*Perpetuò dignus tranquilla vt luce fruatur,*
*Mirare è viuis quem sua Musa vetat,*

*De eodem.*

*Munera* BORGNINVS *tradit tibi nata secundò*
*Lector, queis leges, Iuraq́ cuncta nitent.*
*Non Tagus aurifluus, Cræsi hæc non gaza superbi*
*Aequat, Pactoli nec radiantis aquæ.*
BORGNINVS *tetricis te erroribus explicat, omnes*
*Dispellens tenebras legibus ore sacro.*

# EX ARGVMENTIS DECISIONVM D. BORGNINI CAVALCANI IN SECVNDA PARTE DE CONTRACTIBVS.

## INDEX.

Ecclesia

E



F



pigno-

in

agna-

F I N I S.

# RVBRICAE EARVM QVAE IN hac Secunda Parte Decisionum continentur hic describuntur.



DE CON-

# DE CONTRACTIBVS

## DECISIO PRIMA.

### ARGVMENTVM.

Contractus celebratus sub nomine venditionis, vel insoluti cum pacto de non reemendo nisi intra certum tempus, & quod postea possit reemi cum modicitate pretij, & clausulis insolitis a debitore non habente ad manus pecunias pro soluendo eius debitum dicitur vsurarius, illicitus, & pignoratitius, & fructus compensantur cũ sorte.

Contractus venditionis, & insoluti quando dicatur licitus, & quando fęneratitius, & pignoratitius hic diserte tractatur.

Cambia sicca, & non realia sunt illicita, & vsuraria, & attendi non debent.

### SVMMARIVM.

1 *VSVRA dicitur nequissima.*

2 *Vsura dicitur furtum, & rapina, & insimul æquiparatur. nume. 3.*

4 *Vsura est ab omni iure diuino, naturali, canonico, & ciuili reprobata.*

5 *Vsurarius, si credit vsuram non esse peccatum est hæreticus, si credit, est prædo, siue credit, siue non, est similis lapros[o].*

6 *Vsurarius est similis vermiculo ligni rodens patrimonium, sicut vermiculus lignum, & qui ore lignis, & stringit sicut scorpio, & sicut leo famelicus semper quærit, quem deuoret.*

7 *Contractus vsurarius debet ad minus conuinci tribus cõiecturis vrgentissimis: quę, a iure, & a Doctoribus admittuntur ex communi.*

8 *Pactum de retrouendendo. Paruitas pretij: & solitus fęnerari requiruntur, ad conuincendum contractum vsurarium ex communiori, & num. 71.*

9 *Pactum de retrouendendo, paruitas pretij: et solitus fænerari nominentur frequentius a Doctoribus per modum exempli, & non restrictionis, & limitationis. & numero 10. & 11.*

12 *Ratio eadem, vbi militat, aut fortior secundum regulas iuris, & ibidem ius esse debet, & fit extensio, ad similes casus. nu. 13.*

14 *Verba in dubio censentur prolata potius demonstratiuè quam restrictiuè.*

15 *Exempla non restringunt regulam, sed illam ampliant.*

16 *Pactum de retrouendendo simpliciter prolatum admittitur a iure ex communi, & operatur diminutionem prætij. nume. 25. & 28. fallit, si cum eo concurrunt aliæ præsumptiones, & coniecturæ simulationis. nu. 17. & præsumptionem simulationis facit.*

18 *Solitus fęnerari probatur ex pluribus instrumentis similibus ipsius fęneratoris in iudicio productis.*

19 *Notorium dicitur quod ex actis fit & quod per decem testes probatur. nu. 39.*

20 *Instrumentum locationis, seu inuestituræ simplicis ficti probat inter partes.*

21 *Valor bonorum dignoscitur, ex redditu 20. annorum.*

22 *Mutatio valoris, non præsumitur ex breuitate temporis, & contrarium allegantiincumbit onus probandi. nu. 24.*

23 *Accidens non præsumitur.*

26 *Seruitus rei vendita diminuit prætium arbitrio Iudicis regulandum.*

27 *Res vendita non minus ualet iusto prætio, quando*

*quando retractatur simulatione probata ex tribus coniecturis.*

30 *Duo specialia insimul concurrere non possunt in eodem subiecto.*

31 *Dominus directus, & non dominus vtilis potest bona alienare.*

32 *Arbitrium iudicis debet regulari a lege.*

33 *Parum, seu minimum est a iure taxatum in libris decem, aut duodecim. nu. 34.*

35 *Minor numerus inest in maiori.*

*Testes probantes de decem, & de duodecim videntur probare de octo omnes.*

36 *Testes deponentes rem aliquam tantum vendi, & emi publicè, aut communiter probat, & quomodo.*

37 *Testes dicentes habere notitiam de dictis bonis, vt vicini dicuntur melius informati, & melius probant. nu. 64.*

38 *Fides tota testiũ in arbitrio Iudicis residet.*

39 *Testes in numero decem deponẽtes super re, & eius communi æstimatione, licet vniformem rationem non reddant, maximè in materia vsuræ, illam notoriam faciunt, & probant.*

40 *Ex diuersis non bene infertur.*

41 *Testes dicentes, ita audiui publicè dici, aut ita audiui communiter dici idem probant.*

42 *Verba publicè, & communiter sunt sinonyma nomina idem significantia, & quando non. num. 43.*

44 *Vsurarius conuictus non est audiendus, sed repellendus a iudicio, multo magis testes per eum producti.*

45 *Destructo principali fundamento omnia super eo ædificata corruũt, & inane redditur.*

46 *Testis deponens de auditu alieno non probat: fallit nu. 56.*

47 *Testibus non creditur, quorum repelluntur authores.*

48 *Testis deponens super re ad eius commodum non probat.*

49 *Testis conuictus ex alijs de sua taciturnitate veritatis non probat, cum habeat præsumptionem falsitatis contra se.*

50 *Negotiorum gestorum testis pro domino non probat.*

52 *Socius bonorum pro socio non probat super re communi.*

53 *Testis deponens per verbum credit, non probat: fallit nu. 56 & 57.*

54 *Testis qui uidit, & legit capitula, & dicit scire tenorem eorum ante eorum examen, dicitur suspectus, & non probat.*

55 *Testes deponentes per eundem sermonem, & eadem uerba præcisa non carent subornationis suspicione, & non probant. nu. 58.*

59 *Testes ultra duo, licet deponant per eundem sermonem probant, quia numerus supplet: contrarium verius. nu. 60.*

61 *Testes verosimilia deponentes, cæteris præualent.*

62 *Testes deponentes de minori, & alij de maiori summa sunt concordes omnes in minori.*

63 *Testes plures, & minores numero, in pari probatione præferũtur cæteris, & quomodo.*

*Paruitas pretij: in pacto de retrouendendo, cum pacto de plus soluendo, seu alijs coniecturis, sufficit in octaua parte ex communi, & etiam in minima, & uili parte. numero 66. 74.*

67 *Probatio semiplena sufficit in materia simulationis, & usuræ: fallit in alia materia. num. 68.*

69 *Probatio dubia non releuat probantem.*

70 *Pactum de retrouendendo, paruitas pretij: & solitus fœnerari, quando simul concurrunt probant contractum fœneratitium.*

72 *Pactum negatiuum, de non redimendo termino nouem annorum post pactum de retrouendendo, significat pignus, & usuram: imo est usura. nu. 73.*

74 *Pactum de plus soluendo ultra ueram sortem significat præsumptionem fœnoris.*

75 *Pactum redimendi post pecuniam deterioratam, donec tempus eius valutæ reuertatur, facit præsumptionem usuræ.*

79 *Vnusquisque est moderator, & arbiter in re sua.*

77 *Pactum, quod venditor non possit tempore redimendi alteri contractum de re uendita facere, significat usuram.*

78 *Pacta negatiua posita ad commodum emptoris indicant eo magis præsumptionem usuræ.*

79 *Narratio instrumenti probata per modum causæ probat inter partes.*

80 *Contractus primus, & non secundus in executione primi factus consideratur. num. 81. & 82.*

83 *Mutuo dantes, nihil inde sperantes.*

84 *Bona fama probata elidit aliam præsumptionem. nu 6.*

85 *Probatio specialis præfertur probationi generali.*

86 *Præsumptio in specie, tollit præsumptionem in genere.*

87 *Sermones in generali sunt faciliores, in particulari ueriores.*

*Iura-*

88 *Iuramentum in instrumento appositum ligat partes ad obseruandum. fallit nu. 89.*
90 *Contractus uenditionis, & dationis insolutũ est licitus, & inspecta eius forma, talis indicatur. fallit nu. 94.*
91 *Contractus qui potest interpretari in bonam partem non debet in dubio interpretari in malam. fallit nu. 102. & seq.*
92 *Nobilis est præsumptio quod contractus in dubio interpretatur, potius in bonam quàm in malam.*
93 *Ad Iudicem spectat interpretari contractum in æquiorem partem.*
94 *Forma contractus non attenditur quando constat de eius effectu in contrarium. & nume. 96.*
95 *Res gesta potior, quam scriptura attenditur.*
97 *Pignus iudicatur ex pacto de retrouẽdendo, maximè quando res fuit antecessorum uenditoris.*
98 *Nulla est melior probatio quam propria oris confessio.*
99 *In claris non cadit quæstio iuris.*
100 *Datio insolutum uoluntariè, & extraiudicialiter facta est similis uenditioni: fallit in datione insolutum iudicialiter data. n. 101.*
102 *Contractus, ne dum in claris, sed etiam in dubio in materia usuræ, potius illicitus, quã licitus iudicandus est.*
103 *Vtilitas animæ, potius est præferenda etiam utilitati publicæ, quam detrimentum bursale, & ratio ibi nu. 104. & 105. & 110.*
106 *Ius Canonicum in causis ecclesiasticis iuri ciuili præualet.*
107 *Contractus in dubio ubi tractat de damno euitando potius est iudicandus licitus, quã illicitus. fallit quando agitur de lucro captando.*
108 *Vsurarius uti malæfidei possessor tenetur ad restitutionem rerum, & fructuum ultra sortem perceptorum, & nu. 109.*
110 *Hæres litigans, post instrumenta producta ab actore rem claràm probantia, uti temerarius litigans condemnari debet in expensis.*

## DECISIO XLVII.

QVONIAM in prima Decisione primæ partis fuit tractatum de captura, & relaxatione corporis hominis propter debita non soluta; Bene conueniens fuit, & erat in hac prima Decisione istius secundæ partis tractare de captura, & liberatione animæ, quæ est Nobilior corpore, propter illicitas pactiones, & instrumenta velata, quæ sapiunt vsurariã prauitatem, ut contrahere habens sciat reprobare malum, & eligere bonum; Nã quid prodesset homini totum mundum lucrari, si anima sua postea detrimentum patiatur in inferno, ubi nulla est redemptio? uerum quia pluries consului, & iudicaui in hac usuraria prauitate, & in præsentiarum Doctissimus Dom. Dionysius frater meus consuluit, & aduocauit in causa pulcherrima, & ardua ad fauorem Illustr. Comitis Ioannis de Verme Comitis, & D. Bobbij, & reportauit sententiam in fauorem * mihi uisum fuit de verbo ad uerbum transcribere eius consilium, & addere nonnulla alia necessaria ad hoc, vt benignus Lector amplã habeat unitam materiam contractuum Fæneratitiorum ad maiorem eius intelligentiam, & satisfactionem, prout etiam in 2. 3. 13. 4. 24. & 31. apparet. Cuius consilij, & decisionis uerba sunt hæc.

Præmitto pro intelligentia istius decisionis. Qualiter M. Ill. D. Comes Ioannes de Verme: die 8. mensis Maij 1559. inuestiuit nomine simplicis ficti. D. Ludouicum Glussianum Mediolanensem de omnibus suis bonis immobilibus, & iuribus sibi spectantibus, sub quibusuis nomine, & cohærentiis nominentur in loco & territorio Bilegnij pro annis tribus proximè futuris, & pro fictu, & redditu cuiuslibet anni librarum quatuor mille quingentorum simplicium bonæ monetæ, prout latius in dicto instrumento.

Item præmitto etiam, qualiter postea die ultimo mensis Octobris 1561. Idem Illust. D. Comes, cum esset debitor dicti D. Ludouici Glussiani de scutis decem mille solutis per eum pluribus creditoribus eius dẽ M. Ill. D. Co. in pluribus uicibus, & Qui M. Ill. D. Co. cum non haberet modum satisfaciendi prædictum D. Ludouicum in pecunia numerata eidem dedit insolutum nominatiue omnia, & quæcunque bona sua, & iura, duo Molendina, quorum alterum citra, alterum uerò ultra flumen Tidoni, Domos, Prata, iurisdictiones, & alia eidem D. Venditori competentia, & spectantia, & cõpetitura, & spectatura etiam cum medietate, seu portione suæ iurisdictionis in dicto territorio, & iurisdictione Bilegnij, sub

quibusuis cohærentiis terminentur, & quibusuis nominibus nominentur, & nuncupentur, & omnes redditus, præheminentiã, iura aquartandi, & decimandi in prædicto loco Bilegnii, ac omnia auantagia, & alia honoraria eidem D. Venditori dari solita, & consueta, ac locum, & Territorium Casæ nouæ, Carbonariæ Castrozani, & prædaliç, ac Domos Comaschi, Varisij, & unum Sedimen situm in loco pianelli sub suis cohærentiis, cum uasis a vino, & aliis mobilibus, & utensilibus de legnamine in eo sedimine existentibus donec, & usquequo præfatus D. Venditor redimeret suprascripta bona: cum his tamen (inter alia) pactis appositis in dicto instrumento de quibus infra. Primo cum pacto de retrouendendo suprascripta bona termino decem, & octo annorum proximè futurorum. Secundo pacto negatiuo eidem primo apposito, videlicet, dummodo præfatus M Ill. D. Com. non redimat dicta bona termino nouem annorum.

Tertio alio pacto negatiuo, quod D. Ludouicus emptor non teneatur retrouendere dicta bona eidem D. venditori, nisi tempore redimendi sibi vna cum sorte principali soluere libras quatuor mille imperialium pro tot creditoribus suis limitatis in loco Bilegnii, & accipiendis per D. venditorem, vsque ad dictam summam.

Quarto alio pacto negatiuo, quod idẽ D. venditor non possit offerre pecunias ꝓ redimendo dicta bona tempore abbatimenti pecuniarum, vel numerationis abbatimenti, sed tale tempus stet in suspenso.

Quinto alio pacto negatiuo, quod idem D. vẽditor non possit alteri aliquod instrumentum facere de dictis bonis in preiudicium præsentis instrumenti, & ubi fieret, quod esset nullum, & ita partes iurarunt obseruantiam.

Pręmitto etiam, qualiter de anno 1578. Idem D. uenditor, seu eius nomine eius legitimus procurator præmissa, & obtenta prius habitatione a iuramento eaq; in actis producta, coram Mul. R. Do. Iudice ecclesiastico curiæ Archiepiscopi Mediolani, mouit iudicium contra, & aduersus hæredes dicti olim D. Ludouici emptoris petendo dictum contractum vti fęneratitium declarari nullum, nec non condemnari reos conuentos ad restitutionem dictorum bonorum Bilegnii, & fructuum, ultra, ueram sortem perceptorum, eidem D. venditori, seu eius procuratori dicto nomine.

Præmittoq; ẽt, quod sicuti hic agitur de
1 tegẽda usura, quæ † dicitur nequissima, c. si
cert. bene. & ibi Archid. 47. dist. & Bal. in cõ
si. 443. ius naturale, col. fi. nu. 9. lib. 3. & quę
2 dicitur † furtũ, & rapina, ut per Bal. in l. cũ
oportet, col. 2. in prin. versic. modo quæro,
quid si ex pecunia, C. de bon. quæ lib. & quæ
3 ista † ĩsimul ęquiparentur, c. si quis usuram,
14. q. 4. & per Spec. tit. de for. §. 2. versi. quid
de causa vsurarũ, & quæ est ab omni iure
4 † diuino, naturali, canonico, & ciuili reprobata, c. super eo, & c. consuluit, de usu. Corne. consi. 146. in princi. lib. 4. & pulchre per Rot. Pedamon. decis. 137. nu. 6. Idcirco sciẽdum est, quod omnis usurarius est similis hæretico, imò dicitur hereticus, quia si credit usuram non esse peccatum, est talis; sed credit esse peccatum, est prædo, vt dixi sup. nu. 2. Item siue credit, siue † non est similis læproso. Qui per morbi contagium alios afficit, & ideo vsurarii sunt læprosi, & de sanorum consortio debent expelli, quia mali mores de rebus publicis sunt extirpandi, i-
6 ta de prædictis notauit Bald. in d. cons. 443. nu. 2. li. 3. & in nu. 8. dicit, quod † vsurarius est similis vermiculo ligni, quia vermiculus ad factum apparet lenis, sed dentes habet ita durissimos, quod omne lignũ rodit, & deuorat, ita usurarius est vermis patrimonium rodens, & quamuis naturaliter eueniat, quod maiora facinora animus detestetur. Tñ in vsurario est cõtrarium. Quia quantò maiores usuræ, tãto dulciores sunt, & sicut ignis comburit in infinitum si combustibile haberet sibi approximatũ, ita vsurarius tanquàm os inferni deuorat, & rodit quanto plus habet in Marsupio, & maximè lædit, cum non sentitur, & idem Bal. vbi supra, n. 11. dicit quod vsurarius ore lingit, & stringit, sicut scorpio, & sicut leo famelicus, semper quærit, quem deuoret. & in consi. 435. vol. 4. dicit, tales contractus bifurcati non sunt mundi a lepra peccati vsurarũ quem refert Purp. consi. 505. nu 1. vol. 2. & Decian. in consi. 105. nu. 32. vol. 2. car. 674. dicit, quod est talis contractus cadauer sine anima, & corpus sine spiritu, & quod non potest appellari contractus.

Præmittoque etiam, quod ad cognoscẽdum usurarium, & conuincendum eius contractum esse fæneraticium, prout in casu isto, opus est illum probare ad minus tribus coniecturis vrgentissimis, & quæ ad-

mit-

mittuntur à iure.c.ad nostrā.extra de emp. & uendit.& c.illo vos extra de pigno.& ibi cõiter Docto.Cast.in cons.74. in causa mota.sub nu.2.versi.sed in simulat.lib 2.& cõmunem esse opinionē dicit Imol.in d.c.illo vos. in vlt.notabili.extra. de pign. & eā tenuit in legendo,& consulēdo, & esse cōem dicit Bero.in cons.165.Quid iuris sit. col.2. num.6.lib.1.& q̃ communem, & ab omnibus esse approbatā, dicit Grat. in cons.11. nu.15.lib.2.& Roland. à Valle eam sequitur in consilio 40.nu.22.libro secundo. Licet multi alij tenuerunt duas solum sufficere coniecturas concludentes, ut dicit Paris. cons.54.nu.61.62. uol.1. ubi dicit cōem, & Gramati.Decisio.70.nu.29.& seq.vbi dicit magis communē,idē dicit Decij cons.692. nu.2.& sequ & magis cōmunē, & ita fuisse Ferrariæ ēt iudicatum,dicit Hippo.Rimin. cons.218.nu.108.& seq. uol.2. late Decian. cōs.105.nu.1.& seq uol.2.Tñ ista corū opinio procedere posset,qñ adesse pactum negatiuum,uel læsio ultra tertiam partē,& sic in magna quātitate,ut sentit ēt Burs. cons. 153.nu.31.32.33.uol.2.& p totū,Decian.cōsi.2.nu.17.18.vol.1.car.61.cons.105.nu.21. uol.2.& nu.28.Craue.cons.491. nu.10.vol. 3.cons.284.& nu.13.nu.25.& 26.aliàs tenerem illā opinionē,q̄ tres coniecturę requirerentur,ut dicit Neuizan.consi.88.nu.1.& 2.& Deci.cons.309.nu.5.& 6.ubi dicūt magis communē, & q̄ ita ēt in conspectu Dei iudicarent.& Cæpol. de simul. contract. in sexto casu.princ.nu.99.& seq.cart.180.Bursa.dicto cons.153.nu.33.& 34.uol.2.Deciā. consi.2.nu.15.vol.1.car.60.

Modo non habet obstare, quod à Doct.frequētius nominentur illæ tres coniecturæ, uidelicet † pactum de retrouendendo, paruitas pretij,& solitus fænerari,q̃ aliæ tres coniecturæ ad conuincendum dictū contractū esse fæneratitium,adeo q̄ uidetur asseuerādū, q̄ si illę tres coniecturæ nō concurrūt dici non possit dictum contractum esse fæneratitium,ut per Boer.Decis.102.num.3. ex communiori.Quia respondetur(& est sanè aduertendum) q̄ Doctores nō nomināt illas tres coniecturas frequētius q̃ aliàs tres, per modū † limitationis, & restrictionis, ut semper,& necessario illęmet tres adesse debeant ad conuincendum dictum contractum fæneratitium. Sed bene illas frequētius nominant per modum exempli,& demonstrationis,ut ad minus adsint tres coniecturæ ad conuincendum contractum usurarium.d.ca.ad nostrā, extra de empt.& vendit.& ut ibi est uidere Docto.& Imol.in d.c.illo uos d.vltimo notabili, ubi de communi cū simil. supra allegatis, nu.7. & fecit Cæpol.in suo tract.de simul.contra.ubi plures præsumptiones enumerat,ex quibus dignosci potest illa tria non semp requiri,qñ illa deficiunt,& alia æquiualentia in numero triū reperiuntur, quia aliàs esset superuacaneum,tot,& tantas præsumptiones allegare,ex quibus conuinci posset contract⁹ fæneratitius. Ideo D.Laur.de Pin. in d.c.illo vos, dixit † considerandas esse plures p̄sumptiones, quæ possunt occurrere,quia si p̄dicta tria, uidelicet pactum de retrouendendo,paruitas pretij,& solitus fęnerari cōcurrunt,sufficit, & in hoc cōiter canonistæ concurrūt. Si uerò non interuenerint, sed alia æquiualentia, uel magis apertè fraudē detegentia † ēt sufficit,& Fel. in c.si cautio col.1.de fid.instr. post Laur.de Rodulph. in tract. de vsur.q.60.dixit,q̄ hodie,cū sit difficillimū ꝓbare contractū fraudulētū ex coniecturis,& p̄sumptionibus iuris, q̄a illæ tā sunt notę, q̄ facilè per usurarios calidos cōtrahentes euitantur, recurrendū est hodie ad alias similes coniecturas,& præsumptiones,& Grat.d.cons.11.nu.15.versicu. & licet lib.2.dixit,q̄ licet Doct. loquuntur in coniecturis supra nominatis? Nihilominus eorū conclusio procedit, si aliæ tres coniecturæ interuenerint,q̃ à lege & à Doctor.considerantur ad conuincendū vsurā,in quibus † militant eadē ratio & ēt fortior,q̃ in supradictis,ergo idē ius militare debet l.à titio.ff.de verb.oblig.l.illud.ff.ad leg. Aquil. §.duorū,Auth.de nupt § cū aut instit.quib. mod.ius patr.potest solui.glos.in ca si post quā,de electio.& Port. Imolē.in con s 1.nu. 33.& ratio est, quia † iura laborant in conuincenda prauitate usurarum, adeo quod recedunt à regulis iuris, ergo fortius fit extensio ad similes casus,& in quibus militat eadem ratio, imo maior, quod est secundum regulas iuris. l. gallus §. & quid si tantum.ff.de lib. & posthum.l.si verò.§.de viro. ff. de solut. Matrimo. idem tenet Bero. in dicto consilio. 165.numero. 7.lib.1. & p̄dicta cōclusio ēt ꝓcedit in dubio,qđ illæ tres cōiecturæ notaiæ à Doctorum essent adductæ per modum exempli, & demōstrationis,& nō limitationis seu restrictionis. Quia † verba in dubio censentur

sentur prolata potius demóstratiuè, quàm restrictiuè, ita est tex. in l. fi. §. Titia. ff. de libe. lega. Sequitur Paris. in cons. 92. num. 42. lib. 1. & Crau. cons. 301. nu. 6. lib. 1. & quia
15 † exempla non restringunt regulam, sed illam ampliant. l. regula. §. fina. ff. de iur. & fac. igno. Cast. in d. cons. 74. sub nu. 2. eod. li. 2. & faciunt quæ dixi in meo trac. de vsufr. mulie. reli. sub nu. 95. vers. & quando legitima est Semis. car. 469. & Hiero. Gab. cons. 29. col. 2. car. 39. & quod aliæ similes cōiecturæ a Doctoribus approbatæ sufficiant. no. Crau. cons. 156. nu. 17. vol. 1. Rim. sen. cōsi. 629. col. 1. volu. 4. Ang. de Gambilio. cōs. 116. nu. 18. car. 444. Alex. de Neuo cons. 95. nu. 21. Natta cons. 198. nu. 19. & 20. in fi. uolu. 1. car. 442. & Tibe. Decia. cons. 105. n. 29. uol. 2. car. 674. sentit Pau. de Cas. cons. 306. col. 3. uol. 2. Crau. d. cons. 491. nu. 15. & 26. vol. 3. car. 285. Vnde in casu præsentis articuli: nedum concurrunt illæ tres coniecturæ a Doct. frequentius nominatæ: videlicet pactum de retrouendendo, paruitas pretij, & solitus fænerari, uerum etiam aliæ plures similes eandem rationem, uel fortiorē habentes, de quibus infra nu. 72. cum pluribus sequentibus sigillatim demonstrabo: sicut modo, de primis tribus in specie dicā.

Prima igitur præsumptio simulationis, seu fænoris istius contractus, est pactum de retrouendendo in instrumento positū ibi, termino decem, & octo annorum. Quod
16 pactum † licet de per se nō arguat pignus, & fænus, quia a iure communi admissum ē iuxta communem sententiam Doctorū in l. 2. C. de pact. inter emp. & uen. Tiraq. de retrac. cōue. in p̄fa n. 2. & 3. vbi late, & magis cōmunē dicit Ale. ī cōs. 109. col. fi. in fi. li. 4.
17 Attñ cōis, & magis † cōis opinio fallit, qñ concurrunt cum d. cto pacto de retrouendēdo aliæ coniecturæ simulationis, quia tunc mutat eius primæuam naturam, & præsumptionem fænoris facit, & significat d. c. ad nostram. extra de empt. & uendi. & d. c. illo uos. extra de pig. & ita tenet Alex. cons. præcitato 109. in fine in casu nostro, concurrūt aliæ coniecturæ fænus denotantes, de quibus dicam infra n. 72. & sequentib. merito.

Secunda præsumptio fęnoris, quæ scaturit ex processu est, quod emptor sit solitus, & consuetus fænerari, & sic similes cōtractus facere. & ita probatur per plura instrumenta similia aliis facta per dictum emptorem in actis exhibita. Cepol. d. tracta. de simul. in vigesimasecunda pręsumptione. nu. 70. & 71. Bal. consi. 3. in fi. vol. 3. Rol. consil.
18 96. nu. 41. † & nu. 67. uol. 2. Rom. cons. 328. nu. 5. cons. 423. nu. 11. & Buis. cons. 153. n. 39. uol. 2. ubi declarat quando dicatur quid fieri consuetum, & solitum. Craue. cons. 491. nu. 12. uol. 3. car. 285. ex quibus instrumētis optime probatur quem esse solitum, & consuetum fęnerari c. quoniam de testib. sequitur Rot. Pedem. decis. 72. nu. 3. car. 276. & ex prædictis actis & instrumētis etiam dicitur talem emptorem esse notorium fæneratorem, cum † notorium sit ex actis, & instru-
19 mentis Bal. in cap. 1. §. iudices. col. 4. de pace iur. firm. Dec. in c. ex insinuatione. nu. 7. de appel. sequitur Marsi. consil. 64. sub nu. 65. lib. 1. Decia. cons. 10. nu. 77. & nu. 69. cons. 2. nu. 96. uol. 1. & cons. 51. nu. 37. uol. 3.

Tertia præsumptio est paruitas pretij ꝓbata ex pluribus, licet non requirebatur necessario probari in hac materia fænoris p̄sentis articuli, prout infra clarè ostendam, nu. 70. vers. octauo dato. Primo igitur hæc paruitas pretij, ex parte D. venditoris, dicitur probata ex fructibus, seu redditibus annuis dictorum bonorum: ex instrumento inuestituræ simplicis ficti facto per D. uenditorem d. D. emptori usq; ad anno 1559. pro fictu cuiuslibet anni librarum quatuor mille, & quingentorum, de quo præmisi in
20 principio, quod quidem † instrumentum inter partes bene probat, ut per Bar. & Ias. in l. 1. ff. de no. ope. nun. tradit Dec. in cons. 36. nu. 2. Alex. cons. 62. lib. 7. & pulchrè per Lanfran. in c. quoniam contra. uers. instrumentorum productio. nu. 8. de proba. tetigi supra decis. 44. n. 44. in 1. par. car. 638. Adeo quod non teneretur illud exhibere a principio parti, cum non possit prætendere ignorantiam, licèt de eo fecisset mentionem in libello, & pars peteręt copiam ad deliberādum. Bal. in l. 2. ff. de edendo. Alex. cōs. 206. nu. 7. & 8. uol. 7. Neuiz. cons. 93. nu. 15. practi. Pap. in for. opposi. contra instrumentū, in gl. cum anno, nume. 7. Deci. cons. 302. &
21 † ualor dictorū bonorum optimè dignoscitur ex redditibus, annuis uiginti annorū. ita est gl. in uerbo, iuxta. in auth. pręterea. C. de sac. san. eccl. & est tex. expressus in authen. de non alienand. & permutan. § quia uero leonis, il primo, uers. si uero alicuius. Guid. Pap. sing. 938. Affli. decis. 284. in fi. tetigi supra decis. 35. nu. 24. in 1. par. Tibe. Decia. cons. 2. nu. 174. uol. 1. cons. 32. nu. 68. uolu. 2.

E

la.2.Crau.consi.813.nu.4.uol.5.&precipue procedit in hac materia fœnoris, ut in terminis dicit Rim.sen.in cons. 229.nu.10.lib. 4.& Corne.cons.346.vol.1.cum pretiū conuentum inter partes præsumitur iustū.Bal. in l.per diuersas,nu.8.C.mand. Nat.consi. 600.nu.8.uol.4.dixi in trac. de tut.& cura. nu.263.car.249.in 1 par. & dictus ualor dictorum bonorum in viginti annis ad rationem dictarum librarum quatuor mille, & quingentum pro singulo anno, est librarū nonaginta Imperialium, quæ sunt aurei quindecim mille,&in summa dictorū scutorum quindecim mille,dicitur optimè probata dicta paruitas pretii,quæ (ubi non adsint aliæ coniecturæ, nisi supra nominatæ) etiam restringitur,citra dimidium,in quarta,seu tertia parte,vt per Fran.Bursa. in cō si 117.nu.4.lib.1.cons.153.nu.32.&33.uol. 2.Cæpol.de simul.contrac. in uerbo,uerū. quia col.3.nu.111.in fi.& nu seq. Soci.iun. cons.104.nu.3.& seq.uol.3.pulchrè Crau.d. cons.491.nu.13.& 14.uolu.3. Et tertia pars scutorum decem mille ueræ sortis solutorum,est scutorum trium mille, & trecentū triginta trium,&librarum duarum.quibus adiectis,seu cumulatis, ueræ sorti dictorū scutorum decem mille, sunt in totum tresdecim mille,& trecentum triginta trium, & librarum duarum,& a dicta summa usq; ad complementum summæ scutorū quindecim mille,adhuc super sunt aurei mille, & sexcētum sexagintasex,& libræ quatuor. ergo dicta paruitas pretii nedum in quarta & tertia parte dicitur probata, uerum etiā ualdè ultra ex supradictis. Nec aduersari videtur prædictæ conclusioni, si diceretur, quod dicta bona tempore uenditionis annuæ sibi factæ dicto conductori non essent eiusdem ualoris & redditus,quatuor mille, & quingentarum librarum in anno, & sic bona prædicta non ascendere in uiginti annis ad summam nonaginta librarum Imperialium,seu scutorum quindecim mille,sed ualere multo minus,adeo quod non posset dici,quod dicta paruitas pretii in tertia,nec in quarta sit probata,ut requiritur,adnotata per Doct.in l.2.C.de rescin.uend. Tiberi. Decia.cons.14.nu.16.uol.2.Crau. cons.813. nu.3.uolu.5. Quia respondetur,quod hæc obiectio uidetur superuacanea, cum extat
22 in contrarium præsumptio iuris, qđ † ex breuitate temporis decem annorum non præsumitur ualoris mutatio, ut per Alcia. de presump.in prima regula principali, presump.50 & in 2.regula prin. præsump.25. & Fran.Burs.in cons.53.nu.18. lib.1. Alex. cons.133.nu.8.& 9.uol.1.Iaco.Machel.patroci.7.nu.19.& seq.est glo.in l.si uero.§ q. pro rei qualitate.ff.qui satisd cog.ubi habe
23 tur, † quod mutatio est accidens, & accidens non præsumitur.sequitur Menoch.in consi.1.nu.121.lib.1.Ceph. cons.261.n.16. uol.2.ergo firma remanet conclusio,quod hęc paruitas pretii, dicitur probata ex dicto instrumento simplicis ficti quatuor mille librarum, & quingentarum pro singulo anno tùm respectu proprietatis, tùm respectu dicti redditus annui dictorum bonorū, quia instrumentum tale probat inter partes, & mutatio non præsumitur ex supra
24 allegatis, & † contrarium dicenti incumbit onus probandi,l.2.de prob. & l.qui accusare.C.de eden.Rol.cons.87.nu.3.& 4.uolu.1.cum simi.quanto magis id uerum probatur considerato lucro dicti conductoris ultra fictum per eum soluendum,quod cōputari debet in cognoscendo uerum redditum dictorum bonorum, ut latius dicā infra sub nu.66. uers. quinimo ualdè. Nec ēt supradictæ conclusioni, aduersari uidetur seruitus pacti de retrouendendo, & liuelli perpetui,quæ respectiuè habet diminuere
25 pretium,cum † seruitus pacti de retrouendendo dicitur pars pretii, & diminuit pretium ad rationem ad minus scutorum triginta pro quolibet centenario,ut in terminis dicit Soc.sen.cons.15.nu.55.lib.1.Dec. cons.648.nu.2.cons.309.nu.3.cons.167.nu. 3.sequitur Rolan.a Val. in cons.96. nu.38. & seq.lib.2.& Fran.Bursa.d.cons.117.n.15. lib.1.Rui.cons.66.num.9.uers.nam certum
26 est † uol.4.Did.uaria.resol.lib.3.c.10.n.1. Gaspar Caballi in tract. de usur.q.35. nu. 267.& q.5.nu.116.in fi.Alex.de Neuo consi.55.n.22.Tiraq.de retr.conuen.præfatio. nu.20.& seq.uers.quartum quod in ea,usque ad numerum 27.& ideo prçsumitur ab emptore cariori pretio empta per supradicta,& per Ioan.de Amic.consi.152.col.11. & Bursa.consi.9 num.36.vol.1.car 41. qui declarat, & seruitus liuelli perpetui diminuit pretiū tale,arbitrio iudicis, regulandum,ut per Paris. in cons.54 nu.64 lib.1. Afflict.decis.40.Crau.cons.435.nu.17. uol. 3.Decian.cons.7.nu.96.uol.1. Rot.Pedem. decis.68.nu.12.& seq. car.249. & decis.42. nu.4.in fi. & ideo dicunt bona subiecta alicui,

cui oneri, & seruituti æstimari debere pro tertio minus quam sit iustus valor sine onere, & sic detrahitur tertia pars pretij per supradicta, & per Bal consi. 103. uol. 1. Bernar. Alphan. in suis recollectis. in auth. præterea. C. de sac. san. eccl. nume. 841. car. 212. Purp. cons. 356. vol. 1. Octa Pedem. vbi sup. & Iul. Clar. in §. emphiteosis. q. 86. vnde videmus talia bona feudalia, & liuellaria in æstimo ęstimari pro tertia parte minus quã iustus ualor, ut Parmæ, & Mediolani factũ reperitur in bonis feudalibus, quibus summis detractis ex dicto valore iusto scutorũ quindecim mille resultante ex redditu annuo uiginti annorum, ut supra dixi nu. 21. vtique non dicitur hæc paruitas prætij probata. Quia respondetur, quod hæc diminutio seruitutis, tum pacti de retrouendendo tum liuelli perpetui, non admittitur in casu isto simulationis contractus, quãdo hæc tria vel aliæ tres coniecturæ fænus denotantes simul concurrunt ad conuincendũ cõtractum simulatum, & fæneratitium, quæ
27 † sufficiunt, vt dixi supra n. 7. in quo vero casu res vendita non censetur minus ualere, quàm ualebat, vt in practica notat Ant. de Butr. in d. cap. ad nostram. col. 13. uers. & quod multi erant in hoc, extra de empt. & uendit. & probatur in dicto cap. illo vos. extra de pig. sequitur late Tiraquel. d. tract. conuentionali in dicta præfa. numero 26. uersi. illud tamen. Secundo respondetur, ad corroborationem prædictorum, quia pactum de retrouendendo in casu isto non est liberum, & de per se, vt possit operari
28 effectum diminutionis, prout † quando cõcurrit cum sola paruitate pretii ad rescindendum contractum, ut colligitur ex l. 2. ubi communiter Docto. Cod. de rescinden. uend. & dixi supra num. 16. sed tale pactum in præsenti casu est seruile, cum facit præsumptionem fænoris ex alijs coniecturis, cum eo, concurrentibus, ut dixi supra nu. 17. Et tale pactum seruile propterea non
29 diminuit † pretiũ iustum, ut in terminis istius articuli ita respondit Soc. iun. consil. 104. nu. 7. lib 3. Ari. Pinel. d. l. 2. par. 3. c. 4. nu 23. car. 195. & ratio potest esse, quia si operaretur diminutionem, sicut præsumptionem in isto subiecto simulationis con-
30 tractus, utique † duo in eo concurrerent specialia, quod sanè non est asseuerandũ, nec in iure permissum. l. 1. C. de dot. promis. l. cum post. §. gener. ff. de iur. dot. & l. 1. ff. de usu, & usufru. & potius debet operari rem fuisse uenditam uiliori pretio, quàm cariori, cum tendat ad fauorem ipsius uenditoris, ut respondet Bursa. d. cons. 9. num. 36. uol. 1. Item seruitus liuelli perpetui non uidetur esse alicuius considerationis diminuendi pretium rei uenditæ, quia Dominus Directus semper est idem tùm in alienando bona, tùm in percipiendo eius fictũ a liuellarijs in quolibet anno, & ita est semper idem qui emit, vel succedit in eius lo-
31 cum, & ad ipsum, & non † ad liuellarium spectat alienare, ut dicit, Bald. in addit. spec. in tit. de loca. uers. Dominus Directus potest uendere. Quin imo, ubi etiam posset talis seruitus operari aliquam diminutionem pretii, illa quidem esset arbitrio iudicis regulanda in minimo, iuxta termi-
32 nos iuris, & non secundum eius † liberum arbitrium Bar. in extrauaganti ad reprimendum, in uerbo videbitur. Rot. Pedemonta. decisio. 68. numero 19. Et de iure,
33 istud † minimum, seu parum, est taxatum in libris decem, ita est tex. in l. sed, & si. §. 1.
34 ff. de iudic. aut ad plus † in duobus aureis, seu libris duodecim Imperialium, vt est tex. expressus in l. idem. ff. de dolo. Quæ quidem diminutio, si fieri posset dictorum scutorum duorum ex re uendita, etiã pro quolibet centenario ascenderet ex dictis quindecim mille scutis ad summam scutorum trecentum. quibus verò detractis ex dictis quindecim mille, utique supersunt aurei quatuordecim mille, & septem centum, in quibus adhuc dicitur dicta paruitas pretii probata nedum citra, & sic in tertia parte, uerum etiam ultra, quamuis in hoc minimo nõ facio fundamentum, cum a iure aliter in seruitute, & liuello reperiatur expressum, ut dixi supra num. 26. licet re uera in isto casu nulla est habenda consideratio dictæ diminutionis fiendæ, per ea quæ supra allegaui in num. 27. & eo magis dicitur hæc paruitas pretij ultra tertiam partem probata, considerato ualore iurisdictionis mixti & meri Imperii comprehensi in hac alienatione, qui est non leuis considerationis, & æstimationis, & ita esse debet penes rectum, & iustum iudicem, & qui non comprehenditur in ualore supradicto scutorum quindecim mille, adeo quod posset dici dicta bona Bilegnii cum dicta iurisdictione nedum esse ualoris prædicti quindecim mille scutorum, uerum

etiam

etiam valoris decē,& octo, aut viginti mil le scutorum, & sic paruitas ista nedū esset citra, verum etiam vltra dimidiam, quia iurisdictio sola venditur magno pretio communiter in isto statu Mediolani, & aliūde, vt notum est lippis: & tonsoribus, vnde uersus. Non bene pro toto libertas vēditur auro. Secūdo dato etiam & non concesso, quod ex capite istius instrumenti simplicis ficti, & redditus annui librarum quatuor mille, & quingentorum, hæc paruitas pretij non diceretur probata, nihilominus ex capite testium examinatorum D. Venditoris tam in primo, quam in secundo loco dicitur probata, quia primi testes examinati super ualore bonorum in numero 8. deponunt de 25. mille scutis, seu ad minus de 22. mille: postquam in isto minori, num. 22. mille scutorum omnes testes concurrunt, quia
35 † minor numerus inest in maiori. l. dictum proferre. §. si plures. ff. de arbitr. l. Sempronius proculo. ff. de lega. 2. Spec. in tit. de teste. §. postquam, versic. si quid plures, post tradita per Alex. cons. 64. uol. 2. cons. 88. quoniam, numero 5. lib. 5. & cons. 243. ponderatis, num. 3. lib. 6. Cor. in consilio 223. lib. 1. & Afflict. in decis. 40. num. 3. Rot. Bono. decis. 70. numero 10. Menoch. consi. 9. nu. 53. uol. 1. & uide Bero. cons. 99. num. 2. uol. 3. Alberi. in tract. de testib. c. 9. nu. 16. & 17. car. 449. Deci. in l. in eo quod plus, nu. 17. ff. de reg. iur. Franc. Marci. decis. 485. numero 50. in 1. par. & Emanuel Soarez commu. opinio. in verbo testis. num. 18. Ari. Pin. d. l. 2. c. 4. num. 10. car. 192. & ita pariter firmant testes secundo loco examinati in numero nouem, & ualdè vltra probant dictū ualorem, quia deponunt, quod una pertica computata cum alia, hoc est bona cum sterili ualebat scutos quatuor, & ita communiter, & publicè emeretur, & venderetur tunc temporis, & in specie ita deponunt tres testes secundo loco examinati uidelicet Ioannes. Barrocellus quartus, Zaninus quintus, & D. Alouisius nonus testes, qui etiam deponunt, quod tot ita emissent, redduntque bonam rationem de cōmuni æstimatione, quia interrogati dicunt, la commune estimatione è quella, che la maggior parte delli huomini giudicano, & che publicamente & communamente si dice, che la tal cosa ha tal pretio, & ha tal corso, & si uenderia, & compraria, & ita cæteri testes secundo loco examinati deponunt, ut est videre eos in eorum depositione, qui
36 † testes ita deponentes bene probant ualorem, & eius communem æstimationem cuiuslibet perticæ. vt per Alex. in l. pretia. ff. ad leg. falcid. Aret. & Fel. in c. cum causam de testib. & Doct. vbi Cagnol. in l. 2. num. 235. in fi. & Pinel. nu. 9. & seq. car. 191. C. de rescind. vend. Soc. iun. cons. 73. uol. 2. ubi late, & Bursa. cons. 99. nu. 4. & seq. uol. 1 car.
37 304. eoque magis probant cum † dicunt, & prædicta scire, quia habent notitiam de dictis bonis, ut uicini, qui propterea præsumuntur melius scire æstimationem rei uicinæ l. 1. §. 1. ff. de flum. & Bal. in d. l. 2. col. fi. vbi Cagnol nu. 236. uers. debēt ergo testes. C. de rescind. uendit Bursa. d. cons. 99. uol. 1. & Numerus perticarum dictorum bonorum sunt septem mille, & ultra, ut deponit Antonius de Castanea septimus testis in ordine, & si dubium esset Domino Iudici de dicto numero utique ex offitio pro sua informatione poterit dicta bona mensurari facere, & quæ bona in numero septem mille perticarum tempore dationis in solutū erant valoris scutorum viginti octo mille, & vltra etiam absque iurisdictione meri, & mixti imperij, necnon Domibus molendinis, honorarijs appendicijs, & auantagijs solitis, & consuetis dari in quolibet anno Directo Domino, seu illum repræsentanti, quæ omnia minime computantur in dicto numero septem mille perticarum, & vltra depositarum per dictum testem, quamuis augeant pretium, & ualorem. Et qui ualor 28. mille scutorum remanet firmus, cum ex eo nulla potest, nec debet fieri diminutio respectu seruitutis liuelli perpetui, & pacti de retrouendendo causis, & rationibus alijs supra allegatis, & probatis a numero 27. vsque ad numerum 34. inclusiuè, igitur ex isto capite hæc paruitas pretij dicitur nedum citra, sed valde vltra dimidiam iusti pretij probata.

Tertio dato etiam & nō concesso, quod Domino Iudici talis probatio supradicta non satisfaceret uti fortasse non facta uni-
38 formiter, eo quia in eius arbitrio tota † fides testium residet secundum. l. 3. §. tu magis scire potes. ff. de testib. Crau. cons 134. scripsi sub num. 36. & seq. vol. 1. cons. 78. nu. 65. Soc. sen. cons. 262. col. 5. uers. & quod certo uolumine 2. car. 130. (vide quomodo, & quando potest iudex credere testibus Mesingeri. in sua centuria 4. obserua. 38.

quæ

quæ partes, Grammati.conſ.24.nu. 20. 22. & deciſ.92.num.24.& ſeq.Bald.in l.3.C.de ſer.fug.Syl.Nupt.lib.5.nu. 124.car.556. & Menoch.de arbitr.iudic.lib.2. caſu. 90.car. 265.) Attamen ex alio capite negari non poteſt, quia dicti teſtes primo, & ſecundo loco examinati in num.17. omnino, ſaltim in numero minori.22.mille ſcutorum non probant vniformiter, tùm circa ualorem, tùm circa eorum æſtimationem communem. Quia dicti teſtes omnes ſimul, imo
39 † in numero decem tantum deponentes ſuper valore rei, & eius communi æſtimatione, licèt non reddentes exquiſitam rationem de dicta communi ęſtimatione, tamẽ illam de per ſe faciunt, & probant ſicut faciunt & probant communem ſeu publicam vocem, & famam, vt in terminis dicit Alexand.in apoſtil.ad Bar.in l.de minore.§.plurium, in addit.quę incipit, ſed quia. ff.de quęſtio.& per Fely. in cap. cum oporteat, nu.8.de accuſa.& Pariſ.in conſ.66.querela, num.26. lib.3. poſt prædictam ſequitur Hyeron.de Monte.in ſuo tractat.de fin. regen.c.56.incip.& nunc erit utile, numero 9.Soc.ſen.conſilio 54.uiſis col. pen. numero 18.lib.3.Ioan.Baptiſta Ferret. in conſilio 389 numero 19.lib. 2. & optimè per Bald.in aut. quod cum.C.de collat. ubi dicit, quod probatum per decem teſtes illud præſumitur notorium, & publicum, quod quidem eſt in practica notatu dignum, & menti tenendum, & in publica uoce & fama loquuntur etiam Bero.c.1.numero 51. & 56.de appella.Alba.conſi.72.numero 4. Roland.conſilio 82.numero 6. uol.2.Gramati.conſ.57. num.18.19. car. 148. Burſa. conſ.99.num.8.conſ.87. num.45. uol.1. & Tobi.Noni.conſi.11.num.5.ubi oſtendunt eſſe communem opinionem, licet contrarium teneat Pariſ. conſilio 67. nume.108. vol. 3. Natta conſ.473.numero 22. in 2. par.& Burſa.ſibi contrarius, in conſ.35.numero 25.uol.1.qui loquuntur contra communem, Nec aduerſari uidetur prędictę concluſioni, quòd Doctores loquuntur in publica uoce, & fama, & non in communi æſtimatione, adeo quod de uno ad aliud,
40 non videtur bene † inferri ex l. Papinianus.ff.de minor.& l.fi. ff. de calumnia, vbi Bart. Quia reſpondetur, quòd in iſto caſu non uidetur poſſe aſſignari differentiam inter publicam, ſeu communem æſtimationem, aut publicam ſeu communem uocem & famam, quia teſtes deponentes de publica uoce, & fama aliquando dicunt illam eſſe publicam, aliquando dicunt illam eſſe communem uocem, & famam, & in ratione reddenda aliquando proferunt, quia
41 † ita publice audiui, aliquando, quia ita cõmuniter audiui dici a maiori parte, quod ſufficit, vt notat Ioan.Baptiſta Ferret.in cõſilio 364 num 3.uerſi.ſed quod ſic communiter dicebatur lib. 2. unde ſic eſt dicẽdum de communi æſtimatione. Quia teſtes dicentes rem ualere centum communi ęſtimatione, aut publica ęſtimatione, & in cauſa ſcientiæ dicant, quia ſic communiter, aut publicè uenderetur, & emeretur, nil refert, quia iſta nomina communiter, & publicè
42 ſunt ſinonyma, quę in caſu iſto † unum, & idem ſignificant, & important, ut poſt tradita dicit Pariſ.in conſ.100.num.45.& ſeq. lib. 1. licèt non ſint ſemper idem reſpectu
43 alterius ſubiecti, de quo † ꝑ licaretur, ut per glo.in l.quędam.ff.de rerum diuiſio §. quędã, ubi glo.inſtitut.eo.tit.ergo dicti teſtes in numero 17 imo in numero decem tantum, ſicuti faciunt, & probant illam eſſe publicam, ſeu communem uocem, & famam, ita pariter faciunt, & probant illam eſſe publicam, ſeu communem ac notoriã ęſtimationem per prędicta; igitur hęc paruitas pretii dicitur ex iſto capite uniformiter, & integraliter probata, ut in propoſito etiam loquitur in d.conſ.99.num 6.7. & 8. uol.1.car.303. Nec quicquã prędictę concluſioni aduerſari uidẽtur teſtes partis aduerſę tùm primo, tùm ſecundo loco examinati deponentes d.bona Bilegnii non excedere ualorem decem mille ſcutorũ, ex quibus dignoſcitur nullã paruitatem pretii ex parte D.Venditoris adeſſe. Quia primo reſpondetur, quòd dicti teſtes nõ erant recipiendi a Domino Iudice, poſtquam eidem ex inſtrumentis ſimilibus dicti emptoris fęnus denotantibus, & in actis exhibitis Notorium erat illum eſſe fęneratorem, quia
44 † vſurarius conuictus non erat audiẽdus ulterius, ſed bene repellendus a limine iudicii a Domino Iudice, & quidem ex officio ita eſt glo.in cap.quia fruſtra.de uſur.& Alex.& alii in l.4.§.hoc autem.ff. de dam. infect.multò minus dicti teſtes erant exa-
45 minãdi, quia deſtructo † principali fundamento omnia ſuper eo ędificata corruũt, & inanè redditur l.2.& 3.ff. de pecul. lega. & cap.ſi ſuper grã. de reſcrip. in ſexto, vbi

Dec.

Dec. & infra. nu. 47. Secundo respondetur, dato etiam, quod dicti testes potuissent recipi, & examinari, nihilominus quicquam probant pro inducēte, & patet, quia Dominus Frācíscus Bernardinus Bumius primus testis deponit audiuisse dicta bona Billegnii non esse ualoris scutorum decem mil
46 le, qui † testis uti deponens de auditu alieno non probat. glo. est in l. in summa. § labeo. ff. de aqua. plu. arc. & Spec. in titu. de teste. §. 1. uersi. item quod non: Ant. de Butri. Imo. & Aret. cum cordantibus, de quibus ibi per Fely. in cap. tam ex literis, de testibus D. Mapheus Scarionus secundus testis deponit se potuisse habere dicta bona a d. Glussiano emptore pro minori pretio dictorum scutorum decem mille, ergo non probat sicuti etiam non probaret ipsa pars
47 si ita deponeret: ex regula quod nō † creditur testibus quorum repelluntur authores ne plus copię, quam originali crederetur cap. licet ex quędā. de testi. cap. fraternitatis de hęreti. nota: Rimi. iun. in cons. 60. nu. 3. & cons. 61. nu. 34 & cons. 68. num. 36. lib. 1 Crau. cons. 6 num. 67. lib. 1. tetigi supra decis. 12. nu 42. in 1. par. Item non probat ex alio, quia deponit super re quam ipse tenet, & possidet uti creditor Glusciani emptoris, ut probatur ex dicto Domini Ioannis Pauli eius fratris, & testis in ordine septimi de quo dicam infra suo loco,
48 nu. 54. & † testis deponens super re ad eius commodum non probat. l. in omnibus cū ibi notatis. C. de testi. cap. insuper, ubi Fely. col. pen. eo tit. Bossi. in tract. de testibus titu. de opposit. contra testes, numero 59. & licet id non exprimit in suo dicto tamē ex quo conuincitur ex dicto dicti. D. Ioannis Pauli septimi testis, & Domini Fuluii Ceci
49 nę tertii † testis dicta bona nomine dictorum fratrum de Scarionibus tenentis, & possidentis resultat non parua suspicio falsitatis contra eum cui ob id credi non potest. l. testium in principio de testi. cum si. Dominus Fuluius Cecina, tertius testis pariter non probat, quia deponit de auditu alieno dicta bona non ualere decem mille scutos iuribus supra allegatis in num. 46. Item ex alio non probat quia dicit, che lui mangggia detti beni hoc est tenet, & possidet dicta bona, ac de eis percipit fructus, aut hoc facit ut negociorum gestor aut ut famulus dictorum bonorum fratrum de
50 Scarionibus si ut † negociorū gestor non probat. l. fi. C. de testi. Bal. in cons. 50. uiden
51 dum est, primo nu. 1. l. b. 2. Si uero, ut † famulus pariter non probat. l. 2. C. eo. tit. & l. eos. ff. eo. tit. Bal. ubi supra, si uero hoc fa-
52 cit, ut † socius bonorum minime probat, cum deponit ad eius cōmodum. d. l. in omnibus. C. de testi. cum simil. supra allegatis in numero 48. Dominus Aloysius Boerius quartus testis minus probat dictā minoritatem pretii pro inducente, quia dicit non fuisse unquam in loco Bilegnii, sed audiuisse ab emptore dicta bona non ualere decem mille scutos. Quia si pars ipsa sic diceret sibi non crederetur, multo minus sibi testi ex iuribus supra allegatis, num. 47. Reuerendus Dominus Cremona, quintus testis minime probat, quia deponit se credere dicta bona non ualere plus decem
53 mille scutorum, & † testi ita per uerbum credit deponēti non creditur, nec ipse probat pro inducente, ut per Cyn. & communiter Docto. in d. l. testium. C. de testib. & per Spec. eo. tit. § 1. nu. 58. & Marsil. singul. 19. numero 1. Dominus Sansonus sextus testis minimè probat, quia dicit se de ualore nihil scire, & in cæteris deponit de auditu alieno, qui non probat, ut supra dixi nu. 46. Dominus Ioannes Paulus Scarionus septimus testis, qui est frater D. Maphei testis secundi in ordine, de quo dixi supra, numero 47. & sequentibus minus probat ex pluribus. Primo, quia dicit uidisse, & legisse capitula ante eius examen, & bene scire eorum tenorem, adeo quod monitus, ac su
54 bornatus censetur, cui uti † suspecto non creditur. d. l. testium in principio. C. de testi. auth. in principio collatio. septima, eo. tit. secundo, quia dicit se esse creditorem dicti emptoris producentis, & pro eius credito tenere, & possidere prędicta bona Bilegnii, sicut etiam hodie tenet pro se, & Mapheo, & Alexand. sumptibus suis idem D. Fuluius Cecina tertius testis de quo dixi supra, numero 50. 51. & 52. Qui testis propterea uti deponens de re. de qua sentit & percipit commodum sanè non probat ex iuribus supra allegatis in terminis, nu. 48. Item dicti omnes septem testes non probant ex alio, quia deponunt per unum, & eundemmet sermonem, & per eademmet verba pręcisa in pretio, & ualore scutorum decem mille, qui propterea dicuntur ante
55 examen eorum † moniti, subornati, & ualdè suspecti de falso, quibus nulla potest adhiberi

hiberi fides.d.l. testium in principio de testi. Iacob.Butrig.de testib. numer.16.Grat. consili.75.nume.12.lib.1.& Dec. consi.124. colum fin.cum simil.supra adductis nume. 54.& infra nume.58.Cum igitur isti septem testes dicti inducentis ex causis prædictis quicquam probant, ut supra in specie demonstratum fuit; vtique fatendum est, & multò magis testes Domini venditoris in numero nedum 17. sed tantum in nume. decem dictam paruitatem pretij plenè probasse, nedum citra dimidiam, verum etiam ultra dimidiam ex causis supra suo loco deductis, & allegatis.

Quarto dato etiam, & non concesso, q usque adhuc dicta paruitas pretij per instrumentum simplicis ficti, ac testes Domini venditoris in nume.17 non fuisset probata, prout re uera est probata: Attamen illa dicitur omninò probata ex alio capite testium partis aduersę secundo loco examinatorum super loco differentiæ in nu. quinque. Quia ex illis quinque duo sanè sunt testes: uidelicet Dominus Troianus Mentuatus quartus testis in ordine, & Dominus Sanseuerinus quintus, & ultimus testis deponentes dicta bona Bilegnij ualere scutos quindecim mille, imo decem, & octo mille, ut deponit D.Sanseuerinus ultimus testis, in qua quidem summa dicta paruitas pretij nedum in quarta seu tertia parte, uerum ēt ualdè ultra comprehenditur, quia tertia pars scutorum decem mille solutorum est summa scutorum trium mille & trecentum triginta trium, & librarum duarū. Quibus additis ueræ sorti scutorū decem mille faciunt in totum summam scutorum tresdecim mille trecentum, & triginta trium, & librarum duarum. & à dicta summa supra usq; ad dictos scutos quindecim mille supersunt etiā aurei mille, & sexcentum sexaginta quinq; & libræ duæ, quanto magis supersunt ex summa ualoris scutorum decem, & octo mille? ubi superabundantia dicta tertia parte aurei quatuor mille, & sexcentum sexaginta quinque aurei, & libræ duæ. Qui testes ita deponentes perbellè probant contra producentem ad fauorem D.mei uenditoris in iudicio actoris, & etiam si † deponerent per verbū auditus, aut credulitatis, ut firmant D.Ias.in rub.de iureiur. num.9. & in consil.57.col.4.lib.5.Roman.in consi. 104.in fine.Parisien.in consil.50.nume.60. lib.1.Soc.Iu.in cons.69.nu.11.libr.1.Crau. consi.201.sub nu.7.lib.2.Cæphal.consi.65. nu.55.& consil.82.nu.25 lib.1.& Rim. Iun.

56

57 in cons.86.nu.20.lib.1.Quæ sanè † opinio procedit, si tantum esset unicus testis producentis, q sic deponeret, prout deponi in maiori summa scutorum decē octo mille D. Sanseuerinus ultimus testis, ut per Socin. Iun.dicto cons.69 nume.12. Riminal.Iun. consil.60.num.1.lib.1.& Franc.Burs.in consil.83. numero 4.libro 1. ergo ex isto capite proprietatis firma est conclusio, quòd dicta paruitas precij ex dictis testibus productis dicitur optimè probata in suo esse, & ualdè ultra.

Quintò, & ex abundanti, dicitur hanc paruitatem pretii ex alio capite doctorum testium secundo loco examinatorum deponentium super redditu annuo dictorum bonorū Bilegni; esse in totum probatum. Quia Dominus Octauianus Cataneus primus testis in ordine interrogatus respōdit dicta bona Bilegnij esse redditus & ficti librarum trium mille, & sexcentum in anno, & Dominus Cataneus secundus testis, Dominus Sebastianus de Arcellis tertius testis, Dñs Traianus Mētuatus quartus testis, & Dominus Octauianus Sanseuerinus quintus, & ultimus testis, ita & pariter interrogati deponunt dicta bona Bilegnij esse redditus trium mille librarum, & sexcentum. Vnde cum omnes isti testes, & quilibet eorum deponunt, & deponit in dicto ualore redditus annui p vnū, & eundem sermonem, & per eadem formalia uerba librarum trium mille, & sexcentū librarum pro inducente non probant, quia

58 præsumuntur † moniti & subornati ante eorum examen, & ualdè sese reddunt suspecti de falso per ea, quæ latè allegaui supra in terminis in numer. 54. & 55. & addo Barto.in l.3.§.id quoque.numer.5 ff.de testim. & Paris.consil.88 numer. 74. libro 1.& consil.55.numer.37. libro 4. & eo magis pro inducente non probant, quia non reddunt aliquam rationem de eorum dicto & ubi illam reddunt, reddūt de auditu alieno, quæ ratio in iure non admittitur dicta glos.in l.in summa.§.labeo. ff.de aqua.plu. arcend.cum simil.supra allegatis nume.46. Nec prædictæ conclusioni aduersari uide-

59 tur, quod dicit † Iacobus Butriga. in l.3.de testimon.& glos.ibi in §.eiusdem, quod imo testes quando sunt ultra duos, licet deponunt per eadem uerba, probant cum numerus suppleat defectum, quia respondetur,

quod

quod dictum Iacob.Butri.& glo.non est tutum cum illud dicit per verbum, putare dictos testes probare,& quia contrarium est
60 † verius,vt not. Spec.in titu. de teste.§.1. versi. item quod testes, & in §. nunc tractandum versi. cautionem,& vers. sequen. & tradit Alexand. in consil 237.perspectis his num. 10.col.2 lib.6.Sexto,dato etiam, sed non concesso quod numerus suppleret, & ipsi testes probarent pro producente in dictis libris trium mille sexcentum: Nihilominus ipsis non crederetur, sed magis credi debet testibus D. Venditoris, quia ipsi magisvero similia deponunt cum magis in eorũ dictis adhærent,& approximant dicto redditui nominato in instrumento simplicis ficti librarum quatuor mille, & quingentum, & quia maiorem rationem reddunt in eorum dictis quam
61 testes partis aduersę,& certum est quod † testes verosimilia deponentes cæteris prævalent.l.ob carmen.§ fi.ff.de testi. cap.si testes.4 quæst.3. cap. licet causam de probat. & plenè notatur in cap. in nostra,de test.& Alex.in consi.171.nu.4.col.2. lib.5.& consi. 239.ponderatis columna 4. num.10. lib.6. Item ex alio est magis credendum dictis testibus, quàm testibus producentis quia sunt in numero nouem secundo loco examinati, qui deponunt, & concludunt in dicto redditu annuo dictorum bonorum in libris quatuor mille, & ducentum, licet in maiori summa quamplures testes etiam concludunt, sed omnes in dicta minori
62 summa cõcludunt, quæ † inest in maiori. d.l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. cum pluribus supra allegatis num.35.Item
63 qa † testes plures numero cæteris minoribus in pari,depositione pręferuntur c.cum contingat De offitio deleg. Bar. in l.2. ff. si cert. pet. Campeg. in tract. de test. reg. 382. in 2. Fallentia, & Io. Crot.in tract. de testi. part 7.numero 150.cum seq.porti conclus. 26. lib.2.& Franc.Bursat. consilio 89. numero 7.lib.1. Item magis † etiã illis est
64 credendum ex alio, quia deponunt vt vicini, & melius informati de dictis bonis, & eorum redditu, quàm testes partis aduersę,quia in eorum dictis dicunt prædicta scire,quia hanc notitiam, vt vicini de prædictis bonis habent, & illos redditus, & fructus annuos tantum emerent, & illi venderentur, seu soluerentur a conductore, ita tenet Pinel. in præfat. d. l.2. nume.42, cum seq. vbi Cagnol. sub numero 236. C. de rescind. vendi. Aret. in §. si quis agens. col.4. versi. ex his,instit. de actio. Cephal. consilio 261.num.15.lib.2.vbi latè,& Francis. Burs. in consi.70.num.20.& 27.& consilio 99.num.6.& seq. lib.1. & quæ opinio procedit etiam si dicti testes D.Venditoris essent in numero pauciores vti deponẽtes verosimilia, ac reddentes meliorem rationem per ea,quæ supra dixi in num. 61. vnde ex supradictis adhuc remanet firma, & vera conclusio, quod hæc paruitas pretij ex parte D. Venditoris sit nedum citra dimidiam, verùm etiam vltra plenè probata.Septimo dato etiã,& non cõcesso, quòd dicti testes partis aduersæ probarent pro inducente,& præferri deberent testibus D. Actoris,Nihilominus ex tali eorum depositione trium mille, & sexcentũ librarum pro fictu,& redditu annuo dictorum bonorum dicitur hæc paruitas pretij ex parte D.Venditoris, & Actoris plenè, & vltra quàm requiritur probata. Nã redditus iste annuus trium mille, & sexcentum librarũ dictorum bonorum probatur per dictos testes partis aduersæ in viginti annis ostendit valorem rei venditæ, vt est tex. expressus in auth. de non alienan. & permutandis in §. quia vero leonis il primo, versi. si vero alicuius cum simil.supra allegatis,nume.21. & talis redditus annuus viginti annorum facit summam librarum septuaginta duo mille,quæ sunt aurei duodecim mille in quibus reperitur hæc paruitas pretij probata: Quæ non in præsenti materia requiritur in tertia nec in quarta parte,sed tantũ & propriè in octaua parte,quia quando pactum de retrouendendo concurrit cũ pacto de plus soluendo vltra sortem datã,
65 tũc † paruitas ista sufficit in octaua parte, & non in alia maiori parte, vt est tex. expressus in capit. illo vos, extra de pign. quẽ allegat,& sequitur Cæpol. dicto tract. de simul.in §.verum quia.col.4. sub nu.14. vers.& pro hoc allego, & sequitur Afflict. decis.40.sub nu.19. dicens, quando pactũ de retrouendendo concurrit cum alijs coniecturis,vt in præsenti casu: sufficit paruitas pretij probari in dicta octaua parte; & Cepol.etiam dicit in dicto pacto; vbi supra in 5. præsump.numero 40. quam opinionem tenet Cagnol.in l.2. C. de pact.inter emp & vendi. nume.61. sequitur eam, Franc.Zanet in tract.de emp.& vend.super.

pacto

pacto de retrouendendo nume. 70. in fine. vbi attestatur hanc esse communem opinionem, & illam tenere omnes Docto. in d. c. illo vos, & quam communem dicit Bero. in consi. præcitato. 165. num. 25. lib. 1. & faciunt in simili allegata per. D. Abba. in cõs. 76. num. 2. lib. 1. & pulchre loquitur nouissime Crau. in d. consi. 491. num. 15. & 26. vol 3. car. 285. Decian. consi. 105. num. 16. vol. 2. Quinimo in terminis dicit Soc. iun.
66 in cons. 104. num. 5. & 6. lib. 3. quod dicta † paruitas pretij ĩ tali casu sufficit in minima, & vili parte adeo quod illa nedum sufficit probari in dicta octaua parte, verum etiam uideretur probari in nona, & decima parte: Nos vero nedum sumus in pacto de retrouendendo cum pacto de plus soluendo libras quatuor mille & valdè vltra tempore redimendi ultra veram sortem, sed etiam cum alijs pluribus coniecturis, & pactis negatiuis fænus & pignus expresse indicantibus vt infra demonstrabo, numero 72. vsque ad num. 83. merito hæc paruitas sufficit in octaua uel alia minori parte adesse. Et quod dicta paruitas adsit in octaua parte, & ultra in dictis scutis duodecim mille patet, quia octaua pars veræ sortis scutorum decem mille, est scutorum mille, & ducentum quinquaginta, quibus detractis ex scutis duodecim mille, & additis ueræ sorti scutorum decem mille fit summa in totum scutorum vndecim mille, & ducẽtum quinquaginta, adeo quod vltra dictã octauam partem supersunt etiam Aurei septem centum quinquaginta, & etiam valdè vltra, quia redditus depositatus per testes producentis non est redditus annuus, ex quo fit ualor dictorum bonorum in uiginti annis, sed est fictus conductoris, qui illum in libris trium mille, & sexcentum singulo anno soluebat directo Domino, seu locatori, qui non uenit considerandus in isto calculo valoris rei venditæ: Sed redditus annuus quem liuellarij perpetui dictorum bonorum soluunt conductori in quolibet anno pro vt soluebant locatori domino directo venit considerandus. qui redditus liuellariorum, seu dominorum utilium benè in dictis uiginti annis facit, & ostendit valorem dictorum bonorum sicut alterius rei ueditæ, quia ille redditus annuus soluitur per dominos utiles domino directo deductis expensis. Qui ergo redditus annuus non solum ascendit ad dictam summam probatam trium mille, & sexcentum librarum, verum etiam ad summam librarum quatuor, aut quinque uel sex mille inspecto lucro, quod superest dictis libris trium mille, & sexcentum in anno solutis Domino directo per D. Conductorem, quod lucrum proueniebat a primo uero fictu, seu redditu eidem. D. Conductori loco Domini Directi soluto, & soluendo in anno per dictos Dominos utiles, & liuellarios dictorum bonorum Bilegnij. quodque lucrum fortasse scutorum quatuor centum vel plus, aut minus arbitrio Domini Iudicis taxandum penes D. Conductorẽ vti suum restabat in quolibet anno, quodque, ut dixi, computandum est in vero redditu annuo soluendo per liuellarios, & non fictu soluendo per D. Conductorem. D. locatori: vnde cõcluditur, quod dicta paruitas precij nedum in dicta octaua parte uel minori, vt sufficit, & dixi supra, num. 65. & 66. verum etiam in tertia, & vltra parte dicitur ex dictis testibus partis aduersæ optimè ad fauorem D. Venditoris probata maximè consideratione fienda super redditu annuo, & non fictu soluẽdo per conductorem. Sed Dij boni quantum hoc est uero uerius, quod hæc paruitas pretij non solum citra dimidiam sit probata, uerum etiam vltra dimidiam? Quia calculus vt supra factus; fuit utique factus absque ualore iurisdictionis meri, & mixti imperij, Domibus, & Molendinis, quæ omnia debent esse non paruæ seu leuis æstimationis & considerationis apud bonum virũ, quo ualore considerato, ac addito summæ dictorum scutorum nedum duodecim mille, uerum etiam quindecim, & vltra respectu redditus liuellarij, & non ficti conductoris utique valor iste dictorum bonorum esset ualdè ultra dimidiam iusti pretij, ergo dicta paruitas pretij ad fauorem D. Venditoris dicitur quomodocunque probata licet illa pro uictoria tantum, ne dum plenè,
67 sed etiam semiplenè † ꝑbata in hac materia fænoris fuisset sufficiens iusta communem sententiam de qua attestatur in proposito Ioannes de Anan. in consi. 49. & Crau. d. consilio 491. numero 14. 15. & 26. volum. 3. & rationem esse dicit Ant. de Butr. in d. cap. ad nostram, quia vsurarij sunt personæ cautæ in eorum cõtractibus, ideo adinueniunt multas figuras, & simulationes ad hoc ut conuinci non possint de

vsuraria

vsuraria prauitate, vnde propter difficultatem probationum iura amittunt probationes semiplenas per coniecturas, & per alia adminicula recedendo a regulis iuris in tali materia ciuiliter intentata, & sentit Tiber. Decian. Respon.2. col.1. & 2. vol. 1.car.60. Crau.d. consilio 491. numero 9.
68 Quæ enim † ꝓbatio semiplena in alia materia non ita de facili in probando sufficeret, ut per Pau.de Cast.in d.consi.74.incip. in causa mora per Dominam lib. 2. igitur hæc paruitas pretij in suo esse firmiter dicitur probata: Nec prædictæ conclusioni aduersatur diminutio pretij respectu seruitutis pacti de retrouendendo, ac liuelli perpetui dictorum bonorum. Quia responsio est in prõptu, quod in hac materia vsuraria nõ admittitur aliqua diminutio pretij ex supra allegatis in num. 27. ubi in tali casu res non minus censetur ualere quàm a principio vt demõstraui. Item & secundo respondetur, quod hæc diminutio pretii ubi etiam fieri potuisset de iure tamen in isto casu admitti non potest, quia testes prædicti inducentis affirmatiue deponunt de scutis quindecim mille, imo decem, & octo mille respectu proprietatis, & de scutis duodecim mille respectu fictus, licet vt supra dixi non venit calculus super eo faciendus, sed super redditu, & portione soluendo, & soluenda per liuellarios seu Dominos Vtiles cõductori. in qua summa probata per dictos testes comprehenderur etiam dicta diminutio seruitutis prædictæ ybi fieri posset, & hæc in odium producentis, & ita præsumendum est, quia si contrarium a parte producente diceretur vtique
69 esset dubitabile, & † ꝓbatio dubia contra producentem est interpretanda capit. in præsentia de proba. Syluan.cons.56. num. 11.lib.1.& facit l.fi. C. de proba. Natta. in consi.620.numero 13.lib.3.& Crau.in cons. 203.numero 31.lib.2. ergo magis firma restat hæc conclusio, quod ista paruitas prætij sit probata: Succeditque alia firmissima
70 conclusio, quod hęc tria concurrentia † pactum de retrouendendo paruitas pretij, & solitus fęnerari quando simul concurrũt, quod faciunt omnino contractum fæneratitium ex communiori, vt per Soc. sen. in consilio 248. col. fin. lib.2. & Boer. decis. 102. numero 3. in 1. par. Castr. cons. 306. numero 5. vol. 2. dixi supra latè nu 7. & sequẽtibus. Octauo dato etiam sed non concesso, quod adhuc non esset probata hæc modicitas pretii, Attamen illa non noceret quicquam quin contractus iste declararetur fæneratitius ex alio capite plurĩũ præsumptionum ex dicto instrumento scaturientium, in quo casu dicta paruitas pretii pro victoria non requiritur, quia iura, & Doct. non se astringunt ad conuincendũ, & detegendum contractum fæneratitiũ plus ad vnam præsumptionem, quam ad aliam, aut plus ad has tres, quã ad alias tres dummodo sit vel sint approbata, & approbatæ a iure, & a Docto. & sint validæ ad conuincendum dictum contractum fœneratitium iuxta communem, & indubitatam sententiam Docto de qua attestatur Grat.d. cons. 11 num. 15.lib.2 cum pluribus similibus supra allegatis in numero 9. & sequentibus, & præcipue, num. 11. & 12. & per Decian. consi.105.num.29.vol.2 car.674. Nec aduersatur prædictę conclusioni Boer. in di-
71 cta decis. 102 dicto num.3. in 1.par. vbi dicit post relatas opiniones, quod ad conuincendum contractum illa tria, videlicet pactum de retrouendendo, paruitas pretii, & solitus fænerari necessario requiruntur. Quia respondetur quod dictum Boer. est uerum quando non adsunt aliæ coniecturæ eandem rationem habentes, & opus est contractum conuinci illis tribus, quia duæ coniecturæ videlicet pactum de retrouendendo, & paruitas pretii ex communiori non sufficiunt, vt ibi per Boeri. & Soc. sen. d.consi.248.in fi lib.2. sed necessario, aliis deficientibus, tertia coniectura, videlicet solitus fænerari debet concurrere cum supradictis duabus ex dicta communiori opinione. & ita sentit idem Boer. in dicta decis.102.d.num.3. si non expresse saltim tacitè ex allegato Laur. de Pignor. in d. c. illo uos, extra de Pignor. in d.c. illo uos, extra de pig. qui vt supra dixi in num. 10. & 11. hanc distinctionem facit & tenet. Et quod uere dictus contractus non obstante etiam quod nõ concurreret dicta paruitas pretii, vel alia coniectura conuincitur ex aliis pręsumptionibus vrgentissimis defluentibus ex eodem instrumento ultra pactum de retrouendendo patet ex infrascriptis.

Nam prima præsumptio, quę defluit ex instrumento post pactum de retrouendendo
72 do est aliud pactum Negatiuum sequens, & commodum bursale, & fęnus dicti emptoris denotans ibi dummodo D. Vẽditor

non

non redimat dicta bona termino nouē annorum.d.cap.ad nostram,extra de empt.& vēdit.& d.c.illo vos,& ita tenet Io.de Imo. in cons.25.& ratio est,quod tale pactum de sui natura significat fœnus; Quia emptor tacitè mutuās vult certus esse de perceptione fructuum non solum illorum nouē annorum, sed etiam alterius anni,in quo redemptionem fieri contingeret,quo in casu tale pactum negatiuū non est aliud, quàm
73 † quædam vsura saluo capitali, vt ad literā dicit Bald.in consi.487. incip. apparet post principium lib.1.Soc.sen.d. consi 248.col. 2.vers. 4.lib.2.Auerar.consi.74. col. 3. nu. 30 Rim sen.consi.89. numero 7.& 8.lib.4. Aret.consilio 116.numero 9. vbi in terminis.Cagn.in l.2.numero 60 & 61.C.de pact. inter empt.& vendit. Crau. in consi.155. numero 5. lib.1.Didac.var.res.c 8. lib.3.& optimè firmat Lup.de sancto Gem. in d.l. 2.§.1.numero 40.& num.42. car. 62. & latissime consuluit Hieron. Gabr. in consi. 74.numero 9. & 10.lib.1.& in proposito Corne.in cons.23.numero 8. lib.3. vbi dicit,quod si non fuisset aliud pactum,quod illud esset sufficiens præsumptio ad inducendum contractum fæneratitiū,& Couar. vbi supra in fi.Crau.d.consilio 491. numero 13. uolu.3. ergo tale pactum est æqualis præsumptio, & quidem maior modicitate pretii, qua modicitate deficiente tamē ex pacto de retrouendendo & pacto negatiuo de non redimendo & solito fænerari contractus iste sufficienter dicitur conuictus prauitate vsuraria ex communi opinione, de qua dixi supra numero 7. 10. & 11. & per Crau.d. cons.491.vbi late,& pulchre, & quod tale pactum negatiuum sapiat vsurariam prauitatem consuluit etiam Crau. consi.156.nu.5.vol.1. Alex. cons.109. in fi. vol.4. Angel. de Gambilio. consi. 116. numero 9. & num.18.car.444 Ias.consi.150. numero 1.vol.4.Rui consi.16.num.2.uol.4. Anto.Burgos.in repeti.d.c.ad nostram;numero 4.de emptio.& venditio. Guid. Pap. singul.77 Tiber.Decian.consilio 2 numero 17. vol.1.Pau.de Castr.consilio 109.visa petitione col.2.sub nu.1. vol.2.

Secunda præsumptio, quæ oritur ex dicto instrumento est aliud pactum negatiuum commodum bursale emptoris respiciens videlicet, quod emptor non teneatur dicta bona retrouendere Domino Venditori,nisi accipiat ipse omnes eius debitores habentes in locis prædictis vsque ad summam librarum quatuor mille, & eas quidem tempore redimendi una cum sorte soluere debeat, & valde vltra etiam cum tenētur etiam soluere scutos mille pro melioramentis fiendis in dictis bonis per dictum
74 emptorem liquidandis † tantū dicto,& iuramento ipsius emptoris; Quod quidem pactum de plus soluendo præsertim cum negatione retrouendendi,& melioramenta liquidandi solo suo dicto, & iuramento quantum sit insolitum & contra naturam ueræ, & uoluntariæ venditionis, seu dationis insolutum, & significat non leuem præsumptionem fænoris dicit:d.c. illo uos.extra de pign.quod allegat,& sequitur Cepo. in d.tract.de simul in d. vlt. præsumptione. numero 40.Cast.d consi.306. n.5. & Fran. Zanet.in suo tract.de empt. & vendi super pacto retrouendendi.nu.70. in fi.vbi dicit, hanc esse communem, quam omnes tenēt Doct.in d.c.illo uos. vbi Abbas nume.1. & quam communem dicit Augu.Bero. dicto consilio 165.numero 25.lib. 1. cum simil. supra allegatis.numero 65. Abbas consilio 76.numero 2.& col.2.vol.1 & per Crau.d. consilio 491.numero 13.& seq. vol.3.præcipuè ex iuramento adiecto super melioramentis quod quidem arguit maiorem præsumptionem fænoris, & commodi bursalis ipsius emptoris,cum tendit ad delinquendum,& sit contra bonos mores, ergo pactum tale licet iuratum non ualet. ita in terminis consuluit Natta in consi 450.numero 11.lib.2.Abbas in d.c.ad nostram.Tibe.Decia.resp.2.num.59.vol.1. & resp.84. num. 44 vol. 2. & infra decis.48. numero 31. & 32.

Tertia præsumptio,quę pariter oritur ex d. instrumento est aliud pactum negatiuum commodum bursale emptoris prædicti respiciens videlicet. Quod D. Venditor non possit redimere dicta bona tempore abbattimenti pecuniarū,idest si pecunia esset minoris ualutę tempore redimendi, sed tale tempus stet in suspenso,donec reuertatur tempus eiusdem ualoris,quæ quidem suspensio temporis uti insolita, & cō-
75 tra bonos mores † & iura redimendi bona quāta sit vrgens pręsumptio fęnoris iudicat rectus iudex, quia solū tendit ad lucrandum fructus annuos,quod sanè est vsura,vt per glos in l. si quis sub conditione, vbi Bald. de condit. milit. idem Bald. in d.

con-

cōſ.487.li.1.Cæpol.ubi ſupra in nona præſumptione, num.48.Grat.d.conſil.11.num.22.lib.2.Franc. Becci.conſil.52.num.78.lib.1.& Lup.in d.l.2.§.1.numer.49.& infra deciſ.48.nume.22. Quarta præſumptio, quæ elicitur dicto instrumento, eſt aliud pactū negatiuum commodum burſale emptoris reſpiciens uidelicet, quod D.Venditor non poſſit durante tempore redimēdi aliquem contractum alteri facere de dictis bonis in præiudicium præſentis instrumenti, hoc eſt ipſius emptoris, quod quidem pactum etiā uti contra bonos mores, & libertatem diſponendi de rebus ſuis ad eius libitum, iuxta.leg.in re mandata.C.mandat.cum ſimil.
76 oſtendit ſolum † animum emptoris fuiſſe lucrandi fructus annuos toto tempore redimendi in detrimentum D.Venditoris, ex
77 quo non paruam fœnoris † præſumptionem expreſſe ſignificat, ut per Soc.Iuni in d. conſilio 104. numero 11. & 12. lib.3.& per ea, quæ ſupra dixi numero 72. & 73. Quæ quidem omnia ſupradicta pacta negatiua,& reſpiciētia fauorem,& ſolum cōmodum ipſius emptoris magis arguunt
78 † fœnoris ſuſpicionem contra ſe,ut in terminis dicit Natta.in conſil.497.numero decimo,lib.1.& Franc.Becci.dict.conſil.52.numero 78.lib. 1.& Cæpol. d.tractat. in decimaquarta præſump.nume.60.Crauet.dict. conſil. 491.numero uigeſimoſecundo, uolum. 3. & eo magis hoc eſt uerum concurrentibus etiam alijs coniecturis, de quibus infra unde. Quinta erit, & quidem maxima prǽſumptio, quę pariter defluit ſeu ſcaturit ex eodemmet instrumēto, quæ ſanè corroborat omnes ſupradictas coniecturas fœnus denotantes, quia d.uenditio, ſeu datio inſolutum deſcendit à cauſa mutui, hoc eſt à pecunia ſoluta per dictum emptorem pro dicto D.Venditore pluribus eius creditori-
79 bus, ut legitur in præambulo † ſeu narratione instrumenti. Quæ narratio prolata per modum cauſæ oſtendens indigentiam, & impotentiam ipſius D. Venditoris probat optimè inter partes ad eo quod in contrarium non admittitur probatio,ut in terminis dicit Aret.in leg. ex his C.de teſtam. milit. Crauet. in conſilio 29.numero 1.lib. 1.& latè Cælſ.Hugo.in conſil. 10.& in conſilio 111.ſub numero ſecundo,uerſiculo ꝓbauit. Cum ergo iſte contractus dationis uoluntariæ inſolutum ob impotentiam. D. Venditoris non habentis modum ſoluendi
80 debitum eſt cauſatus à pecunia ſibi † mutuata per prius à dicto emptore, utique nō conſideratur ipſe,ſed tantum primus cauſans,ut eſt tex.in l. idem pomponius.ff.depoſ.cui faciunt quæ ſcribit Aret. poſt Bart. in l.is poteſt,in fine.ff.de acquir.hæred.ubi habetur,quod actus neceſſarius,qui ſequitur ex actu uoluntario,prę cedenti,non pro pterea dicitur neceſſarius,ſed uoluntarius, ſequitur Rot.Pedem. deciſion.167 nu.20. & 26.& Cart.Iuni.in conſil.1.nume 8.& 9.
81 volum. 1 dicit, quod † iudicandum eſt de cauſa cauſante eff ctum,quod de ipſo effectu:idem dicit Bald. in capi. de nouo Codi. compon.in principio,& Rot.Pedem.ſequitur ubi ſupra nu.27.& ſeq.Et in terminis dicit Rimin. Iuni.in conſil. 83.nume. 3.lib.1.
82 Quod † attenditur primus contractus, & quidem ſequens talis prǽſumitur: & in reſtitutione dotis, quod ſit uoluntarius, & non neceſſarius ex eo, quia prouenit a datione uoluntaria,loquitur tex.in l.unica.§. ſciendum ubi Salice.C.de rei uxor. actio.Soci.conſil.101.colum.6.uerſi.circa ſeptimam quæſtionem uol.1.Deci.conſil.45.nume.4. Rolan.de confectio,inuentar.car.205.& Bero.quæſt.9.legauit.Pari.conſ.95.nu.10.34. & ſeq.uolum.2.& Bar.conſil. 216.uol.1.ubi dicunt hac de cauſa legatū dotis reſtituendæ non cenſeri relictum animo compenſandi cum dote.Cum igitur in præſenti noſtro caſu prima obligatio D.Venditoris indigentis pecunia prouenit, & fuit ex cauſa mutui, ita ſanè hæc ſecunda dationis inſolutum uoluntariæ facta in executione primæ talis præſumitur: & ſicuti ex prima obligatione nil ultra ueram ſortem mutuatam accipi poterat,quin eſſet uſura,ita pariter ex ſecūda obligatione dationis uoluntariæ inſolutum facta nihil accipi poterat,
83 nec poteſt, & acceptum † reſtitui debet: Quia ſcriptum eſt mutuo dantes nihil inde ſperantes,capi.conſuluit, extra de uſur. Specu.in eod.titu. uerſ. ſed pone.in fine: & Corne.in conſ.44.in hac lib.2.ubi in terminis allegat.Capi.plerique 14.quæſt.3 & pulchre Alexand.in conſ.120.col.fina.uerſi.denique lib.4.dicit in terminis,quod qui plures ſpectat uel recipit quod dederit in quocunque negocio, & quacunque re etiam ſi ſit eſculentum uel poculentum dicatur uſura, ſequitur Boer. dicta deciſ. 102. numero 3.Cum uero iſte emptor ultra ueram ſortē ſuā mutuatā percepit multa utique contra-

ctus. & ipse dicitur usurarius, & tenetur illa multa restituere: Ergo firma est conclusio, quòd ex isto capite præsumptionũ ualdè urgentium contractus iste nedum ex omnibus simul cumulatis, uerum etiam ex tribus tantum illarum præsumptionibus a iure & à Doctoribus approbatis sit in superlatiuo gradu usurarius, & ita iudicandus sit, & præcipuè cum non haberet ad manus pecunias, & esset multis debitis implicitus, & eques Beligerius, quo casu a mutuo potius quam a uenditione contractus dicitur originem sumere, ut in proposito tangit Angel. de Gambilio. consil. 116. nume. 9. cart. 443. & ad rem notat Crauet. consil. 156. nume. 17. uolum. 2. consil. 491. nume. 19. uolum. 3. Roma. consil. 423. per totum, & nume. 12. & 13. cart. 304. & est originale dictum Bald. in l. multum. C. si quis sibi, uel alteri, in l. 3. C. plus uale. quod agit post ibi Odofred. Domin. de Sancto Geminia. consil. 112. Titius. Paul. de Castr. consil. 109. consi. 306. quamquam colum. 3. sub nume. 4. uersicu. Nec etiam sufficit uolu. 2. & Bursa. dicto consil. 153. nume. 1. uolum. 2. & Cæpol. dicto tracta. de simula. præsumptio. 1. nume. 16. Nec aduersatur prædictæ conclusioni præsumptionem firmatæ; quod imo talis
84 cõtractus est iudicandus licitus & non † fæneratitius, quia fuit probata nobilitas, & bona fama ipsius emptoris, quæ excludit aliam præsumptionem usuræ. l. 1. §. prius. ff. de re milit. Castr. in consil. 284. in fin. libr. 2. Ias. in consil. 153. lib. 4. & Crauet. consi. 146. nume. 24. in fin. lib. 1. late Tiber. Decian. dicto Responso 2. nume. 84 & sequen. uol. 1. car. 66. Quia respondetur, quod talis fama bona in genere probata nil releuat, nec excludit aliam præsumptionẽ in specie dictæ usuræ probatam contra dictum emptorẽ,
85 quæ specialis † probatio præfertur probationi generali, & attendi debet, & non generalis l. 2. ubi Angel. de Calumn. not. Bart. in l. cum de indebito. ff. de probat. Alexand. in consil. 77. causa nume. 8. & 9. lib. 1. consi. 62. in causa nu. 5. & 6. uol. 3. Iul. Clar. practi. crimi. §. fi quęst. 21. colum 4. car 77. Crauet. consil. 516. nume. 15. uolum. 3. cart. 321. & est celebre dictum Innocen. in capitu. auditis, de præscrip. quem in consulendo moderni sequuntur, & Bald. in l. siue possidentis, in ultima oppositione. C. de probat. ubi
86 dicit, quod † præsumptio in specie tollit præsumptionem in genere, & est regula iuris generi per speciem derogatur. Et consonat satis istis, quod philosophus scribit in
87 libris Ethicorum, quod sermones † in generali sunt faciliores, in particulari uero sunt ueriores, secundum quod Aret. refert in consil. 89. longitudo, quem allegat, & sequitur Natta. in consil. 69. column. 2. nume. 5. lib. 1. Nec aduersatur prædictæ conclusioni etiam iuramentum appositum per partes in fine instrumenti, de obseruando omnia contenta in instrumento, & non con
88 trauenire, quod † ligat quem ad non contraueniendum contractui, ut est gloss. in l. si pecuniam. ff. de condit. cau. dat. & planè allegat Ant. Cabri. commun. conclus. libr 2. conclusio. 8 de iure iur. nu. 1. ubi inter alios allegat Ias. in consi. 9. colum. 6. uersicu. istud idem deduco lib. 2. & Alexand. in consil. 37. colum. 6. uersicu. unde licet lib. 2. asseuerantes esse communem opinionem, & ab ea in iudicãdo nõ esse recedendũ, late Gozad. consil. 69. nume. 16. & sequen. Grammat. decisio. 54. nu. 1. Socin. consil. 82. num. 1. col 2. uolum. 3. Rui. consil. 132. numer. 2. & 8. uol. 4. Quia respondetur id esse uerum in contractu uero, & ubi contrauenicns non fue-
89 rit habilitatus ab eo, † secus in contractu nullo, & ubi præcesserit habilitatio a iuramento, ut factum extitit in præsenti casu, de qua constat in actis ita Gozadi. in consi. 69. nume. 11. & sequen. Grat. d. consil. 11. num. 35. lib. 1. & est glo. in l. 3. cap. plus uale, quod agi. quam communiter sequuntur Doctor. & Roland. à Valle in consil. 2. numer. 80. & consil. 98. nume. 15. lib. 1. & Lup. in d. l. 2. nume. 36. vbi pulchre. C. de pact. inter empto. & uendit. §. 1. & procedit quando iurans esset reus, & nollet rem tradere, & sic impedire uellet executionem, & secus quando adimpleuit, & rem postea petit allegando instrumentum simulatum & pignoratitium, per supra deducta, & per Abba. in cap. 1. nume. 5. & 13. extra de iur. iuran. Grãmat. decisio. 89. Franc. Marc. decisio. 166. in 1. part. Bero. consil. 85. nume. 3. & 8. consil. 211. nume. 9 uolu. 3. Roland. consil. 93. uolum. 1. consil. 88. numer. 14. uolum. 3. & consil. 47. nume. 31. uolum. 4. & Anchara Regiens q. 47. in 1. par. & in proposito loquitur Ioan. Guteri in l. nemo potest in 5. q. Bar. nu. 39. in 4. lim. ff. d leg 1. car. 122. dixi s. dec. 48. nu. Nec aduersatur etiã prædictę conclusioni, quod imo iste contractus dicitur licitus, & non illicitus, quia eius forma sonat in uenditionem,

nem, seu in dationem in solutum, quæ regulariter est licita, & propterea inspecta
90 † forma non debet censeri illicitus, ut arguit Federic. de Senis in consil. 303. allegando gloss. in cap. in ciuitate. de usur. & Bald. dicit in consil. 210. quæritur. uersicu. item
91 contractus qui potest libr. 3. Quod † contractus, qui potest interprætari in bonam partem in dubio non debet interprætari in malam; nec uitiose, ut sit usura, & ita in dubio iudicandus est Barto. in consil. 65 incip. Petrus Nicolæ lib. 1. & Alexand. in cōsil. 221. colum. 2. nume. 6. lib. 2. late Decian. dicto Responso. 2. uolum. 1. Quia est hæc no
92 bilis † præsumptio, l. merito. ff. pro soc. & ad iudicem spectat interpretari contractum
93 † in æquiorem partem l. si socius pro filia, eodem tit. Quia respondetur primo, quod de forma contractus non est curandum,
94 quando in contrarium † constat de eius effectu. l. 1. & toto titu. C plus uale. quod agitur, & l. multum interest. uersicu. quod si tu quidem emisti. C. si quis alteri, uel sibi, ubi
95 habetur quod † res gesta potior quā scriptura habetur. & facit. l. si uno. ff. loca. Paris. consil. 54. num. 19. & sequen. uolum. primo,
96 & curandum non est de † nomine contractus, sed de eius effectu, ut dicit Cæphal. in consi. 1. nume. 18. libr. 1. Roland. a Valle in consil. 96. nu. 1. lib. 1. consi. 50. nu. 64. & consi. 69. num 40. lib. 3. Deci. consil. 160. colum. 1. consi. 374 nu. 1. Paris. consil. 20 nume. 61. & 62. volum. 1. Roland. consi 69 nume. 40. & sequen. uolum. 3. Crauet. consi. 202. num. 37. & sequen. uolum. 2. & in casu nostro constat de effectu pignoris, & non de uenditione, seu datione insolutum uera, quia ex parte d. uenditoris patet, quia dedit bona sua emptori cū pacto de reemendo infra decē, & octo annos, ecce ꝙ non fuerit libera uenditio seu datio insolutum, sed pignus, quo ad effectū, ut emptor sibi satisfaceret de credito suo ex fructibus annuis, & ita præsumi
97 tur, quia dicta † bona erant suorum antecessorum maiorum, quæ præsumptio potiꝰ pignus, quam ueram alienationem significat, ut notat Cæpol. de simulat. præsumpt. 15. nume. 61. Anchara. Regiens. quæstio. 75. nu. 4. in 1. par & Soc. Iun. in d. consi. 104. nume. 10. & 12. eod. lib. 3 & hoc est uero ueriꝰ quia ex probatis constat Dominum uenditorem recepisse pretium decem nouem mille scutorum de dictis bonis, & non uoluit assentire uenditioni, ergo uoluit in decem mille scutis pignus, & non liberam alienationem constituere, & ita præsumitur, eo quia quis non præsumitur iactare suum. l. campanus. ff. de ope. liber. l. cum de indebito. de proba. in fin. Paris. consi. 35. nume. 21. lib. 1. consi. 7. nume. 7. libr. 4. Et ex parte emptoris ualde fortius apparet ipsum uoluisse quo ad effectum constituere pignus omnino solum lucrandi causa fructus annuos, licet simulate (ut solent facere isti usurarij) dictum contractum in nomine, & forma dationis insolutum sonare fecisset: Quia sibi prouidit pluribus pactis negatiuis eius commodum tantum respicientibus, effectūque pignoris indicantibus, prout latè supra dixi nume. 72. usque ad nume. 78. inclusiue, quod commodum resultans ex dictis pluribus pactis pignoris effectum, & non uenditionis, seu dationis insolutum significat dicit Natta. dicto consi 497. num. 14. lib. 4. Crauet. dicto consil 491. nume. 22. uolum. 3. idque uerum esse demonstratur expresse ex depositione Domini, Francisc. Bernardini Bumij primi testis dictæ partis aduersæ, qui interrogatus a fol. 134. in processu, respondit (Io hò inteso dire dalli Signori Cattanei, & da altre persone; che il detto Lodouico Giussano haueua in pegno li detti beni per li detti diece mila scudi dal Signor Cōte Iannes dal Verme) Qui testis licet sit unicus contra producentem ad fauorem Domino uenditoris optimè probat, licet deponat de auditu alieno, ut per Domino Ias. in dicta rubri. de iur. iur. nume. 9. & in consi 37. colum. 4. lib. 1. Rom. dicto consil. 104. in fin. facit Decia. cons. 62 uol. 3. cum supra allegatis in proposito nu. 56. 57. Quia talis testis uti productus, & approbatus a parte dicitur ipsa pars, quæ sic fatetur illa bona fuisse data in pignus, & certum est, quod nulla est
98 melior probatio, quam propria oris † confessio. l. unica. C. de confes. cum simil. allegatis a Marant. de ord. iudic. in rub. de confessione nume. 21. corroboratur que istud pignus esse uerum, quia cum dicto teste ita pignus esse deponente concurrunt supradicta pacta plura illud denotātia, & significantia, ut supra declaraui nume. 56. Secundo respōdetur, quod ex supradicta responsione dignoscitur, quod sumus in claris dictum contractum fuisse, & esse quo ad effectum uerum pignus, & fænus, & in claris † non
99 cadit quęstio iuris. l. ille, aut ille. ff. de legatis 3. l. ancille. C. de furt. & l. continuus

§.cum ita.ff.de verbo.obligat. Quæ quidem
100 † o, imo procedit etiam in hac datione in solutum voluntariè,& ex assensu partium facta extraiudicialiter, quęin isto casu est similis venditioni.l præsium. Cod. de euict. multa cumular , & tenet Doc. in cons.18. num. 3.in principio , & cons. 567. cons.53. colum.2. vbi late,& Io.Andr. & Oldra. rel ti ab Alexand.in l. si quis cum aliter,co.5.ff.de ver. obliga.Lup.in tract. de vsur.nume. 32. & seq.cart.61. & Hiero. Magon. in Rota Lucan. decisio. 77. nu. 2.& 12.cart. 132. Paris.consil. 54.nu. 8.24.
101 26.82.vol.j.Licet hæc † opinio fallit in datione in solutum iudicialiter facta per D.Iudicem creditori petenti,vt per Alexãd. loco supra citato.sequitur Cagnol.in l.2. C de rescind. vendit. versicul. vigesimo quarto nu. 16. post principiũ . Tertio respõdetur,quòd ex supradictis constat,quòd contractus iste potius illicitus , & fæneratitius, quàm licitus est iudicandus. Quæ
102 † opinio nedum in claris(vt supra dixi) procedit , verum etiam in dubio in hac materia fænoris quoad exonerationem cõscientię suę,& sic rei restitutionem fauore animę , secus quo ad pœnam corporalem, vt firmat Dominic. de Sancto Geminia.in cons. 16. colum. 3. & 4. & consil. 112. col. pen. in fin. vbi dicit, quod D. Iudex. in hac materia potius debet inclinare in hac parte , quàm determinare contractum licitum , & ista est nobilior,& vtilior interpretatio. Quia primo casu concernitur fauor animarũ creditorum, si est contractus vsurarius , & illicitus. Secundo casu respicit detrimentum bursale ipsorũ tantùm .
103 Sed † vtilitas animæ potius est pręferenda etiam utilitati publicæ, quàm detrimentũ bursale,notatur in cap.infirmitatis,de pęn. & remis.l.sancimus. C. de sacr.sanct.eccles. Roderic. Soarez. in prohęm. fori.num.28. versic.tertium car.34.vbi latè , & Cæpol.d. tract.de simul. in 2. casu num.8. & in ultimo casu num. 118. tetigi infra.nu. 110. & Hier. de Monte.q.xi. nu.8.24.& seq.& q.15. nu..37. & seq. dixi supra decis. 27.nu.72 & infra decis. 48. nu. in j. par. & ratio est
104 quia ius canonicum , & † non ciuile attenditur in hac materia,quia ius ciuile non curat de anima , de iure vero canonico secus ; quia scientia iuris canonici dirigit hominem principaliter in Deum, & tendit ad finem æternæ beatitudinis , vt post allegata dicit, & tenet Natta. in terminis, in cons. 198. viso , & consideratio num. 17. nume. 21. & nume. 22. lib.j. præcipuè hæc
105 opinio † procedit in curia episcopi, vbi ius canonicum est seruandum,& non ius ciuile. cap. 2. de pact. in sexto cap.licet de iure.iuran.eod. lib. & Bald.in l.j. col.fi. C.
106 eod. titu. & in causis ecclesiasticis † ius canonicum iuri ciuili præualet. cap.qui clericis de foro.comp.& Paul.de Castr.in cõs. 422. sub. num. 3. lib. j. & Abba. in d.cap. qui de clericis,in fin.ergo dictũ Bar & horũ supra allegatorũ nu.91.92.& 93.nõ est.verũ in isto casu,vbi tractatur de lucro captãdo ,
107 & non de damno euitando , vt † opinio Bart. & cæterorum intelligi debet. Vnde concluditur Dominum Iudicem siue in claris , siue in dubio in hac materia iudicare debere dictum contractũ esse illicitũ,& vsurarium ex supradictis, dictãque partem aduersam teneri,ac condẽnari ad relaxandũ, & restituendũ dicta bona omnia , & eorũ libram possessionẽ , de quibus in dicto instrumẽto vnà cum fructibus vltra verã sor-
108 tem perceptis , quia † vsurarius vti malefidei possessor & possidẽs pignus tenetur ad restitutionẽ eorum,cap.i.& capit.cõquestus,de vsu.& ibi Doc.c.cũ cã,& ibi gl. fi.vbi Imo.& Panor.de officio deleg. sequitur Dec. in c.dilecto,nu.34 de appel.&optimè faciũt quæ ego Borninus dixi in meo tracta. de Tuto.& Curat.nume.254.fol.241.vbi dixi, quòd si tutor per plures annos teneret ,
109 † & possideret bona pupilli quæ prius emisset suis pecuniis,& fructus ex eis percepisset donec de pretio esset satisfactus vtiq; teneretur vltra sortem perceptam fructus restituere,quia habuit animum pecuniam mutuandi,& ita dicit Rimin. Iuni.in cons. 31.nume.154.lib.1.ita ĩ isto casu nostro iste emptor mutauit pecuniã,&ex ea emit d.nomine d.bona eo animo, & effectu pcipiẽdi fructus annuos,donec satisfactus fuisset de sua pecunia,merito tenetur ad restitutionẽ dictorũ fructuũ vltra verã sortẽ pceptorũ, ex prędictis,& per Did. Vari. resol. c.3.sub nu.7.ĩ fi.lib.i.Simeõ de Præt.cons 34.nu.3. cart.59.Pãcir.cons.32.nu.4.lib.i.car.49.dixi infra deci.48. nu.... & vlterius ad expensas iudicii. saltim à die productionis,& exhibitionis instrumentorũ citra postquam summus in hærede Reo conuento, qui post scientiã productorum dicitur in mala fide,
110 † temere ac iniuste negasse, & ad expẽsas

sis omnes tenetur, damna, & interesse, præcipuè cum usque ad finē litis pertinaciter perseuerauerit ex l. cum qui temere. ff. de iudic. & ibi Paul. de Cast. cap. fin. de dolo. & contum. Deci. in l. qui in alterius, nume. 7. ubi addentes. ff de regul. iur. & ibi Cagnol. num. 21. & seq. Roma. singula. 401. alio sero, & singula. 402. quis debet probare, Mathesila. singula. 82. & ibi addentes. Purpura. cons. 27. nume. 21. & cons. 116. colum. 1. & 2. uolu. j. cart. 121. late. Corne. consil. 301. sub nume. 11. uolum. 3. Paul. de Castr. in l. destitisse, nume. 4. ff. de iudici. Alexand. consil. 90. in causa in fi. volu. 2. Neuizan. cons. 38. nume. 17. consi. 16. nume. 3. & Natta. consil. 232. nume. 4. uolu. 1. & Guid. Papa. decisio. 137.

Vnde ex prædictis allegationibus satis copiose, & docte deductis per Honorandū Fratrem meum Dom, Dionysium fuit IVDICATVM* in curia Archiepiscopali Mediolani die 14. Februarij, 1581. Instrumentum nullum, simulatum, & pignoratitium, & bona relaxanda, vnà cum fructibus, & iterum per prius in simili causa, quæ non habebat, nisi tres coniecturas simulationis in dicta Curia de anno 159 ad fauorem Ill. Marchionis Raphaellis Triuultii contra illos de Mazētis, fuit IVDICATVM,* & per me uti Iudicem delegatum de Mense Nouembris 1580. CONFIRMATVM * & cum essem Fiuizani ita pluries consului & obtinui, præcipue de anno 1572. Septēbris, in Curia Iudicis, & fuit sentētia CONFIRMATA * per Magnificos D. Priores Fiuizani ad fauorem Petri Benedicti contra Melchiorem de studentibus Mercatorem Pisanum, & de anno 1578. Aprilis ad banchum militis Socii, & CONFIRMATA* fuit sententia per Rotam Florentinam de Mense Nouembris ad fauorem Simonini Pellegrini de Codeponte, quæ sunt notanda, & consideranda cum alius in sequenti decisione allegandis quia sunt de pane lucrādo, frequenter accidunt, & tendunt ad salutem animarum, quarum gratia in dubio potius iudex debet iudicare quem incidisse in hæresim, in Simonia, & in usurariam prauitatem ad hoc ut satis faciat, pœnitentiam agat, & rem restituat, quàm delictum non commisisse, & instrumentum illicitum, secus si ageretur criminaliter ad pœnā corporalem tantum, & non ciuiliter ad interesse, quia tunc ratione pœnæ corporalis bene in dubio iudex debet iudicare delictū supra dicta non fuisse patrata, & sic usuram non fuisse commissam, ita sentit, & declarat Doctus practicus. D. Hier. de Monte. quæst. 11. dubitatum fuit num. 8. car. 47. num. 24. 25. & 26. & seq cart. 50. & quæst. 15. num. 37 & seq. car. 62. Plot. l. si quando, nume. 324. C. unde ui. Rolan. cons. 75. num. 47 uolu. 1. & dixi supra in d. decisio. 27. in fi. in 1. parte quam distinctionem bene nota, & considera, quia est realis rationibus, & tutior, & corroboro alia consimili distinctione, nam uidemus, quod ratione consuetudinis iudex debet iudicare instrumentum non esse usurarium, sed licitum cum ab omnibus ita indifferenter reputatur, ita tradit Dec. cons. 170. Crot. cons. 49. uol. 2. cart. 58. Marāta. Spec. Aur. in 6. par. num. 108. & seq. car. 131. Crauet. cons. 145. nu. 12. lib. 1. Bero. cons. 207. nu. 53. uolu. 3. Plot. in l. si quando nu. 324 uers. quarto. C. unde ui, & Anto. Gabr. commun. opinio. lib 6. conclusio. 1. nu. 28. & seq. cart. 688. Tamen hoc procedit quo ad pœnam iudicialem, quia ob talem consuetudinem excusatur ab infamia, & à pœna pecuniaria, & corporali per supra dicta, secus quo ad ualiditatem contractus, & rei restitutionem transacto tempore retrouendendi, quia non obstante tali consuetudine contractus declararetur usurarius & pignoratitius, & emptorē teneri ad rem sibi traditam restituendam cum fructibus non obstante tempore apposito, & etiam transacto fauore animæ, & salutis æternæ, ut tradit Alex. in cons. 107. nu. 22. uolu. 2. Abbas. cons. 76. uolu. primo, Petr. Gherar. singula. 18. nu. 1. Soc. Iuni. d. cons. 104 num. 3. & 14. uolum. 3. Pancirol. d. cons 32. nu. 1. car. 49. Decian. consil 84. nu 10. & seq uol. 2. & infra decis. 48. nu. 40. Bero. cōs. 167. nu. 1. uol. 1. car. 623. Ioā Bapt. Lup. in tracta. de usur. sub num. 90. car. 61. Rolan. cons. 75. nu. 31. & seq. & maxime num. 33. 41. & 47. uol. 1. cōs. 96. nu. 31. uol. 2. Rmi. Iuni. cons. 218 nu 13. 14. 53. & 56. uol. 2. licet Decian in d. cons. 2. nu. 80. & 81 uol. 1. sentiat tali casu ualere ēt quo ad restitutionem bonorum, & fructuum, quia male loquitur, & contra communem, & in damnationē aiæ fortasse suę, si tales fructus, & usuras retineret, ut dicit Bero. d. cons. 167 uol. 1. & si cupis Benigne lector amplam habere materiam contractuum usurariorum, & pignorum, fac ut perlegas sequentem decisionem. 48. & 49.

# DE CONTRACTIBVS
## DECISIO II.

### ARGVMENTVM.

Contractus quot, & quibus coniecturis dicitur usurarius, & pignoratitius hic latè declaratur.
Cambia sicca sapiunt usuram, & quæ dicantur, & quæ Realia & licita hic notatur.
Contractus simulatus non meretur executionem, & fructus compensatur cum sorte.
Census quomodo fiunt, & à quibus tractantur hic notatur.

### SVMMARIVM.

1 *CONTRACTVS præsumitur mutui, & pignoris, non venditionis, si à principio venditor non habebat ad manus pecunias, vel quærebat eas in mutuum.*

2 *Emptio, & solutio in dubio præsumitur facta ex causa præcedenti.*

3 *Pauper dicitur, qui non habet victum, & vestitum, & attenditur qualitas personæ, & numerus filiorum nu. 20.*

4 *Notarius conficiens instrumentum usurarium efficitur infamis, & non potest amplius rogare.*

*Solutio non præsumitur, nisi probetur num. 4.*

7 *Contractus arguitur usurarius, simulatus, & pignoratitius ex pluribus coniecturis. &*

*Primo, quando alienat uenditor bona suorum maiorum.*

*Secundo, quando uenditio habuit originem a mutuo num. 1.*

*Tertio, quando uenditor esset pauper, & egenus num. 3 & 20.*

*Quarto propter pactum de retrouendendo ad certum tempus pro eodem pretio num. 4.*

*Quinto, si venditor perseuerat in possessione per annum, aut conducit incontinenti rem uenditam nu 4. 5. & 6.*

*Sexto, si uenditor retinet bona ad eius æstimum num. 9.*

*Septimo, si uenditor soluit collectas, & expensas contractus.*

*Ac alia onera num. 9.*

*Octauo, quando venditor soluit excessiuam pensionem ultra redditum fructuum num. 10.*

*Nono præsumitur simulatus contractus quando soluitur fictus in alia re, quam non producit illa terra, nisi esset consuetudo in contrarium num. 12. & 13.*

*Decimo, quando in restitutione venditor plus soluere deberet, vel de nouo res æstimari, & emptor soluere uerum pretium, aut quod Emptor finito tempore debeat facere aliud tempus, & dare uenditori aliquid plus nume. 14.*

*Vndecimo: quando adesset paruitas pretij in tertia parte; num. 15.*

*Duodecimo, contractus præsumitur simulatus quando uenditor promisisset soluere pecunias, aut frumentum pro pretio recepto, & non pro re uendita, & conducta num. 18.*

*Decimotertio, quando Emptor finito tempore retrouendendi uellet ut uenditor d. bona reemeret aliàs teneretur ad omnes expensas fiendas per emptorem in illis uendendis; & in hospitijs num. 19.*

*Decimoquarto, quando Emptor uellet posse facere capere venditorem, aut fideiussorem pro pretio exbursato, si d. bona non reemerentur, uel uenderentur finito tempore. nume. 19.*

*Decimoquinto; quando emptor non vidit, nec curauit videre d. bona ante emptionem nume. 21.*

Decimo

*citos pena extraordinaria, nisi esset consuetudo ita contrahendi, uel mulier, aut rusticus grossus.*

40 *Consuetudo faciendi contractus illicitos, & usurarios excusat a pœna, non autem a restitutione, & nullitate contractus, & elidit contrariam præsumptionem in permissis numero 13.*

*Testator non potest grauare hæredem, aut quẽquam vt soluat usuras, & pecuniam illicitam donec vera sors, uel legatum soluetur nu. 40.*

41 *Contractu rescisso per solutionem, aut transactionem an possit peti, aut opponi amplius exceptio simulationis.*

42 *Venditor cum pacto de retrouendendo finito tempore si contractus est simulatus, aut pignoris potest contra quoscumque petere rem sibi restitui; etiam vigore iuris congrui.*

43 *Contractu simulato omnia pacta, clausulæ hipotheca, & constitutum sunt nulla, & nihil operantur.*

*Clausulæ omnes sunt simulatæ, & nullæ appositæ in contractu simulato.*

44 *Vsurarius non potest appellare quo ad retardam executionem.*

45 *Sententia super usura facit ius quo ad omnes, & præcipuè scientibus causam motam.*

46 *Sententia lata contra unum quando præiudicat alteri uide ibi.*

47 *Libellus in causa contractus, pignoratitius, & fænoris quomodo sit concipiendus, uide ibi remissiue.*

48 *Census quomodo fiunt, & qui tractat illorum materiam, uide ibi remissiue.*

## DECISIO XLVIII.

SVPRA in proxima præcedenti Decisione late fuit discussum de simulatione contractus propter pacta illicita usurariam prauitatem denotantia ex doctis allegationibus Honorandi Fratris mei D. Dionysij Prætoris Bobbij, & Romagnesij, & alijs per me additis: Nunc restat, ut nonnulla alia deducam ad maiorem istius materiæ Fænoris implemẽtum in praxi ualde utilia, & per sententias terminata.

Et in primis ad fauorem Ioannis Francisci Io. Andreæ de Fiazzano breuiter iudicandum esse uidebatur instrumentũ fuisse pignoratitiũ ex pluribus coniecturis, quæ in illo processu apparebant; Primo, quia probatum erat, quod iste Io. Frãciscus erat pauper, & non habebat ad manus pecunias pro emendis terris Ioannis eius fratris, & quod a pluribus personis petijt dictas pecunias in mutuũ obligando dictasmet terras, cũ pacto de retrouendendo, & locatione, Vnde apparet, ꝙ ista uenditio
1 originẽ habuit a † mutuo, quo casu succedit doctrina Bal. in l. multum. C. si quis sibi vel alteri, vbi habetur, quòd ex tractatibus, & præfationibus præambulis præsumitur contractus emptionis pignoratitius sequitur Bar. in l. item quia. §. fi. ff. de pact. & in l. in contractibus, in fi. C. plus ual. quod agit, & idem Bald. in l. 3. C. eo. tit. post Odofred. dixit, quòd ubi originaliter fuit dictum de mutuando, tunc ex appositione pacti de retrouendendo post decennium præsumitur contractus emptionis pignoratitius, sequitur insignis Doctor Dominic. de Sancto Geminia. in consi. 112. Titius, & eius vxor Cassane. consilio 25. numero 1. Roma. singula. 368. quæro an pactum & in consi. 423. per totum, & numero 12. & 13. car. 304 & in Milite, & Belligero, qui alienat bona ab æs alienum, & causa faciendi Milites, & ut in bello honorifice se gerere possit, loquitur Angel. de Gambilio. in consi. 116. num. 11. car. 443. & tetigi supra decis. 47. numero 79. & seq. & ratio esse potest, quia
2 tunc † emptio, & solutio præsumitur facta ex causa præcedenti, & sic ex causa mutui, & ob caliditatem fænerantium fecisse cantare instrumentum pignoris, & mutui in uenditionem, Geminia. d. consi. 112. & consi. 16. col. 3. & 4. & dixi supra decis. 47. in princ. tex. in l. Triticum, cum ibi notat. per glos. & Doct. ff. de verbo. obliga. Alexan. consilio 90. numero 10. uol. 6. Pau de Cast. consilio 51. col. 2. uol. 2. & Crau. consilio 158. numero 13. lib. 1. & Ias. in consilio 70. numero 1. uol. 1.

Secundo, quia iste Ioannes Franciscus
3 erat † pauper. q̃a non habebat victũ, nec vestitũ, adnotata ꝑ tex. in l. nullus de testib. Alex. consi. 37. uol. 7. Crau. consi. 199. nu. 7. uol. 1. & Corn. Benincas. in tracta. de paup. q. 1. & q. 2. & infra nu. 20. & talis paupertas facit præsumi contractum pignoratitium

cum

cum aliis coniecturis. Calcan. conſ.28. nu. 19.& 20 car.73. Pariſ.conſi.54. nume.78. uolum.1.ubi late de materia fænoris. Crauet.conſ.156.num.13.ucı ſic octauo arguitur,li.1 Roland.conſ.40.nu.37. uolum.2.

Tertio, quia iſte Ioannes Franciſcus pauper quando uendidit; fecit pactum de retrouendendo pro eodem pretio uſque ad certum tempus limitatum, & ſtatim conduxit dictam petiam terrę pro fictu annuo, & hæc omnia eodem tempore, inſtrumento, & teſtibus fuit factum, quo caſu dicitur inſtrumentum pignoris, & non uenditionis, aut inſoluti Cepo.de ſimula.contra,in primo caſu principia, & in 2 caſu,nu. 5. & ſequen.car.mihi 164.Dominic.d.conſi.16 colum.3.car.9 Doct.in capitu.ad noſtram, de emptio,& uendi.Natta conſi.198.num.23. uerſ.poſtremo, non obſtat, uolum.1. cart. 443.Bero.conſi l.210.num.28.uolumine 3. Bald.conſi.70.num.3.& 5 uolu.1. Ioan.de Anania conſi.58.num 1. uidetur tex.in l ſicut.§.ſuperuacuum, ff quib.mod.pign.uel hippo.ſolui. Iacobus Nouel. in tractatu de iur.prothomiſ.§.7 ſub num.7.& Deci.conſil.692.num.3. & 4 ubi dicit indubitatum, Anchar.Regienſ.quæſt.80.nume.12.& 13. lib.3. Roland. conſil.40.nu.20.24.31.32 & 44. uolum.2. & pulchre hoc notat Anton. Teſſara.in tract.de error: Notario. capitu.
4 15. ubi notanter dicit † tales Notarios eſſe infames, nec poſſe alia inſtrumenta amplius facere & rogare, quod pro ſingulari tradit Roman. ſingula. 385 pone quod, & ibi addentes. & Hipp.ſingul. 181. nume.4. Dec.conſi.62. nu.39. uol.3. & licet intelligatur hoc eſſe uerum, quãdo uenditor qui ſtat in poſſeſſione, feciſſet pactum a principio de uendendo cum hoc, quod ſibi locaretur pro tempore contento in pacto de retrouendendo,quia tunc appareret non habuiſſe animum eam deferendi, & uendendi,ita notat Ari.Pinel. in d.l.2.in 3.par.c.4. nume.23.uerſ.ex eadem inſpectione.C.de reſcind. uendi.car.192. Natta d. conſi.198. num.23. uolum.1. Aut quando non ſolue-
5 retur penſio, & uenditor † perſeueraret in poſſeſſione ultra annum, ſecus ſi penſionem conuentam ſoluiſſet,quia tunc non reperitur prohibita talis locatio, Imo.conſi. 55.in caſu Dec.conſ.648.num.3.& ſequen. Sigiſ.Lofred.conſ.52.num.39. Roma.conſil.304.num.3. Crot.conſ 244.nume.14.& 25. uol.2. Tamen in caſu iſto hæc retentio poſſeſſionis uirtute locationis producit magnam præſumptionem fęnoris, & pignoris,ac mutui;Primo quia aliæ præſumptiones, & coniecturę cum iſta concurrũt,
6 quo caſu locatio † incontinenti facta uenditori arguit ſimulationem contractus, ut notat Tiraquel.in tract.de iur.conſtitut.in nona limita.ſub nu.3.uerſicu.nam, & conductio,& nu.4 & num.6.car.146 ex doctrina Bar.in conſil.65.Petrus Nicolæ.colum. fin.& Rom.conſil.246. clariſſime colum.1. & in iſto caſu loquitur, & ita intelligi debet Natta in d.conſ.198.nume.23. uolu.1. Secundo, quia non apparet iſtum Ioann. Franciſcũ unquam ſoluiſſe penſionem, nec præſumitur ſolutio cum ſit quid facti Alexan conſi.211.uol.2.conſil.196.nu 1. uol.7. Afflict.deciſ.91.ſub num.2.& Nicola. Auerar.in conſi.72.num.40. & maxime extante dicto inſtrumento locatoris, ut dixi ſupra deciſ.44.nu.44.in 1.par. car.638. Tertio quia ſtetit, & perſeuerauit in poſſeſſione iſte Ioann. Franciſcus poſt finitam locationem, ut animaduertit Purpura. conſil. 505.nu.5.uol.2.car.167.

Quarta eſt coniectura, quia hæc bona fue-
7 runt † ſuorum maiorum, & ſemper ſteterunt in eorum domo, & familia, quo fit, quod propter affectionem non præſumuntur uendita, ſed mutuo data, & pignorata. l.ſi in emptionem.ff.de maiorib.Tiraque. in tract de retract. in præfatio. ſub nume. 36.& num.37. Anchar.Regienſ.q.75.num. 4.in 1.par.dixi ſupra deciſ.47.nu.97.

Quinto ſimulatio, & pignus apparet, quia
8 iſte uenditor retinuit dicta bona † ad eius æſtimum,& ſoluit quolibet anno collectas, & datia, ac tributa, quod non retinuiſſet, nec ſoluiſſet,ſi uerè uendidiſſet,cũ ad eum nõ ſpectat ſoluere collectas, ſed ad emptorem, adeo quod non ualeret ẽt pactum in contrarium tanquã illicitũ, ut dixi in trac. de uſufr.mul.reli.nu,162.car.623.Bart.in l. oẽs. C.ſine cenſ.uel reli.per illum tex.Ari. Pinel. in l.1.par.2.ſub num.72.amplia.3. & 4.C.de bon.mater.car.255.Rolan.conſilio 32.uolum.1.& Dec.conſi.285. numero 4. et 5. Pariſ.conſi.52.num.3. uolum. primo. & ideo aliis coniecturis hæc retentio, & ſolutio arguunt contractum pignoris, et mutui, & non ueræ uenditionis, ut de retentione,et æſtimo loquitur text. cum gloſ.in uerbo,obiicere, in fi.in l.ſicuti.§. ſuperuacuum. ff.quib.mod. pigno. uel hypo.ſolui.

Cepol.

Cepol. de simula.contra nu.76. in 24. præsumptio. Afflict.decisio.40. num.17.& 18. Dec.consl.692.num.3.& 4. vbi dicit indubitatum Crauet.consl.156.num.10. volum.1. & consl.491.num.18.volum.3.car.285. Anchar. Regiens. d.quæst. 80. num.12. & seq. lib.3.Rol.d.consi.40.num.76.volum.2. De
9 solutione † collectarum & expensarum loquitur Cæpol. vbi supra in 7. præsumptio. nu.41. Corn.consil.135.col.pen.vol.1. Soc. consl.61. consil.129. volum.4. late Paris. d. consi.54.num.72.volum. 1.Riminal.Senior consil.629.num.6.& 7.volum.4. Anchara. Regiens.d.quæstio.80. num.18. & sequen. lib.3. car.212. Natta d.consil.198.num.13. volum.1.Crauet.d.consil.191.num.17.vol.3. Rol.d.consi.40.nu.33.

Sexto apparet de simulatione ob magnam
10 † mercedem pensionis, & excessiuum affictum, qui soluitur singulo anno pro conductione bonorum, quia excedit nedũ summam scutorum quinque pro centenario, sed etiam decem, & tamẽ terra ad plus regulariter producit solum fructus ad rationem quinque pro centenario, vt est tex. in Auth.de non alienand. §.quia vero, & in auth.perpetua, vbi gl.& Pau.de Cast. C.de sacros. eccles.Castan.consi.11.num.40. Ioã. Neuiz.consl.74.num.quinto, consi.17.num 28.Corn.consl.181.visis, colum.27.lit.Z. volum.2. car.184. Afflict.decisio. 284. in fine. Laur.de Rodulph. in tract. de vsur. quæst. 2.& Didac.Variar.resolu. li.3.cap.10.nu.1. car.270.& tetigi supra decisio.35.num.23. & 24. car. 474. in 1.par. & quando solutio fructuum, & pensionis est maior, quàm terra producit deductis deducendis, & quam permittitur a iure, tunc talis contractus istis alijs coniecturis præsumitur fœneratitius, ut tradunt Docto.in d.c.ad nostram. de emptio.& vendit.Cepol.de simula.contract.præsumptio.3.nu.32.& præsumptio. 15.in fi.adden.ad Bar.in l.fin.C.de pact.pig. Bal.in l.fin. C.de pign.actio. Natta consil. 198.num.23. in fi. uolum.1. Rolan.a Valle, consi.40.nu.24.& 27.lib.2. Ioan.de Anan. consil.58 num.2.Crauet.consi.156 num.9. Roman.consi 91.sub num. 10. Decian.consil.105.nu.25.& 26 vol.2. Rim.sen.d.consilio 629.num.10.uol.4. † nisi esset taxatum
11 a lege, statuto, consuetudine, uel ab uniuersitate habente authoritatem, quia tunc pro iusto pretio esset seruandum, & excluderet omnem querelam iniusti redditus, & pretij. l.1.& ibi Bart. C.de prædi.decurio. sine decre.non aliena.lib.10. gl.singularis, in l.ait prætor.ff.de minori.in uerbo. auditurum, Gaspar Caballi. de usur. tit.de contract.& redditi.specie. quæst.21.nume.222. uersic.ex quibus etiam Hippoli.singu.441. licet, num.3. Bar.in l.si quis pro eo, in 2.notabi.ff.de fideiuss.& Ale.consi.38.colum.5. uer. nec obstat, uolum.3. Auerar. consilio 150.colum.3.nu.40.car.401.Ioan.Bap.Lup. in l.2.§ 5. C.de pact.inter empto.& uendit. nume.159 car.89.& in l.curabit.§.4. nu.91. C.de actio.emptio.car.27. faciunt quæ dixi supra decisio.35.numero 27. in 1.parte, car.475.

Septimo colligitur pignus ex solutione fictus
12 † in alia re, quàm in pecunia, aut fructib. quibus illa bona producunt, nam ista bona sunt castaneata, & soluit cõductor pro pensione frumentum, quod est insolitum, & contra naturam contractus, & ideo arguit simulationem, Cepol.de Simula.contra in nona præsumptio. num.48. car.mihi 172. facit Crauet. d.consi.491.nume.15.& sequen.uolum.2.licet in hoc non facio multum fundamentum, cum in patria mea uideatur consuetum soluere, aut pecuniam,
13 aut frumentum, aut oleum, aut † uinum, quæ excludit hanc præsumptionem, ut per Ant.Gabr.commun.opin.lib.6. de consuetudi.conclusio.1.nu.4.& 5.car.688. & Bar. in consi.193. commune Lucignani.num.2. li.1.facit quod dixi supra decisio 44. nu.75. & 76.in 1.par.

Octauo probatur simulatio, quia fuit conuen
14 tum, quod finito tempore de † retrouendendo, si non redimitur terra, debeat solui aliquid aliud plus, & emptor bona retinere cum alio pacto de retrouendendo intra aliud certum tempus, uel quod bona æstimentur, & si ualent plus, debeat uerum pretium æstimatum solui, quia tunc apparet a principio non habuisse animum uendendi, & emendi, sed pignorandi, ut consuluit Abbas in consi.76.nu.2.& colum.3.uolu.1. car.37.& facit dictum Rom.consil.520.sub nume.12. uersicu.tertio apponitur. Pau.de Cast.consi.306.quamquam, sub num.5. colum.fin.uol.2.

Nono probatur simulatio propter paruita-
15 tem † pretij, quia dicta bona sunt maioris pretij ultra tertiam partem, & tamen secundum communem opinionem, quando aliæ coniecturæ concurrunt, & maxime pactum nega-

negatiuum, solitus fenerari, aut pensio excessiua sufficit modicitas pretij, & sic læsio esset circa tertiam, uel quartam partē, nam de dimidia iusti pretij est remedium ordinarium. l. ij. C. de rescind. uendi. ita considerat, & tenet Soc. iun. in d. consi. 104. nume. 3. 5. & 7. uolum. 3. Crauet. d. consi. 491. nu. 14. & 26. uol. 3. Bursat. consi. 153. nume. 33. uol. 2. Menoch. de arbitr. iudi. casu 217. car. 299. Decian. consi. 105. nu. 16. uolum. 2. & dixi supra decisio. 47. nume. 65. & seq. & quando est ultra tertiam partem, & sic in magna quantitate, tunc duæ solum sufficiunt coniecturæ, & non tres, alias secus, ut dixi supra decisio. 47. nu. 7. & Pau. de Cast. d. consi 306. nu. 8. col. 3. car. 150. uol. 2. quod est notandum pro limitatione, sicut idem est, quando adest pactum negatiuum demonstrans clarè lucrum fructuum, ut ibi dixi d. num. 7. car. 10. & iudex ex offitio potest se informare de ualore bonorum, & sic de ista modicitate pretij sumendo summarias informationes, mittendo architectos & peritos, ac etiam accipiendo ualorem taxatum a lege, quod est ad rationem quinque pro centenario, uel iusta redditum, aut fictum bonorum etiam post conclusum in causa ad euitandum circuitus, & immortalitatem litium adnotata per me supra decisione 19. nume. 20. & 21. & decis. 35. nu. 55. par. 1. Bar. in l. 2. num. 18. & seq. & ibi Doct. ubi Ari. Pinel. in 3. par. capitu. 4. car. 190. C. de rescind. vend. Io. Bap. Lup in l. 2. §. 5. num. 139. & sequen. C. de pact. inter empt. & uendit. ubi dicit communem, carr. 86. Franc. Niconi. in cap. quoniam contra, in gl. 1. num. 108. de probatio. car. 63 Hippo. in l. 1. §. fin. num. 8. & seq. ff. de quæstio. Alexan. cons. 84. colum. pen. uolum. 4. Maran. Spec. Aur. in 4. par. 9. distinctio. nume. 28. & seq. car. 77. & idem Ale. consil. 76. nu. 2. cons 94 num. 3. cons. 238 num. 4. uolu 6. Decian. consi. 2. num. 174. uol. 1. & cons. 32. num. 68. uolu. 2. & aduerte, quòd licet ista coniectura sit magni momenti, ut per Docto. in dicto cap ad nostram De emptio. & uendi. tamen non est necessaria ad conuincendum contractum, de usuraria prauitate. Adeo quod si non reperiatur in instrumento non possit dici contractus simulatus & pignoratitius, si adsunt aliæ æquipollentes, ut audiui quendam Doctorellum asserere, allegando doctrinam Ioan. Bapt. Lup. in tract. de usur. in repet. l. secunda. §. primo. num. 49. in fi. C. de pact. inter emp. & uendi. car. 64. Quia Lupus hoc non dicit, & si diceret, malè loqueretur, ex adductis supra in dicta decisio. 47. num. 8. Sed dicit, quod clausulæ insolitæ & inusitatæ arguūt contractum simulatum, dummodo ultra dictas coniecturas, atque pactiones insolitas concurreret paruitas pretij, alioquin de per se non sufficerēt ad conuincendum contractum usurarium, & illicitum, & sic dicit, uel uult dicere, quod coniecturæ supra per eum nominatę de per se, hoc est quælibet earum non sufficeret absque alia coniectura, uerbi gratia, paruitate pretii, & sic exemplariter, & demonstratiue hoc fuisse ab eo dictum, ut etiam dicit paulò supra,
16 sub num. 40. car. 63. & etiam † præsumitur, ut dixi supra d. decis. 47. nu. 14. Crauet. consil. 301. num. 5. uolum. secundo. Nam Crau. in consi. 156. nume. 17. uersicu. Nec obstat, quòd non probetur lib. 1. dicit, quòd sufficit ex aliis coniecturis constare, puta si in libro emptoris appareat scriptum, quòd assecuratus est super talibos bonis, & Doctores dicunt, quòd paruitas pretii, solitus fœnerari, & pactum de retrouendendo sunt nominati demonstratiuè, & non restrictiuè, tamquam casus, qui frequentius accidunt. & ideo si non adsunt, sed alię similes coniecturæ a lege approbatę, quod sufficit, quia satis est apparere de mente contrahētium nolle contractum uenditionis facere, sed pignoris, aut mutui. Grat. cons. 11. nume. 15. lib. 2. Decian. consi. 105. nume. 29. uolum. 2. dixi supra d. decis. 47. nume. 11. & sentit Bero. consil. 169. uolum. primo. car. 131. ubi dicit, quod sufficit, quod una illarum trium concurrat, & sic sine modicitate
17 pretii. Nam † manifesta uoluntas est illa etiam, de qua ex coniecturis apparet Afflict. decis. 44. num. 14. & Aleuisi. de Alberg. in singula. 261 probatio, & ita finaliter fuit
* Fiuizani Iudicatum * per spectabiles Dominos Bonos uiros ex relatione Sapientis de anno 1562. ad fauorem dic. Io. Francisci.

Et iterum contra Melchiorem, mala somma de Studentibus, Pisanum, fuit dictum instrumentum illicitum, & fœneratitium ad fauorem Petri Benedicti de Verucula. Primo, propter pactum de retrouendendo ad certum tempus, & locationem cum solutione pensionis in pecunia, per supradicta, num. quarto.

Secundo, quia in contractu dicebatur, quòd

soluit

18 soluit † pensionem scutorum quatuor ꝓ libris 428. & non dixit pro bonis emptis, adnotata per Cepol. de simula.contra in 9. præsumptio.num.48.cart.mihi 172.Natta conf.198.nu.23.in fi. uol.1.

Tertio, quia uult posse stare apud Caupones, & Tabernam expensis venditoris, si post decem, & octo menses non receperit pecunias suas traditas d. Petro pro dictis bonis, & scutos quatuor pro affictu causa vendendi dicta bona alteri, quo fit, quod apparet noluisse emere dicta bona, sed esse securum pro suo credito librarum 428. & habere pro fictu scutos quatuor, & d. tempore elapso ad recuperandum bona, seu potius ad soluendum dictas libras 428. uoluit
19 † posse uendere d.bona expensis d.venditoris, quod non conuenit, si est translatum Dominium, & est verus emptor. Rim.sen. d.consi.629.nu.6.& 7.uol.4.& Crau.d consi.491.numero 17.uol.3.Rol.d.conf.40. numero 33. uol.2.

Quarto, quia uult, quòd si non poterit vendere d.bona, quòd possit ire contra venditorem, & fideiussorem executiuè ad capturam personalem pro dictis libris 428. & scutis 4. vnde clarè apparet, quòd solùm fecit dilationem ad soluendum libras 428. & uoluit scutos quatuor pro interesse, & esse securus in dictis bonis, & non quòd sit verus emptor dictorum bonorum, vt patet sensui.

Quinto, & sexto, quia Petrus venditor
20 erat pauper egenus, & dicta bona † erant suorum maiorum per ea, quæ supra dicta sunt, numero 7. & potest etiam attendi qualitas personæ, & numerus filiorum in ista paupertate per ea, quæ dixi in meo tracta. de vsufr.mulier.reli. numero 126.car.760. vers. & ista paupertas, in prima par. Bero. consi 20.numero 15.uol.1.Natta conf.590. numero 14.lib.3.Roma.consi.76.nume.38. & seq.& Petr.a Gambara tract. de offi.leg. a latere.lib.6. numero 100. & sequen. cart. 176.Alphon.Mendo. in tract. de compatibili.& incompatibilita.benefi.c.19.numero 22.& 23.in prima par.car.51.& Anto.Cordub.in l.si quis a liberis. §.sed si filius, numero 44.45.46.& 49.ff. de lib. agnoscend. car.36.

Septimo, quia apparet ipsum Melchio-
21 rem Forensem, † & nunquam uidisse, nec fecisse videre dicta bona, quo casu arguitur pignus, & non ueditio, ut per Cepol. de simula.contra 18. præsumptio. numero 64. Afflict.decisio.40.numero 19.vers.item est, & alia, Roma.consi.91.numero 10.Bursa.153.numero quinto, & 27. volu.2.Natta d.consi.198 numero 9. volu.1.& Anchara. Regien.d.quęst.80.numero 22. libr. tertio. car. 212.

Octauo, quia adsunt clausulæ contra na-
22 turam contractus, & † insolitæ, ac intricatæ, quæ faciunt magnam præsumptionem simulationis, & pignoris, vt per Crauet. d. consi.491.numero 13.& seq.uol.3.Roland. d.consi 40.numero 34.uol.secundo. Decia. consi.105.numero 22.uol.2. Simon de Prætis consi.198.numero 20.car.411. dixi supra decisio.47.numero 75.& Ioan.Baptista Lup.d.tracta.de usur. numero 49. car.64. Crauet.consi.145.numero 14.libro primo. Neuizan.consi.8.numero 63. & Fran. Becci.consi.72.numero 26.& 27.car.128. Nam qui intricate scribit, non est sine fraude, & dolo, vt dicit Ioan. de Amic.consi. 107. super dubio, col.fi. Nono. Vnde ex prædictis
* fuit IVDICATVM. * Fiuizani, per Magnificos Dom. Priores de anno 1572.de mense Septembris, cum Victoria expensarum contractum pignoratitium, & simulatum.

Nono, quia clausulæ fere omnes, & pacta tendunt ad fauorem emptoris, quo casu magna resultat coniectura simulationis. Tiberi.Decian.d.consi.105.numero 25. volu.secundo, dixi supra decisio.47.nume.78. vnde.

Et circa, cambia sicca, & non realia contra Bartolomeum de Regio ad fauoré Bertolotti de Fiuizzano erat iudicandum, licet in conuentione, & promissione dictum fuerit, quòd si non soluerit dictus Bertolotus intra mẽses sex, teneatur ad cambium, & nomine cambii ueri, & realis super Nundinis Besenzoni, Leonis, & Mediolani, & teneatur stare circa dicta cambia, & recambia, ac expensas ad simplex dictum d.Bartolomei, quia non apparet quod litterę fuerint missæ ad dictas Nundinas, nec quod ibi cambia, & recambia fuerint decursa, nec quod aliquæ expensæ ob id factæ fuerint, licet in libro ipsius Bartolomei fuerit descriptus cursus cambiorum, & recambiorũ dictorum locorum, & expensæ solitæ fieri in dictis Nundinis, & cum non fuerit reale cambium, & expensæ veræ factæ non fuerint, non potest peti interesse, & cambium,

nec

nec expensa, quia cambia, & expensæ. reciperet absque aliquo periculo, & dum staret ad mensam, & in lecto, & in domo sua, & esset contra naturam conuentionis, in qua cautum est, ut ipse Bertolottus receptor soluat pecunias cũ cambiis, recambiis, damnis, expensis, & prouisionibus super in-
23 de cursuris, nam † transmittendæ fuerant literæ ad loca nundinarum, & ibi per receptorem, uel agentes eius soluenda erat pecunia, alias non reale, sed siccum, & iniustũ diceretur cambium, quod non fuit factum, sed in tuto stare procurauit. dicto Bartolomeus non exeundo domum, & solo animo, & intellectu negotiando, ita dicit Anto. Roscel. in tracta. de usur. nume. 73. & esse communem opinionem tradit Nauarra. in cap. Nauiganti numer. 25. de usur. & ibi nouissime Ioan. Baptista. Lup. §. 2. numer. 62. & 64.
24 & 65. cart. 108. & ideo † quicquid ultra sortem recipitur non ratione diuersitatis monetæ, nec ratione loci, sed solum in ratione temporis uenit in obligationem, & consequenter contractus licitus, & cambium reale esse non potest, ut admonet Ambr. Vign. in cap. salubriter, ad fi. de usur. clauas in verbo. vsura. §. 54. nume. 5. & 6. Summa Rosel. in uerb. vsura. num. 6. 13. 14. Tabiena. in verbo. usura. 15. Syluestri. in uerbo. usura. 4. numer. 9. & mercator, & campsor non debet
25 vendere † tempus, quod non est suum, ut inquit Scot. in tract. de cambi. in verbo. tur pe lucrum, nume. 14. & ubi aliquid desideratur, & consequitur uirtute expectati temporis, semper cambium siccum, & usurarium est. ita dicit. D. Sotto, de iusti. & iur. lib. 6. questio. 8. artic. 2. ante finem. Nauarra. in dicto cap. Nauiganti nume. 14. de usur. & ibi Ioã. Baptista. Lup. in §. 2. nume. 67. ait, hoc proprie illud siccum cambium uocatur, quod omnes diris execrationibus improbant, & hos duos, modos expresse fæneratitios declarauit Pius V. Pontif. Maxi.

Cambia licita sunt, quando pretium sub † pe
26 riculo uersatur, uel ex parte uolentis sibi pecunias in alio loco dare propter onera portandi & periculum quod euenire posset in itinere, aut hac de causa aliquid soluitur periculi præmio, aut ex parte Campsoris literas facientis, ut certo loco detur, quia loci ad locum interest. & propter onera, & expensas institorum in certis locis deputatorum, & quia remissiones pecuniarum non sunt faciles, Salicet. in auctent. ad hæc quæstio. 11. C. de usur. Bald. in rubric. C. de constitu. pecu. numer. 1. Roma. consil. 258. pro habenda substantia nu. 6. 9. & 10. Alexand. consil. 61. uiso processu causæ numero. 12. 13. & 14. volum. 2. Petr. de Vbald. in tracta. de duobus fratri. in 5. part. quæst. 31. nume. 34. cart. 60. Rota. Bonon. decisio. 58. literæ cambij, ubi dicunt hoc procedere dummodo fiant cum modica utilitate, & secundum communem usuram mercatorum, sequitur Bertachi. in reperto. in verbo. cambium, quo utuntur mercatores, cart. 231. column. 4. At in casu isto neuter istorum concurrit, quia non misit literas, non soluit expensas, nec periculum aliquod passus est, nec pecunias ad cambium accepit, ergo cambium siccum, & non reale fuit, & ita iudicãdum est per supradicta, & per Mandosi. in addit. ad Roma. dicto consil. 258. liter. K. sub nume. 9. vbi dicit communem illicitum, & usurariũ, ut supra demonstratum est, & per Anani. in cap. fin. de usur. in 34. columnu. versicu. Decimo quinto inuestigare restat Abbas. in cap. 1. ad finem extra de usur. Quo fit, quòd du-
27 rante † dilatione, & tempore dato ad soluendum nulla cucurrit mora, & nullum debetur interesse dicto Bartolomeo, quantumcunque ipse esset solitus negotiari, & pecunias ad cambia dare, cum (cambio illo sicco circumscripto) tempus ad soluendum remaneat firmum ad notata per Nicol. Auerard. consil. 150. column. 4 numero. 20. cart. 402. faciunt quæ dixi supra decisio. 35. nume. 20. & 21. in 1. part. Et vbi non est mora, interesse non debetur. l. insulam. §. vsuras, ubi Imol. numer. 8. uersicu. sed iusta, & alijs Doctor. ff. de solut. matrimo. Decisi. in capit. cum uenerabilis column. 6. de exceptio. & in consil. 119. pro tenui column. 3. uersicul. in oppositum late Crauet. consil. 179. sub nume. 79. lib. 1. consi. 233. nume. 3. 4. volum. 2. Socin. consi. 109. sub nume. 3. uolum. 1 Riminal. Seni. consil. 72. videretur, uolum. 1. & Plot. in l. si quando, numer. 455. C. unde vi & dilatione, ac conditione pendente tempus non currit, ut per text. in l. cum notissimi. §. illud autem. C. de præscriptio. 30. annorum Barto. in l. si cui legetur, in fin princip. ff. de lega. primo, Paris. consi. 17. numer. 4. consil. 26. numer. 6. uolum. 2. & Didac. Variar. Resolut libr. 3. capit 5. numero 5. Vnde dixit Innocent in dicto cap. Nauiganti de usur. quod si aliquis paratus sit emere merces ad portandum

aliunde,

aliunde, & alius indigens pecunia ad eum ueniat, & offerat eandem pecuniam cum lucro sperato usurarium esse contractum, sequitur Ioan. Andr. ibi, nisi post moram
28 † debitoris, quoniam ante moram interesse lucri cessantis ratione mutui non debetur, ut tradunt omnes in d.c. Nauiganti. Salic. in Auct. ad hæc nu. 13. C. de usur. Aret. consil. 151. ad finem, & consi. 156. in fi. ubi communiorem, & tutiorem ait Cur. Iun. in l. 2. §. Mutui datio. nume. 21. ff. si cert. peta. Rube. cons. 20. nume. 4. Crauet. consilio 87. nume. 5. cons. 186. nume. 7. vers. Videamus, ubi casum hunc habet pro indubitato, cons. 320. num. 2. lib. 2. Plot. l. si quãdo, nume. 453. C. unde vi, & ideo dicebat Ambrosi. Vignat. post Diuum Thomam. in Rubrica. extra de usur. numero. 55. & 56. quod licet mutuans sit Mercator, & solitus lucrari, non propterea posse mutuari, ut aliquem super excrescentiam recipiat ultra mutuum, sub prætextu interesse, quod fuisset lucratus, quia non debet vendere, quod nondum habet, & potest multipliciter impediri ne habeat, & multa requiruntur ad consequẽdum interesse lucri cessantis in Mercatore, & solito negotiari, ut per Cagnol. in l. quatenus, nu. 26. ff. de reg. iur. Rimi. Iuni. cons. 304. num. 8. & seq. uolumine 3. cons. 52. num. 31. & seq. uolum. 1.
29 Secus in † damno emergenti, quia tunc sufficit probare, quod accepit sub usuris uel ad cambium pecunias, pro quibus tot, & tot soluit singulo anno, ut tradit Roma, cons 94. cons. 100. Alex. cons. 141. uolumine 5. Cephal. cons. 290. nume. 15. uolum. 2. nec necesse est probare se esse mercatorẽ, & solitum negociari tali casu Alexand. consilio 31. num 10. uolum. 6. Rimi. Iuni. d. consilio 52. nume. 31. & sequ. & d. consi. 304. numero 8. & seq. & Plot. in l. si quando, sub nume. 423. uersi. depositarius, nume. 427. versic. debitor numorum, & nu. 467. uersi. quinto Mulier. C. und. ui, Verum est, quod
30 Doctores dicunt, quod † in Aucupatore, Venatore, & Piscatore Mercatore nullum consideratur interesse propter incertitudinem negocij. Bocri. in additio. ad Dyn. sup Rubri. colum. 2. lit. A. de regul. iur. in 6. Roma. singula. 637. tu habuisti, & Beneuenut. Strac. in tracta. de Mercatu. num 5. cart. 78. Iacob. Nouel. post Regulas Duenc Regula. 46. in uerbo. inter usurium, quod est notandum, quia aliquando apud me occurrit iste casus inter quosdam Piscatores de Petra Sancta, & Monte Policiano, uide in Columbaria Anto. de Fano. de pignori. in 5. part. 5. Memb. num. 8. versic. dubito etiã cart. 402. Quibus ita discussis, & nullo interesse decurso, nec debito, apparet pactũ
31 appositum, quòd † stetur dicto, & declarationi mutuantis, & creditoris, non prodesse dicto Bartolomeo, quia licèt in casu licito tale pactum de stando simplici dicto, & declarationi Creditoris ualeret mediante iuramento, & non aliter, vt voluit Alexand. cons. 130. volum. j. cons. 37. num. 27. cons. 54. sub numero 1. cons. 67. sub nume. 3. vers. quinimo de d. interesse Conuentionali, & in consilio 101. volumine 2. consil. 68. nume. 7. volum. 6. Ias. late in l. iusiurandi. ff. de iure iurã. & cons. 147. nu. 4. volum 2. Hippoli. singul. 402. Gomesi. in §. item si quis sub nume. 23. instit. de actio. Aret. §. actionum num 21. instit. eod. Soci. consil. 80. sub nume. 12. volum. 4. Afflict. decisio. 81. sub num. 9. Cagnol. in d. l. quatenus numero 26. ff. de reg. iur. car. 110. Bello. consil. 75. & consilio 77. Tamen superfluum est, quando probatio illa (etiam si per testes uel alio modo legitime, & concludenter facta foret) non reuelaret, ut in casu isto ubi nullo modo hoc cambium, & interesse
32 non valet, nec debetur. Et propterea † in prohibitis non statur partium ipsarum cõfessioni, nec testibus, l. qui test. ff. de proba. & in proposito notat Bald. in l. rogasti. §. si tibi, colum. 2. versi. in cõtrarium. ff. si cer. petat. in l. j. numero 19. C. de sent. pro eo quod Interes. Ioan. de Anani. in d. cap. nauiganti. num. 62. de usur. Alex. cons. 23. nu. 10. & 11. uol. 4. Plot. in l. si quando numero 453. C. und. ui. Lup. de Sancto Geminia. in l. curabit. § 4. numero 91. C. de actio. emptio. cart. 27. & Ioan. Lup. in c. per Vestras. notabi. 6. in prin. nu. 7. de Dona. inter uir. & uxor. car. 333. Immo omne solutum per Bartolottum d. Bartolomeo occasione dictorũ cãbiorũ siccorum, durãte dilatione, debet in sortem computari, aliàs esset usura, quam non posset retinere tuta consciẽtia, nec de iure canonico, & ideo dixit ĩ materia vsurarum, Abbas in consil. 56. tria succinctè ũidenda, sub num. 2. colum. 2. uersic. nam dico, ꝙ debet pronuntiare libro j cart. 37 quòd pensiones domus, quas ille creditor percepit, computantur in sortem debitam, & residuum debet vnà cum do-

mo tradi,& assignari debitori, ut probatur in capi. 1. & 2. de usur. & Antoni. de Fãde pignorib. in 5. part. 5 Memb. numero 7. cart. 402. & in 7. part. 3. Memb. nume. 7. car. 496. & dixi supra in pcedenti decis. 47. nu. 108. & 109. ergo solutum, tanquam in causam usurarum solutum conditione indebiti repeti posse clẽ. j. de usur. uel in sortem compensari. l. eleganter. §. si post. ff. de condi. indebi. Roma. d consilio 238. num. j. Pulchre Alexand. cons. 80. num. 11. & seq. uersiculo circa secundum. volumine. 3. Abbas in capitu. Debitores numero 5. & 13. de iur. iurand. vnde finaliter omnibus maturè
* pensatis, fuit IVDICATVM * Florentiæ de anno 1556. Iunii 21. ad fauorem Bertolotti debitoris, & ego in simili casu cambiorum siccorum hic Papiæ uti Vicarius Episcopatus Generalis, & in hac causa De-
* legatus IVDICAVI * ad fauorẽ illorũ de Tacconibus contra Scarionos de anno 1579. Martii, & in simili causa ita IVDI-
* CAVIT * de anno 1580. Curia Archiepiscopalis Mediolani ad fauorem illorum de Clusanis, & in simili causa ad fauorem Fisci subrogari in locũ Batlassine Cremonen
* sis, Debitoris IVDICAVIT * Excellen. Magistratus Extraordinarius Mediolani, de anno 1577. per hæc uerba, inter cetera.

Declaramus D. Ambrosium teneri cõpensare super sorte librarum decem mille omnes pecunias per eum receptas, & de quibus in calculis per eum exhibitis, & omnes alias aliter per eum receptas, si quas recepit, &c.

Et pro complemento istorum contractuum fæneraticiorum scire debes, quòd in
33 foro † iudiciali debent attendi Doctores, canonistæ, & non Theologi, secus in foro conscientiæ, adeo quòd si Theologi dicerent contractum sapere usurariam prauitatem, & esse pignoris, & Canonistæ dicerent contrarium, & esse licitum, deberet iudex pronuntiare secundum opinionem Canonistarum, Alexand. cons. j. nu. 8. & seq. vol. 2. Paris. cons. 67. num. 31. & seq. uolum. 4. Deci. consilio 111. num. 6. & ille-
34 met, qui fecit contractum, † ac eius hæres descendens potest uenire contra contractum, & allegare exceptionem simulationis petendo rem sibi restitui, & fructus excomputari in sortem. Boeri. deci sio. 102. in fi. Paris. cons. 53. nu. 15. & 16. & cõs. 54. num. 51. & 86. & seq. uol. j. car. 115. Decian. cons. 105. nu. 28. vol. 2. Natta. cons. 198. nu. 24. uol. 1. & faciunt quæ dixi in meo tracta. de tutore. nu. 162. car. 162. & per Plot. cons. 97. nu. 10. car. 407. tetigi supra nu. 32. quãuis Bart. in cons. 65. Petrus vol. 1. limitat nõ procedere in hæredẽ extraneo, qui nõ põt allegare contractum simulatum, quem sequitur Bero. cons. 147. num. 40. uolum. 2. ubi dicunt rationem esse, quia testator non tenebatur aliquid illi hæredi relinquere, licet secus esset, si illi teneretur aliquid relinquere, aut dare, ut filio legitimam, & creditoribus æs alienum; Nam tunc ratio-
35 ne eorum interesse Tertius potest † obiicere exceptionẽ simulationis, & fraudis, ut dicit ibi Bero. d. cons. 147. nume. 40. in fin. & Paris. dicto consil. 53. num. 35. uolum. 1. Salicet. in l. emptione num. 2. uersicu. quæro an per tertium. C. plus uale quod agit. Bart. d. cons. 65. colum. 1. Vincenti. Carroci, in cap. cum quid, de regul. iur. in 6. in 4. par. limita. 8. sub nu. 4. cart. 173. & Ioan. Guteri. in repeti. l. Nemo potest in 5. quæst. Bartoli. nu. 387. ff. de leg. 1 car. 118.

Et potest allegari hęc exceptio post sen-
36 tentias, & in † executione, & de per se quãdocunque, ita dicit Paris. d. cons. 54. nu. 18. & num. 101. uol. primo, Cattella. Cotta. in suo Memorial. in uerbo. sententia, quæ lata est car. 457. Alex. consil. 82. uiso processu colum. 2. nume. 5. & 6. uol. 3. Grammati. decisio. 45. num. 1. per rationes. Sebastia. Vanti. de nullit. tit. quib. mod. sent. nulla repara. nu. 58. & seq. uersic. nisi forent tales exceptiones, Christo. Porci. commu. conclusio. libro 4. conclusio. 25. limita. 8. car. 809. bona glos. in l. tamen, per illum tex. ff. ad Macedonia. Rodoric. Soarez. tit. de las deudas numero 38. columna finali cart. 529.

Et si apparet aliqua suspitio simulatio-
37 nis, ut puta † per duas coniecturas, debet bonus iudex sup sedere executionẽ, donec de ueritate simulationis cognitum sit, & sic instrumentũ tali casu nõ meretur executionẽ sup capite suspecto, licet sup alio nõ suspecto possit exequi, Capici. decisio. 175. Ant. Massa. Gallesi. in suo opere ad forma Came. obliga. quæst. 5. numero 1. car. 188. Ioan. de Anan. consil. 58. in fi. Maranta. in sua disputa. 5. num. 1. Rui. consil. 191. nume. 9. uolum 1. Ioan Baptist. Lup. in d. capitulo nauiganti. §. 2. numero 66. de usuris cart. 109. uersiculo ex quo sequitur, facit quod dixi supra decisio. 35 numero 32. & sequen. in prima part. & uide Bero. consilio

lio 85.numero 3.& 8.& consilio 111. numero 9.uolumine 3. Cagnol. in l. curabit, num.8.& seq C.de act o.emp.car. 214. Etiam quod esset iuratum prædicta omnia fuisse,& esse uera,& promisisset attendere, & obseruare(petita absolutione a iuramento)Paris.consilio 53.numero 10. & seq.uolum.primo,Abba.in c.1.nu.56. 13. de iur. iuran Franc.Marc.decisio. 166. in 2. part. Anchara.Regiens quæstione 47. libro primo,licet multi uoluerunt non posse opponere uirtute iuramenti quo ad retardatam solutionem,ut per Gozadi.cons 69.nu. 16. & seq.Paul.de Cast.cons.306.numero.4.colum.2.uol.2 Prosper.Pasct cons. 195. cart. 180 Soc.cons.82.nu.1.col.2.uol. 3. Gramma.decisio.45.nu.1 Rui.cons.132.nume.2. 8.uol.4.uide Roland.cons.88. numero 14. volumine 3 consilio 93. uolumine 4. cons. 47.nu.31.uol.4.& Grāma.decisio.89.Crot. cons.185.in fi.uol.1.Rimi.iuni. cons. 177. numero 25.uolumine 2. Ioan. Guteri. in repeti.l. Nemo potest in 5.quæst Bartoli. numero 398.ff.de leg.1.cart.122.& nume. 386.& seq.cart.118.ubi pulchre.

38 Et Coram † iudice ecclesiastico hæc exceptio simulationis,& usurariæ prauitatis cognosci oportebit, & non coram Iudice laico maxime quando super iure(facto præsupposito) contenditur licet, incidenter per uiam exceptionis opponeretur, quia iudex secularis debet ad iudicem ecclesiasticum partes remittere,Alexane. consilio 9.præstantissime Doctor numero 3. uolu. 4.Deci.consilio 170.numero 3.uersic. Tertio principaliter:Iac.Machel. patrocin. 21. numero 4.& sequen & patroci.49. numero 2.& 3.Roland.consilio 75. numero 13. & sequen.& numero 36.& 37. uolumine primo,consilio 96.numero 44.& sequen. uolumine 2.& de materia uide late per Paul. de Castr.in consilio 109. uisa petitione numero 2.& seq uolum.2.Guid.Pap. consilio 180.num.2.practi.Papi.in for. decli. iurisdi.in glo.nec fuisse nume.5.Cephal.consil. 402.nu.22.& seq.uolum.3.prob. in Rubrica de usuris. numero 9. ibi in additio. ad Ioan.Monach.car.371.Bero. consilio 207. cons.208.cons.210.& cons 211.uol.3.Bursa.cons.90.numero 28.Geminia. cons. 66. col.2.& 3.cart.45.Cur Iuni.cons.279.uolumine 3.Menoch.de retin posses.quæstione 52.remedi 3.Iul.Clar.in practi.Crim.§.fi.. vers.quæro igitur.colum.4.cart.117. & §. vsura.colum.2.cart.45.late Blanch.in trac. de compromis.quæstione 4.numero 9.uersiculo causa usurarum cart 301. & Tiraq. in tracta.res inter alios Acta cart. 7. uersic. præterea quamuis iudex , & Apostilla ad Ferrat.Cautel 53 si coram iudice, & obseruatur, quod opposita hæc exceptio vsurarum fit remissio ad Episcopum,aut aliud iudicem Ecclesiasticum , vt sæpissime ad me per iudices Seculares causæ fuerunt remissæ,& contra captiosos iudices seculares solet fieri inhibitio sub pœna excommunicationis , & statim fit remissio formidine pœnæ adnotata per Alexand. consilio 18.numero 3. uolumine 6.& tetigi supra decisio.9.numero 41.in prima part. Fede ric.de Senis,consilio 300. factum tale Lap. Allega.60.numero 7.cart.247.& si esset dubium an esset quæstio iuris,vel facti,uel an ecclesiastica,uel secularis causa,tunc iudex ecclesiasticus esset adeundus ad hoc cognoscendum , qui summaria cognitione hoc declarabit,ut per Fely. in capitulo si clericus laicum,numero 3.& 4. de foro compet.Deci.in capitolo ad audientiam,numero 2.de appella.Fernand.Vasq.li.3.§.22.nume.69.limita.17.cart.548.Lancellot.de Attentat.in 2.part.cap.20.nu.79.quæs.3.cart. 399. quo cognito remittetur ad iudicem competentem per supradicta , & per Cagno.in l.cū quædā puella.§ quotiens nu.1 & seq.ff.de iurisd.omni.iudi car.163.Auerard.cons.158.cart.416.

39 Et poterit puniri per † iudicem iste usurarius etiam extraordinarie pœna pecuniaria.uel alia arbitraria iudicis nō corporis afflictiua Roland.d.cons.75.& cons.96. Marant.in disputa.5.nu.12.& seq.cart.289. Bero.cons.207.cons.208.uol.3 Rube. Alexand.cons.65.nu.3 Deci cons.70 nume. 1. & 2.& aliis pœnis multantur,de quibus habetur per Ioan.Bap Lup.in ca.quanquam, in præfatio.de usur.num.2.& sequen.cart. 139. Nisi esset Rusticus grossus , aut Mulier,qui fecit huiusmodi contractum,nam excusantur a pœna propter eorum simplicitatē Petr.Gherar.cons.18. Nota diligenter numero 6.& 7.Arnol.singula.91.quotidie,Hippoli.practi.Crimi.§. postquam nu. 60 facit Plot.in l.si quando numero 327.& numero 440. & sequen. C. unde.vi, Ioan. Bap.Lup.in l.2.§.1.numero 29.in fi. & nu. 30.C.de pact.inter empt.& uend.cart. 60.

40 Vel nisi esset † consuetudo in illa Regione faciendi huiusmodi cōtractus,quæ licet nō excusaret ab inualiditate, & restitutione ,

vt pulchre per Bero.consi.167.& cons.193. nu.64.uol.1.& supra dixi decis.47.nu.110. in fi.& per Ioan.Bapt.Lup. in l.curabit. C. de actio.empt. §.4.num.66.& seq.car.21.& sentit idem in d.l.2.d.§.1.sub nu.30.car.61. & Ancha.Regien. q.70.nume.4.lib.1.etiam quod testator ita mandaret ut solueret certum quid singulo anno donec legatum solueretur, quia non valeret tale onus vt vsura.Ioan.Lup.in c.per vestras.in 6.notab.sub num.8.col.2.de dona.inter vir.& vxor. car. 335.Rolan.consi.55.nu.21.& seq.uol.2. Ioseph.in Rota Luca. decis.23.in 1.par. & ita
* fuit IVDICATVM * Fiuizani contra Tonium Rastellini circa legatum relictum eius vxori de anno 1572.Nouemb.& tradit Ioan.Baptist.Lup.in l.curabit.§.4. num.91. C.de actio.empt. car.27.vbi distinguit non procedere in permissiuis,ut notaui in decisio.35.in 1.par. Tamen excusaret a pœnis. Rolan.d.consi.96.uol.2.& consil.75.uolu.1. Rim. iun.consi.218.num.13.& seq. & num 53.& 56.uol.2.Dec.consi.170.Anchar.Regien.q.70.nu.4.& 5.& seq.in 1.par. & dixi supra d.decis.47.nu.110.in fi.& Plot.in consi.19.nu.122. car.132.

41 An uerò † rescisso, & soluto contractu, aut per transactionem facta quietatio, possit amplius opponi hæc exceptio simulationis, uide Anch.consi.98.in fi. col.4. cart.99. Octauia.Pedemon.decisio.143.num.1. car. 581.Dec.consi.583.sub num.8. & Ioan.Guteri.in d.l.nemo potest.d.5.q. Bart. nu.377. & seq.car.117.Pau.de Cast.d.consi.306.col.1. & 2.uol.2.

Et aduerte, quòd si esset transactum tem
42 pus pacti de † retrouendendo, aut reemendo uirtute iuris congrui, aut pacti, tamen si contractus erit simulatus, & pignoratitius his non obstantibus poterit reemere, quia in pignore nunquam transfertur dominiũ in recipientem, vt dicit Pau.de Cast.consil. 332.col.2.nu.1.vol.2.Anto. de Fano de pignori.in 3.memb.2.par.nume.172.uers.pignus,& in 2.membr.6.par.nume.19.& seq. Corne. consi.266.nume.7.cons.346.nume. 27.uol.1.& Ang.in l.cum dominam. C. de pignori. dicit, quod si debitor faciat pactũ cum creditore, quod si infra tale tempus non luerit pignus, non possit amplius luere,& efficiatur ipsius creditoris, quod hoc non obstante poterit debitor moram purgare,& luere pignus, & dicit esse tex. notabilem in l.quamuis.ff.de solutio. sequitur Rube.Alexand.consi.3. sub nume.9. pro singulari refert Hippol.singula.468.sapient.communiter,& quod non obstante pacto de retrouendendo,& lapsu temporis possit reemere, quando contractus est simulatus, & illicitus ac pignoratitius, licet cantet in vẽditionem, uel permutationem consuluit Pau.de Castr.consi.306.sub nume.1. consil. 332.numero primo.uol.2.Rolan.consi 63. numero 15.& sequen.uol.1.Petr.Gherard. singula.18.Soc.iun.consi.104.numero 3 & 14.uol.3.Pancirol.consi.32.car.39. Decian. consi.84.numero 10.uol.1.& Ioan.Baptist. Lup.in d.l.2.§.3.numero 96. versic. limitatur ergo tertio car.77. & ita fuit IVDI-
* CATVM * Fiuizani per Dom.Priores, de mense Septembris, anno 1573. ad fauorem filiarum Ioannis Mariæ de Vugliano, & iterum de mense Aprilis 1578.& confirmatum Florentiæ de mense Nouembris ad fauorem Simonini de Codeponte.

43 Et omnia pacta, cõuentiones † clausulæ Hipothecæ, & constituta redduntur simulata, fictitia, & nulla, & nihil operantur (contractu declarato simulato, & usurario) & nulla possessio in emptorem dicitur trãslata, Tiraquel.de iur.consti.in 3.par.per totum,& num.23.29. & 32.car.131. Gozadi. consi.28.uidetur prima facie, numero 29. & 33.Rui.consi.127.uisa facti.uol.6.Achil. Mirandul.de adipis.pos.numero 304. versi. sed ego.car.245.numero 317.car.257. Natta consi.443.super casu,uolu.2.facit Roma. consi.286.numero 2.car.174. Cur.iun.consi.244.numero 17.uol.3.& Bero.consi.108. numero 10.uol.3.Plot. consi.97. numero 1. & 3.Decian.consi.105.numero 33.& 34.uolu.secundo. Adeo quod non præfertur posterioribus hipothecarijs, Gaspar Caball.in trac.de vsur.quæst.15.numero 184. Paul.de Cast.consilio 332. uisa supradicta, uolum. secundo, ratio est, quia obligauit bona, & hipothecauit ex causa uenditionis, & non pignoris,& cum causa non sit uera, sed falsa, habetur pro non apposita,& præiudicat Cyn. in l.1.C.de fundi.uel actio. vendi. versicu.sed debet distingui, & ibi Bald. numero primo, versic.sed tu dic.& Natta d.consilio 443.numero primo, & secundo, si non est apposita, ergo secundus cui uerè fuit apposita præfertur. l. quoties. C. de rei uendi & ibi Doct.& in l.assiduis.C.qui potio.in pigno. habe.

Et lata sententia ad fauorem venditoris,

44 & contra † vsurarium dicit Ioan.Bap.Lup. in c.quanquam.de usur.in præfatio.nu.15. car.141.per tex.in c.quam perniciosum.de vsur. quod non potest appellare ad subterfugiendam restitutionem in odium usuræ, & sic non retardatur executio, quod tamē intelligo in manifesto,& notorio usurario, & sic conuicto aliàs per sententiam vel cō fessionem, vt loquitur d.c.quam perniciosum,& sentit Anto.de Burgos in d.c.ad nostram,nu.23.& nu.24.& seq. versic expeditus de prima conclusione,de empt.& uen-
45 di.car.57. quæ † sententia declaratiua aliquem esse vsurarium, vel fecisse contractū illicitum, & simulatum facit ius, quo ad omnes adnotata per Didac. in pract.quæst. c.13.num.4.& seq.car.678.uers.cæterum,ut hæc materia,ubi præiudicat etiam aliis ha-
46 bentibus ab eo causam maxime † data sciētia litis,& dixit Tiberi.Decian. in consi.24. num.94.uol.1.car.424.quod sententia lata contra vnum, quem negotium principaliter tangebat,præiudicat etiam alijs,quos in necessariam consequentiam tangit secundariò ipsum negotium,& in consi.54.nu.6. uol 3.consi.54.nu.57.uol.2.tetigi supra decis.10.nu.26.in 1.par.& uide Rolan.consil. 92.uol.4.& Octauia.Pedemonta.decis.156. car.639.qui loquuuntur quando sententia non faceret ius quo ad omnes, & ignorarent causam esse motam, aut non comparuissent in illo iudicio aliquo modo.

47 Quomodo autem sit concipiendus † libellus in hac materia contractuum sapientium vsurariam prauitatem,& pignoris,ponit Natta in consi.108.col.fi.nu.26. uersic. quo ad formam libelli.uol.1.

Mei fratres charissimi FILIPPE, & HORTENSI has duas digito ligate Decisiones,quia copiosè inuenietis tractatam materiam contractuum fœneratitiorum,& pignorum,qui etiam frequenter in hac Regione nostra a Notariis conficiuntur,& facient uobis honorem in defendendis clientulis uestris doctissimis de more solito allegationibus,poteritisq; eos & alios consulere ad infuturum contractus censuales celebrandum,iuxta sacros Canones,ac
48 Bullam Sanctissimi Domini Nostri † Pij Quinti Pontificis Maximi, ac aliorum Pontificum,de quibus loquitur etiam Gul. Rodoan de reb.eccl.non alie.in §.census,& in §.prima igitur,car.101.& seq.& per Io.Bap. Lup.in suo trac.de usur.sub tit.l.2.§.2. & §. 3.C.de pact.inter empto.& uend.car.65. & Tiberi.Decian.resp.2.nu.67.& seq. uol.1. Ad quos recurrite in materia cēsuum;ideo studete,& bonas,ac reales doctrinas in actu practico amplectimini, vestigiaque Venerandi Dom.Caroli communis patris,& honorandi Dom. Dionysii fratris nostri sequimini,qui veritatis Doctores ab omnibus fide dignis in Regione nostra appellātur gloria, & honore Domus Nostræ Caualcanæ.

# DE CONTRACTIBVS DECISIO III.

## ARGVMENTVM.

Locans boues ad laborandum cum hoc quod æstimentur, & in fine locationis soluatur medietas diminutionis æstimationis, item quod portetur frumentum ad domum locatoris, & quod intra certum tempus conductor probet mortem, & casum absq; eius culpa euenisse, dicitur facere contractum illicitum, & usurarium.

Contractus locationis bouum ad collatiuum quomodo debeat fieri, vt sit licitus, hic in fine ponitur.

## SVMMARIVM.

1 *Contractus locationis bouum ad laborandum propter excessiuum affictum frumenti dicitur usurarium.*

2 *Boues regulariter durant ad laborandum per decennium.*

*Affictus, & pensio, quæ datur pro conductione animalis ad tempus certum non regulatur ad quinque pro centenario, sed tantum habita consideratione ad vitam illorum. nume. 2.*

3 *Læsio ultra dimidium iusti affictus habet locum etiam in contractibus locationum, & bonæ fidei.*

*Licitum est contrahentibus inter se decipere vsque ad medietatem iusti pretij etiam de iure canonico, & inter Religiosos, & contra nu. 3.*

4 *Conductor non tenetur portare frumentum, & affictum ad domum locatoris suis expensis, maxime quando sunt diuersi fori.*

4 *Conductor non incidit in moram post tempus, si locator non probet iuisse ad locum conductoris cum sacco paratus pro recipiendo affictum, & frumentum.*

6 *Pactum factum contra naturam contractus arguit contractum simulatum, & usurarium.*

7 *Conductor animalis tenetur probare mortem, & casum; locator vero culpam, & negligentiam conductoris.*

*Fallit quando conductor promisisset bene, & diligenter custodire, quia tunc conductor tenetur probare etiam mortem non euenisse eius culpa.*

*Promittens probare intra certum tempus mortem bouis, post illud non auditur, numero 7.*

8 *Casus fortuitus, mors naturalis, & iudicium diuinum qui dicuntur hic remissiue vide.*

9 *Conductor bouum tenetur pro rata affictum soluere, & non ultra.*

10 *Locator tenetur reficere expensas conductore factas boui infirmo in medicamentis, & alimentis.*

11 *Locans boues ad laborandum cum æstimatione, & quod in fine locationis æstimentur, & conductor teneatur ad medietatem diminutionis pretij, & augumenti, & portare affictum ad domum locatoris suis expensis, & sit in electione locatoris recipere boues, aut æstimationem, dicitur facere contractum illicitum, & usurarium.*

*Pactum quod conductor in fine conductionis debeat sentire commodum, & damnum æstimationis bouum datorum ad laborandum, & portare frumentum ad domum locatoris suis expensis, & quod sit in electione locatoris recipere boues, uel æstimationem, est diabolicum, & usurarium, numero 11.*

*Æquitas non patitur, ut pro eadem re bis soluatur, num. 11.*

*Quod de raro contingit, & est permissum, non habetur in consideratione, & non facit*

## DECISIO XLIX.

EXtat consuetudo, & vsus in ciuitate Cortonæ, Aretij, Montis Politiani, in terra Sancti Secundi, Bussetti, & alijs in locis in quibus fui Potestas, & iudex ordinarius, quod habentes aliquas pecunias emunt boues, & uaccas, & illas dant ad collaticum, & sic in locationem rusticis, qui stant super prædiis ciuium ad hoc vt possint laborare terras conductas, & ꝓmittunt dare pro laborerio, & cultura cuiuslibet anni staria octo, vel decem frumenti, cum pactis, & conditionibus inter eos conuentis; Et sæpissime fuit controuersum in morte bouum conductorum, quod tales contractus sunt illiciti, & sapiunt vsurariam prauitatem; Adeò quòd multum Illustris Comes Sancti Secundi Troilus Secundus Rubeus sacræ Religionis defensor, & amator pluries mihi dixit dum eram eius auditor Generalis, quod uolebat vt ius redderetur in iurisdictione sua super huiusmodi contractibus, nisi reducerentur ad viam iuris, & essent liciti, & quod ego debeam videre contractus factos in sua iurisdictione, & admittere eos, qui sunt facti secundum iura, & sacras constitutiones; alios vero reijcere, & pro tempore venturo facere vnam nouam formam Capitulorum; super quibus debeant tales boues dari ad collaticum & in locationem. Vnde cum vidissem quam plures contractus in terra Sancti Secundi, ac alijs in locis, & omnes ferè sapere vsurariam prauitatem ob pacta, & conditiones contra naturam contractus insertas, non nulla feci capitula meo iudicio iuri consona, quorum tenor in fine præsentis decisionis ponam, quibus quilibet locator tuta cõscientia (mea quidem sententia) poterit boues locare, & frumentum, ac pensionem ꝓ collatico recipere. Nam pacta, & conditiones, quæ erant in quam pluribus supradictis contractibus reieci, ex eo quia aperte demonstrabant istos locatores non boues, sed pecunias mutuasse, & locasse istis rusticis, & conductoribus, ut ex illis breui manu emerent boues, & terras laborarent periculo ipsorum conductorum, licet fecissent cãtare instrumentum in locationem bouum, vt solent facere isti paliati usurarij, de quibus dixi supra in decisio. 47. in prin. & præcipue ex pluribus coniecturis a iure approbatis.

Et primo, quia iste locator locabat boues, & vaccas, quæ erant (il paro) communi pretio scutorum decem, & octo, aut viginti quattuor, vel triginta ad plus, & uolebat pro singulo pare bouum staria octo, aut decem frumenti quolibet anno ad domum suam expensis conductoris etiam quod esset forẽsis, quod pactum uidetur illicitum.

1 Primo propter mercedem, & † affictum excessiuum. Nam starium frumenti in illa Regione computato anno bono cum malo, & sterili cum fertile valet libras quatuor Imperialium singulo anno, & sic recipiebat pro singulo par bouum, & uaccarum scutos quinque, & ultra, unde ex scutis viginti quinque lucrabatur scutos quinque, & sex singulo anno, & sic ad rationem viginti ꝓ centenario, quod pretium, & interesse videtur nimis excessiuum, & inducit præsumptionem mutui, & usurarum, Bero. consil. 166. nu. 8. vol. 1. car. 622. Tiberi. Decian. respon. 2. nu. 174. uol. 1. & consi. 32. nu. 68. uol. 2. dixi supra decis. 48. nu. 10. quamuis in casu isto affictus, pensio, & interesse non sunt æstimandi, & considerandi, prout considerantur in bonis immobilibus, & diu, ac in perpetuum duraturis, vbi æstimantur a lege ad rationem quinque pro centenario in permissis, vt dixi supra in decisio. 35. nu. 18. & seq. & numero 24. in 1. par. & in decisio.

48.num.10.quia capitale,& sic vera sors,
2 Bouum,& Vaccarum ad laborandum † durant solum a tribus annis vltra vsque ad annos decē, & sic minus, quàm faciunt bona immobilia, vt tetigi supra de is. 35 nu.24. in 1.par. Decian. cons.8. sub numero 8. & 11.uol.3.car.65.& ideo debet fieri computum vsque quo verosimiliter uiuere possunt, & laborare terras, iuxta tex. l. hæreditatum.ff.ad leg falcidia. de quo late sum loquutus in meo tract.de vsufru. Muhe.Reli.sub numero 226.versi.& ad hoc vt tu iuuenis car.755.in 1.par.Crot.consilio 67.numero 26. vol.1.car.82 & Hieron.de Monte.quæst.2.numero 8. & sic redditus,& interesse isto casu potest taxari vltra quinque pro centenario habita consideratione ad vitam Animalium, vt in proposito notat. Crau.cons.145.numero 8. lib. 1. Syluestrina in sua summa in verbo.vsura.il 2.numero 16 car.867 Vnde videndum esset an pro annis septem quibus sunt apti ad laborandum frumentum & Afflictus excederet capitale, aut non, si excederet argueret vsurā, sin autem tolerari posset alijs coniecturis concurrentibus per supra dicta in d. decis. 48. numero 4.si autem præsumptiones alię non concurrerent, tunc excessus redditus,
3 & frumenti deberet esse † vltra dimidiam iusti pretij, quia licitum est contrahentibus se decipere vsque ad medietatem iusti pretii, etiam in locationibus, & contractibus bonæ fidei, ut notant Doct.in l.2.C. de rescind. vendi. Deci.in l. semper in contractibus numero 10.in fi. & numero sequen. ff. de regul.iur. ubi dicit procedere etiam de iure canonico, & contra clericos, & ad fauorem clericorum, sequitur Vincenti.Paleot.in d.l.2.numero 126.& seq.& latè per Anto.de Burgos in cap.cum dilecti. numero 15.& seq. versi. secundo colligo car.25. de emptio.& vendit.Secundo videtur illi-
4 citum,quia † conductor non tenetur portare Afflictum, & frumentum ad domum locatoris suis expensis. Nam solueret vltra Afflictum etiam expensas, quas ipse conductor fecisset in itinere, alimentis,& uecturis, & locator lucraretur illas vltra Afflictū, & pensionem, quod non conuenit, quia in debitis, quæ non habent annexam recognitionem Dominij, vel exhibitionem Reuerentiæ pro ut emphiteusis, census Dominicales, & feuda, Debitor non tenetur mittere ad domum creditoris, Bar. Bal. Castr. & Doct. in l. item illa de constitut pecu pulchre Ioan. Baptista. Lup in tracta. de vsur. sub tit.l.:.§ 1. num 46.C. de pact. inter emptο. & vendi. car. 64. & pulchre Soc. iun. consilio 136 col.1.uol.2.ubi dicit, quod licèt dies interpellat pro homine, ta-
5 men Debitor non constituitur † in mora si Creditor non fuerit præsens & cum sacco paratus recipere, & maxime quando sunt diuersi fori. Petr. Duen Regula. 61. in princi.& numero 9 & 16. Petr de Vbal. in tract.de duob fratrib.in 6.par. quæst 14. numero 14.& 15 car.72.Socin.sen.in l.cum filiusfamilias § si.ff. de uerb.oblig vide supra decisio.43 numero 41.42. & 68. in prima par.Crot consi 114.numero 10.uolu.1. Ias.in l.fructus, versi.adde quod colonus.ff. sol.matr.Naata consi.670.numero 10.uol. 4.Simon de Prętis consil.19. numero 3 car. 35.Rolan.consi.87.numero 14.&15. uolu.
6 primo.& cum istud capitulum sit † contra naturam contractus arguit fraudem, & usuram, per supradicta & per glo.& Bar. in l. si quis sub conditione, ff. de cond.insti. Natta d.consi.670.num.9.& seq uol.4 Petr. de Vbal.d.q.14.num.15.Crau.consi.491.nu.13. &14.uol.3.

Secundo, quia iste locator volebat quod conductor teneretur infra quindecim dies probare per duos testes fide dignos mortē naturalem, & illam non euenisse culpa ipsius: Nam de iure non debet probare intra
7 tam modicum tempus, & ipse † conductor est ille, qui agere debet, & probare mortē, & casum fortuitum infra tempus statuti, & non quindecim dierum, qua morte, & casu probato præsumitur postea mortuus bos absque eius culpa donec contrarium probetur per locatorem, Corne.consi.108. uidetur uolu. 1.Docto.in l. qui insulam, & ibi glo.ordina.ff.loca. Hippol.singula 393.numero secundo, Anto.Trigon singula.57 in fi. & latè consuluit Lauren.Sylua in consil. 29.car.42. & Decian. consil.8. numero 12. vol.3.car.65.Bar.in l.si quis ex argentariis, §.prætor ait, ff de edendo, & ibi Pau. de Castro, Abba.& Docto.in cap.secundo, de deposito,& ibi Pancirol.consi 147. cart. 294. & maximè in morte naturali,& iudicio diuino, licèt in alijs casibus, quæ solent eueni re culpa, & negligentia possessoris non sufficiat probare mortem, & casum, sed etiam probare habet absque eius culpa periisse præcipue si promitteret

bonam curam, & custodiam habere, ut hæc omnia declarat. Anto. Gomez. de contractib cap.3.nu.22. vers.quæro tamen. car.196. Pe.de Vbal. de duob. fratrib. in 8. par.q.18.& sentit Crau.consi.145.nu.3.Alexan.consi.58.in causa vol.2.Ioan.de Amic. cons.40.in fi.Bal.cons.404.vol.3. Hippoli. Bonacossa.in tract.æquor.q.127.Docto.in l.si pascenda pecora,ubi Ias.num.3.&Dec. num.19.& 20.C. de pact.Arnol.singul.31. dedi tibi, & cum tale tempus, & probatio sit contra ius, & nimis nociuum conductori,quia post tempus non auditur, ut sentit Alex.consi.63.nu.1.uol.7. consi.158. uol.2. Laur.Sylua.d.consi.29. sequitur quod dicitur contractus simulatus per supradicta.

8 Et qui sint † casus fortuiti, quæ mors naturalis,& quod iudicium diuinum declarat Bal.(qui nihil ignorauit)in l.1.C.de fructi.& liti.expen.& in l.quæ fortuitis. C. de pignori.actio.Petr.de Vbal.de duob.fratri. q.19.numero 20.& in quinta parte, quæst. 24.numero 27 uersi.secus si moriantur.Cagnol.in l.contractus,numero 115. ff.de regul. iur.Egidi.Bossi. pract.crim.rubr.de remis.merce.nu.66.& seq.

Tertio,quia est conuentum,quod si euenerit aliquem bouem mori,quod intra mẽsem debeat locator ꝓuidere de alio boue, & soluere d.pensionem, & affictum. Nam non est iustum, quod conductor stet per mortem d.bouis unum mensem sine boue, & maxime tempore culturæ,& tenere aliũ bouem inutilem, & soluere affictum, sed statim debet locator de alio boue prouidere,aut recipere suum alium bouem, & de-
9 bet cessare † affictus,& pro rata,quo tenuit boues soluere conductor affictum.l.ex conducto.in prin. l.si quis domum.l.si fundus, & l.habitatores,ff.loca. Bello.consi.22. colum 1.Cur.iun.consi.217.nu.5.uol.3 Cepola cautela 125.qui uult: Et etiam tenetur
10 locator expensas factas d. boui mortuo tẽpore, quo erat infirmus in medicamentis, & alimentis soluere conductori, Boeri.singula. in uerbo expensæ, numero 22. facit quod dixi supra in decis.44. numero 46. & seq.in prima par.Decian.cons.50. numero 2.& 3.uol.3.car.338.& Pancirol. cons.147. nu.5.& seq car.294.

11 Quarto, quia ipse † locator dedit boues æstimatos, & conuenit, quod soluere-tur affictus,& in fine locationis, quod æstimentur iterum dicti boues,& si erunt maioris ualutæ, & pretii, quod per medium diuidatur augumentum, si uerò erunt minoris pretii, & æstimationis, quod conductor teneatur soluere medietatem diminutionis pretii, & quod sit in electione ipsius locatoris recipere boues,uel æstimationẽ; quod pactum nedum est illicitum, sed diabolicum,& usurariissimum, & demonstrat expressum mutuum,a quo abstinere debẽt huiusmodi locatores tanquam ab igne, aliàs mittet eos in ignem æternum. Nam a communiter contingentibus boues ad culturam dantur pro laborerio,& sic ad consumandum, & deteriorandum, & non ad meliorandum,& standum in pastura,& ob id soluitur affictus,& pensio, si solueretur medietas deteriorationis in fine locationis iterum solueretur deterioratio, & laborerium,quod non conuenit, ut pro eadem deterioratione bis idem soluatur, per ea quæ supra dixi,in decisio.44 numero 51. in prima par.Crauet.consil.781.in fi.uolu.5.per tex.in l.bona fides.ff.de reg.iur. & si boues sunt ipsius locatoris ad quid eos æstimare, cum dominium illorum non transierit in conductorem, sed semper apud locatorem remanserit? ergo illicitum,& feneratitium iudicatur, ita dicit in terminis Petr. de Vbal.de duob.fratr.in 5.par.q.26. nume.29. car 55.in 4.par.quæs.4.numero 13.car.31. & esse diabolicum pactum dicit Summa Rolandi.de arte notarior.in rubr.instrum. bouum datorum ad laborandum, in fin.& ibi. Addentes in noua editione. Ioan. Lup. in c.per vestras.§.9.numero 10.in amplia. de donatio.inter uir.& uxor.car.352.& numero 11.car.353. Ioan.Baptista Lup.in tracta.de usur.car.98.numero 27 Hippo.Bonacossa in suis communi. opinio. crimina. in uerbo usurarius est contractus, car. 86. sentit Crauet.consi.145. numero 8. uolum. primo. Hippoli.Bonacossa in tracta. equorum,quæstio.6.Decian.d.consilio 8. numero tertio,& quarto,uolu.tertio. Nec obstat dicere, quod tale pactum uidetur licitum, quia ponit lucrum & damnum, hoc est qđ si erunt maioris æstimationis conductor habeat suam mediam partem,quia hoc nõ dẽt fieri in cõsideratione,nisi ad fauorẽ cõductoris tanquam permissum,secus quo ad dãnum deteriorationis, & æstimationem factam,quia hoc a lege reprobatur per supra. & per ea quæ supra dixi in decis. 44. nu.52.in 1.par.& decis.48.num.27.& 31.& quia

quia hoc de raro cõtingit, & ex natura rei difficulter potest occurrere, cum dẽtur ad deteriorandum,& laborandum,& ideo nõ iuuat,ut pulchrè consuluit Natta in cons. 670.nu.7.& 8.vol.4. car.37.

12 Quintò,quia omni fere † pacta omnesque conuentiones tendebant ad saluãdum capitale, & erant ad fauorem locatoris, ut ipse posset lucrari frumentum, & boues, aut pretium integrum absque eius damno, quod fieri non potest,&arguunt contractũ mutui,& usurariũ, Petrus de Vbal.de duobus fratri.4.par.sub nu.6.uers.Sed erat dubium car. 36. per glo. in 14. q. 3. c. plerique Bald.consi.453.col.fi.uol.3.Benuenut. Strac. de mercat.in rubr.de contract.mercator.numero 7.car.79.& quando clausulæ,& pacta,& conuentiones pro maiori parte tendunt ad fauorem locatoris arguunt instrumentum locationis illicitum,& usurarium.Natta d.consilio 670. numero 10. versi.placet mihi uol.4. Crau.d. consi.491. numero 22.uol.3. dixi supra decis. 48. numero 22. Neuiza. consilio 8. numero 63. Vnde stante huiusmodi contractu simulato & usurario, sequitur, quod omne
13 † frumentum solutum debet computari in sortem cap.1.& 2. de vsur. Abbas in consilio 76.sub num.2. col.2. vol. 1. Pancirol. cons.32.nu.4.dixi supra decis.48. nu.32. &
* ideo IVDICAVI *huiusmodi pacta esse illicita, & usuraria in terra sancti Secundi de anno 1575.& capitula hic proxime referenda fore obseruanda, prout postea in futurum fuerunt, & sunt obseruata.

14 Et si cupis scire, † qui tangunt materiã ipsarum locationum Bouum ad laborandum, & quomodo debeat fieri contractus licitus, & quando conductor teneatur de morte,& quis debeat probare mortem, & quomodo,legito Alex.in cons.158.in causa vol.2. Petr.de Vbal.de duob fratri.in 5. par. quæst. 25. & quæst. 26. numero 28 & 29. Crau. consilio 145. numero 3 & seq. vol.1.Franc. Marci decis.888. numero 10. in prim.par.Ioan.Lup. Hispan.in cap. per vestras §.11.uersic ampliari. num.10. car. 352. de dona.inter vir.& vxor.Ioan.Baptista Lup.in tract.de vsur. nu.27.car.98. late Laur.Syl.cons.29. lib.1. sentit Cor. in suo tract.de socida.col.pen versi. Si vero fiet pactum. Summa Roland.de arte notariorum in rubri.instrumentum bouum datorum ad laborandum. Tetigi supra decis.44. nu.51. & 52.in 2. part.

*FORMA LOCATIONIS Bouum ad Collaticum.*

DOminus Moroldus filius quondam DINI de Sancto Secundo dedit, &
15 locauit † ad laborandum, & ad collaticum Bernardino de Rinerijs de Sancto Secundo Lombardiæ unum par Bouum pellaminis Rubei, Cornaturæ nigræ, & Curuæ, & ætatis annorum quinque, pro duobus annis,pro fictu, & mercede stariorum octo frumenti boni, & mercantilis, cum pactis, modis, & nominibus infrascriptis.

Et primo, quòd ipse conductor debeat, & teneatur dictos Boues bene, & diligenter custodire, & gubernare, & illis uti, & frui arbitrio boni viri, & diligentis patris familias.

Secundo, quod debet consignare dictum frumentum per totum mensem Septembris,& illud portare ad domum solitæ habitationis dicti locatoris expensis, & uecturis d. locatoris absque aliqua interpellatione sub pœna damnorum expensarum, & interesse.

Tertio, quod in fine conductionis per vnum mensem ante teneatur dictus conductor manifestare locatori se nolle amplius conducere dictos Boues, & illos restituere dicto locatori ad eius domum,& idem teneatur dicere dictus locator dicto conduri dicto tempore.aliàs præsumatur, & intelligatur renouata locatio per alium annum cum eisdemmet pactis, & conditionibus.

Quarto, quod d conductor non teneatur de morte naturali,nec iudicio diuino, sed omne damnum sit dicti locatoris,& idẽ etiam sit & intelligatur de casu fortuito eueniente absque culpa ipsius conductoris quem casum fortuitum debeat probare ipse conductor absque eius culpa euenisse in casibus solitis euenire culpa custodum, & conductorum.

Quinto,quod si aliquis bos infirmus,& non sanus reperiatur,& existat,teneatur ipse conductor intra duos dies infirmitatem manifestare dicto locatori, uel ad illius domum, & non excoriari, nec aliquid facere de dicto Boue casu quo moriatur, donec locator, uel eius Administrator bouem ui-

derit, & de illo partitum fecerit, & si secus fiet, teneatur ad omne damnum, & interesse, ac si culpa ipsius conductoris infirmus, uel mortuus fuisset, omni exceptione remota.

Sexto, quòd locator teneatur reficere expensas conductori factas in infirmitate d. Bouis, & quod durante dicta infirmitate, aut morte non teneatur locatori soluere fictum, cum non possit vti re conducta, & casu quo uteretur alio boue sano teneatur soluere mercedē pro rata d. bouis sani.

Septimo, quod dictus locator teneatur prouidere de alio boue dicto conductori intra decem dies absque alia interpellatione pro finienda locatione temporis conuenti sub pęnis, damnis, & interesse passis, & patiendis per d. conductorem, nec possit d. cō ductor dictum Bouem ęque bonum repertum per d. locatorem repudiare, sed illum tenere vsque ad finem locationis, aliàs teneatur, & sit obligatus integram mercedem soluere.

Octauo, quod d. conductor debeat pascere, gubernare & alimentare d. boues ad vsum boni patrisfamilias, aliàs teneatur ad damna, expensas, & interesse, & etiam possit locator prouidere de alimentis expensis dicti conductoris casu quo conductor non prouideret, & de expensis debeat conductor stare simplici iuramento dicti locatoris.

# DE CONTRACTIBVS
## DECISIO QVARTA.

### ARGVMENTVM.

Villæ, & vniuersitates, ac communalia vnita si separantur, & examinantur, & non fit diuisio communalium poterit fieri diuisio altera illarum separata petente quo ad illa bona communalia tempore separationis tantum, non teaum quo ad acquisita post separationem nomine proprio.

Villa separata ab alijs villis, & agregata alicui castro quo ad iurisdictionem retinet communalia cum alijs villis, & potest petere diuisionem dictorum communalium, & non potest accusari de damno dato ante diuisionem, si non deteriorauerit cōmunalia.

Folla, & bannimenta non possunt fieri ab vna parte villarum etiam maiori, nisi alijs vnitis vocatis.

Diuisio communalium, & iurisdictionum non potest fieri nisi a superiore, vel de licentia superioris.

Separatio, & exemptio, seu vnio potest in totum, & quo ad quid tantum fieri, in reliquo remanet vnio.

Papa vt ordinarius ordinariorum concurrit in beneficio, & in feudatione, & præuentione omnes alios ordinarios excludit, & quomodo, ac de materia hic tractatur.

Papa, quando apposuit manum, vel causa est affecta inferior non potest se intromittere, & quomodo ac quando.

Causa commissa duobus delegatis separatim quis præferri debeat in cognitione, hic discutitur.

SVMMARIVM.

1 Villa est quid vniuersale, & obtinet in se iurisdictionem, honorem, territorium, districtum, & pertinentias.

2 Castrum, vel villam habens præsumitur habere territorium, & iurisdictionem.

3 Assignatio facta villæ, uel castro consuetudine, statuto, uel a Principe dicitur de pertinentijs, & territorio illius uillæ, uel castri.

4 Quidquid est intra fines alicuius castri, & villæ dicitur esse de territorio, & pertinentijs eius.

Termini, & fines demonstrant quæ continentur sub termino terminato, nu. 4.

5 Instrumenta antiqua, sententiæ, & arbitramenta etiam inter particulares demonstrãt & probant cuius territorio sint bona ibi descripta.

Iurisdictio, & territorium probant per laudum, instrumenta, & sententias etiam inter priuatos latas, & celebratas, numero quinto.

7 Concessio vnius castri, aut villę facta censetur cum omnibus eius iuribus, communalibus pertinentijs, utilibus, & honorantias.

6 Vnio potest fieri nedum pleno iure, sed quo ad quædam tantum & etiam, vt vtraque res unita retineat eius iura primaua, & priuilegia, num. 8.

Castri, & uillæ separatio, exemptio, & unio potest fieri in totum, & in parte, & ut utraque retineat primaua iura, & sic communalia, & pascula. nu. 7.

Vnio, exemptio, & separatio est odiosa, & stricte intelligenda, nu. 7.

8 Ecclesia vnius Diœcesis vnita alteri ecclesiæ alterius Diœcesis remanet sub cura primi Episcopi quoad alia in unione non contenta, & maxime quando pleno iure non est facta separatio, unio, & exemptio, aliàs secus quando in totum, & pleno iure est facta. num. 7.

9 Castrum, & villa separata a ciuitate si non habet propria statuta debet uti statutis ciuitatis, aut eius primaua statuta.

10 Papa ut ordinarius ordinariorum concurrit in potestate, & iurisdictione cum quolibet ordinario, & prauentione omnes alios excludit. numero decimoquarto, 17. & 20.

Declara ut numero vndecimo, 20. 21. 22. & 24.

12 Papa potest ut ordinarius ordinariorum infeudare, & liuellare omnia bona Ecclesiastica mundi, & concurrere cum ordinario illius Diœcesis.

Declara num. 22.

13 Papa omnia potest quo ad beneficia, & bona Ecclesiastica, & de eius authoritate non est disputandum, aliàs hæreticus, & sacrilegus esset.

Declara. vt nu. 19.

Disputandum non est de potentia Papæ, & Imperatoris, tamen de scientia, & voluntate eorum bene potest disputari, numero 13.

14 Papæ iurisdictio non minuitur per concursum aliorum, sicut mare non augetur, nec minuitur per concursum Fluminum, numero 22. in fi.

15 Dictio idem, & eadem est repetitiua præcedentium cum eadem qualitate.

16 Lex, & statutum quando simpliciter committit uniuersitatem causarum, intelligitur collata iurisdictio ordinaria, & non suprema, neque delegata.

17 Papa non potest auferre, aut dismembrare Episcopatum, uel bona in totum, uel in parte alicuius Episcopatus, & dare alteri Episcopo, aut Ecclesiæ sine causa, & bono scambio, & consensu illius Episcopi, & Rectoris, numero 23.

18 Feudo, liuello, & usufructu aperto statim bona, iura, et utile dominium consolidantur cum proprietate, et directo dominio.

23 Papa in alternatiua concurrit cum ordinario.

25 Papa, et Imperator aliquando volunt esse in lege, licet non sint sub lege.

26 Papa non potest de potestate ordinaria dispensare super matrimonio de præsenti non consumato.

Papa in dubio non præsumitur velle vti potestate plenaria, et absoluta, sed ordinaria in præiudicium tertij, numero vigesimosexto.

27 Papa quando utitur potestate suprema, et absoluta præsumitur velle præiudicare ordinarijs in collatione.

Insc-

28 *Inferior non potest interpretari, nec declarare mentem Papæ, & Imperatoris, sed ad supremum iudicem, & Dominum recurrendum est in dubio.*

*Papæ constitutiones, rescripta, & priuilegia dubia non possunt per inferiorem declarari, sed ad Papam, aut eius delegatum recurrendũ est nume. 28.*

*Et hoc fieri debet reintegra antequam alteri sit ius quæsitum.*

29 *Papa auocans a se feudum, aut liuellum ecclesiasticum, tanquam deuolutum Sanctæ sedis Apostolicæ, si non reperitur deuolutum ex illa causa, sed uti alterius Episcopatus, aut Ecclesiæ non præiudicauit Episcopo, & Rectori disponenti nu. 11. & 29. 30.*

30 *Possessio auocata per iudicem ex una causa non præiudicat Domino, si illa causa non sit vera.*

31 *Episcopus, & iudex inferior non potest se intromittere in causa, in qua Papa, aut superior apposuit manum nume. 34.*

*Declara, ut nu. 36.*

*Iudex inferior non potest se intromittere in causa, in qua superior apposuit manũ. 31. 34.*

*Declara, ut nu. 36.*

*Et quando, ac quomodo dicatur apposuisse manum, vel de causa affecta, vide nume. 31. & 32.*

*Et an ligat forensem vide nu. 36.*

32 *Appellatio ad Papam, & procura, seu mandatum ad resignandum beneficium in manibus Papæ operatur appositionẽ manus, adeo quòd inferior non potest se intromittere.*

*Declara, ut nu. 33.*

33 *Beneficia reseruata Papæ uirtute regulæ Cancellariæ, morientium in curia, & resignantiũ in manibus Papæ, non comprehendit beneficia iurispatronatus.*

*Reseruatio beneficiorum est odiosa, & intelligi debet solum prout loquitur nu. 33.*

*Constitutio loquens de beneficio simpliciter non extenditur ad beneficium iurispatronatus, nu. 33.*

35 *Contractus Emphiteosis confirmatus a Papa non potest rescindi, nec interpretari per iudicem inferiorem.*

*Emphiteosis confirmata a Papa non potest rescindi, nec interpretari per iudicem inferiorem nu. 35.*

37 *Delegatis duobus in eadem causa separatim ille præfertur qui præuenit in citatione exequuta.*

38 *Rescriptum primum in data per secundum non censetur reuocatum si de primo, & de statu causæ non est facta mentio in secundo.*

*Commissio causæ secunda non reuocat primam in data si de prima, & de statu causæ valida non est facta mentio in secunda num. 38.*

39 *Delegatus ante præsentationem literarum nõ habet iurisdictionis exercitium, & ideo se ordinarius, uel delegatus primus procedat, ualet processus.*

40 *Delegatus secundus, aut ille, qui decreuit citationem validam & illam executus fuit mediante relatione præfertur alteri delegato etiam priori, qui prius decreuit citationem, & illam non fuit executus præuentione, & præoccupatione.*

41 *Citatio ad hoc ut operetur præuentionem, & præoccupationem debet fieri in die iuridica pro die iuridica, & non in die feriata in honorem Dei.*

42 *Delegatus potest inhibere alteri delegato præoccupando iurisdictionem.*

43 *Villa, & Castrum separatum in parte, & nõ in totum a ciuitate, si unitur alteri loco, & non habeat statuta propria quinam debeat obseruare statuta, vide hic remissiuè.*

*Castrum separatum in totum, uel in parte a ciuitate si non habet propria statuta, an statuta ciuitatis prædominantis debeat seruare, uide hic remissiuè nume. 43.*

44 *Villæ quando sunt plures unitæ non potest quisquam, seu aliquas illarum etiam per maiorẽ partem omnibus non uocatis, nec ciuitatis.*

*Corpora aliquarum villarum, locorum, & congregationum vnitarum non possint aliquid deliberare etiam, cum maiori parte nisi omnibus vocatis, & citatis nu. 44.*

45 *Villa vnita cum alijs circa communalia non potest impediri vti dictis communalibus, pro sua rata, nec accusari de damno dato.*

*Fallit si abuteretur, & deterioraret rem communem nu. 46.*

46 *Vsufructuarius, & socius non potest aliquid disponere in præiuditium alterius consocij, et proprietarij.*

47 *Delinquens in loco sortitur ibi forum ratione delicti, sed non per hoc efficitur subiectus, & subditus illius Domini ratione illius delicti.*

*Episcopus non potest ut pars extraiudicialiter excommunicare forensem delinquentem in sua Diœcesi, & impediente eum uti sua iurisdictione, nec iudicialiter, quia non potest esse iudex nu. 47.*

48 *Damnum dans potest accusari in loco delicti, & in loco eius domicilij.*

*Accusari*

*Accusari de damno dato in loco delicti, & in loco Domicilij potest ille qui damnum dedit. nume. 48.*

49 *Statutũ de damno dato quod credatur iuramento damnum passi cum uno teste fide digno non habet locum in bonis forensis, nec contra forensem, nec quo ad damnum datum extra territorium statuti, nec si non est probatum accusatorem, & testes esse dignos.*

*Statutum, quod credatur testi fide digno non habet locum si non est probatum, & capitulatum illum testem esse fide dignum nume. 49.*

*Iuramentum suppletorium non datur quando pars, vel testis non est fide dignus, & non est probatum hoc per alios testes. nu. 49.*

*Bonus quis non præsumitur, & fide dignus in casu speciali, & quando hoc requiritur a statuto, sed debet hæc qualitas probari nu. 49.*

*Testes non fide digni non probant in casu speciali, & statuti de damno dato loquentis non probata illa qualitate idoneitatis. num. 49.*

50 *Diuisio territorium, villarum, & iurisdictionum, non potest fieri nisi à Principe, & Domino Superiore, uel de eius licentia.*

51 *Diuisio Villarum territoriorũ, & iurisdictionum, debet fieri iuxta terminos naturales, ut sunt Flumina, uia publica montes, valles, & lapides, aut signa apparentia, & quomodo fieri debent, & quæ ueniant bona, uide num. 52.*

*Termini naturales iurisdictionum, sunt Flumina, via publica, Montes, Valles, Lapides, & signa apparentia nu. 51.*

52 *Bona acquisita post separationẽ, & exemptionem Castrorum, & Villarum factam licet non exequutam a principio, non ueniunt in diuisione prioris unitatis, & unionis.*

53 *Bona acquisita per fratres, & socios, an, & quando ueniunt in diuisione societatis.*

54 *Loca singularia contenta sub nomine & uocabulo generali, & incorporata in illo nomine, & vocabulo uniuersali non dicuntur esse illius loci vniuersalis, sed sunt de per se & separata, & stant sub eorum nomine proprio singulari, & particulari.*

55 *Statutum quod intra quinq; dies debeat Follis, & Cridis contradici, intelligitur de Follis, & Cridis factis secundum formam statuti, & de follis validis, & non nulliter factis, & nu 54.*

56 *Exceptio proueniens a statuto dicitur sublata, statuto sublato.*

## DECISIO I.

QVatuor dubia fuerunt proposita in causa, & lite uertente inter homines, & uniuersitatem Cumani ex una, & homines, & uniuersitatem Summi Cumani ex altera.

Primo, an villa Summi Cumani habeat eius territorium, pertinentias, & partem suam Communalium, utilium, & honorantium.

Secundo, an data, & unita dicta villa Castro communis Sancti Petri intelligatur data, & concessa cum omnibus eius iuribus, & sic cum pertinentiis, territorio, rata sua communalium, utilium, & honorantium.

Tertio an homines Cumani, & aliarum villarum potuerint, & possit follare, hoc est bannire communalia, & ordinare per se ipsos sine hominibus summi Cumani, uel eorum consensu in eorum præiudicium donec non fuerit facta actualis diuisio inter ipsas villas.

Quarto ad quem spectat authoritas diuidendi communalia territorium, & iurisdictiones.

Ad primum quæsitum ad fauorem illorum de summo Cumano uidetur dicendũ
1 quod sic. Quia † villa, est quid uniuersale, continens in se iura uniuersitatis, scilicet iurisdictionem, honorem, & territorium, siue districtum, & pertinentias. l. ex hoc iure, vbi glo. in uerbo, collata, & ibi Bal. ff de iust. & iur. habetur per D. cto. in c. ex litteris, de iure patro. & tradit Roch. de Cur. in tract. de iure patron. in uerbo ipse, vel is, sub num. 45. car. 30. vbi dicit, quod villa & Castrum dicitur quid uniuersale, quia continent in se iura vniuersitatis, scilicet iurisdictionem & Districtum, & talia continentur sub tali termino Villæ & Castri, cum aliud sit continens, & aliud contentũ, quã conclusionem dicit iuridicam & æquam, & menti tenendam, sequitur Crau. cons. 477. nu 4. uol. 3. & comprobatur, quia qui, uel
2 habet † Castrum, Villam præsumitur habere territorium, & iurisdictionem, vt notat Bar. in l. 1. ff. de offitio. præto. & ꝑ glos. in l. quicunque in glo. 2. de fund. limit. lib. 11. & per Inno. in d. c. ex litteris, de iu. pat. super uerbo excepto. ibi sicut est Villa, uel Castrum, & sequitur Gui. Pap. in cons. 88. & idem tradit Bal. & ibi Afflict. de feud. in

cap.

cap.prim.de cap. eo qui Curiam vendidit, & Bald.consilio 45 in 3.vol.Ruin. consilio 22.num.5.uol.1.Hieron. de Monte, de Finib.c.6.nu.7. & dispositio in Castro habet locum in Villa. Cepol. in l. vrbis appellat. numero 13. ff. de verb. oblig. cum Doct. promiscuè loquuntur, ut etiam loquitur Pract.Pap.in for.lib.in actio confess.in glo. plenam. nume.10.& seq.Boe. decis. 50.nu. 11.in prima par. Et omne illud, quod repe-
3 ritur † consuetudine, statuto, uel a prnicipe assignatum Villæ, vel Castro dicitur de pertinentiis, & territorio Castri, & Villæ, ut per Innocen.in c.quo ad sedem.de resti. spoli.& per Soci.in consilio 47.col.2.in primo uol. Natta consilio 339. Quatuor uol. 2.car.187.sentit Ruin.cons.14. num.1.uol. 1.Purpura.consi.528.numero 17.vol.2.unde stante antiqua terminatione inter Castrum, & Villas communis Groppi sancti Petri, & Castrum, & Villas communis Cu
4 mani, † quicquid continetur infra tales cõfines uersus Castrum, & Villas Groppi sancti Petri censetur esse de territorio, & pertinentiis eius, cum dicuntur termini terminati, vt habetur per Doct.in l.1.ff.de acqui. pos.& traditur per Bald.in consilio 420. in primo uolum.Soc.consilio 86.in 3.conclus. vol.2 Bero.quæst.48.Menoch. consilio 13. numero 9.uol.1.& per Soc. iun. in consilio 91. sub numero 9. in 2. par. consilio 139 vol.3.cum simili.ibi per eum adductis. Hiero.de Monte, de Finib.c.88. & d.c.6.numero 6.Bal.in rubr.C.de contra. emptio. uers. quæro, & in l.prima.in princ.C.communia delega.Deci.consilio 528. numero 2.consi. 500.consilio 347. Nisi contrarium ex coniecturis appareat. Alex. cons.14.numero 5. uol.7. & cum intra dictos terminos versus Cumanum, & eius Villas sit & reperiatur posita Villa summi Cumani habuit & habet participare de omni eo quod assignatũ fuit, & continetur infra dictos confines, & ita semper participauit, & est in possessione ipsa, sicut quælibet alia Villa Cumani eius pertinentiarum, & etiam patet ex plu
5 ribus † instrumentis antiquis emptionum, & acquisitionum factarum per homines particulares, in quibus dicitur, in pertinentiis summi Cumani, per quæ instrumenta probantur pertinentiæ, ut per Bal.in d.consilio 420.& cons.438.uol.1.Purpura.cons. 528.num.3.& 4.uol.2.Hieron.de Monte, in tract.de Finib.cap.60.car.97. Alber. Brun. cons.34. Deci. & alii in c. cum causam. de probati. Petr.de Vbal.de duob. fratri.q 28. in 5.par.nu.31.

Ad secundum uero quæsitum, si (data, & vnita dicta Villa Castro communis Groppi sancti Petri) intelligitur data, & concessa cum omnibus eius iuribus, & sic cum pertinentiis, territorio, & rata sua communalium, & utilium, & honorantium, uidetur
6 dicendum quod sic. Quia † concessio, & vnio facta de Castro, vel Villa censetur facta cum omnibus eius iuribus & sic suis p̃tinentiis, communali, utili, & honorãtia, ut per Bar. & Angel.in l. 2.in fi.C. de bon.uacant.lib.10. per Bar.& Doct. in l. imperiũ. ff. de iuris. omni. iudi.in l.2. ff. de uerb.signifi.& in d l 1 ff.de officio pręto.& Bal.in l.beneficiũ.ff de consti.princi.dicit expresse q; censetur facta cum suis pertinẽtiis. Idem sequitur Cepol. in tract. de serui. in tit. de Fluminib.& latè tradit. Ioan. de Firmo. in tract.de Episco.in 4.par.quarti libri, sub numero 51.& Afflict.in d.c.de cap.eo q. Curi. uendi. Boue.d.decis.50.num.11.& 12 Tiberi.Deciani cons.123.num.36. & seq. uol.2. cons.43.nu.4. vol.3. Et licet nunquam fuerit facta diuisio actualiter inter dictam Villam summi Cumani & alias Villas Cumani, tamen non possunt prætendere dictæ aliæ Villæ plus iuris, quam Villa Summi Cumani, pro rata cuiuslibet Villæ spectanti, cum ita possederint pro indiuiso post cõcessionem & unionem sicut antequam data, & unita fuisset dicta uilla summi Cumani Castro Groppi sancti Petri, & eius curię, & patet ex proprio æstimo communis Cumani, in quo homines de Summo Cumano, & homines aliarum uillarum habent eorum propria æstima suorum bonorum simul, & promiscuè descripta. Et potest
7 † unio introduci ne dum pleno iure, sed quo ad quædam tantum, ut dicit Angel.in consilio 247. & Fely.in c. translato. de constit.Pau.de Cast.con.307.uidetur, quòd nõ. col. 2. vol.2. Alexan. cons.151 numero.5. vol.2.Cur.iun cons.110.sub numero 12 uol. 2. Et etiam potest fieri, ut utraque retineat sua priuilegia, suamq; primæuam naturã, vt traditur per glo.& Doct. in c.1. ne sed.uacan.& in c.sicut vnitæ de exces. præl. & sequitur.Rip.in resp.1.de legib.& long.consuet.sub num.67.& alias de iure genti.c.3. sub nu.60.Bar.in l.hostes.col.2. ff. de capti. & licèt fuerit separata a uilla Cumani quo ad

ad iurisdictionem, tamen quoad Communalia potest retinere iura primeua, vt in terminis tradit late Didac. Couar. in pract. quæst. c. 37. nu. 6. & sequen. Hinc uidemus
8 † quod separatio, immunitas, & exẽptio aliquando fit alicui rei unitæ cũ alia re quo ad quid, & remanet quo ad aliud sub primæua dispositione, & obligatione, quia nõ extenditur nisi ad expressa, Pau. de Cast. cons. 307. uidetur, ꝙ non. col. 2. uol. 2. Alex. cons. 151. nu. 5. vol. 2. Cur. iun. cons. 110. sub nu. 12. uol. 2. & est res odiosa principaliter, & strictè intelligenda est, ut dicit tex. in c. priuilegium. de priuile. in 6. ubi glo. & scrib. Tiberi. Decia. cons. 51. nu. 8. & nu. 46. uol. 3. Et ideo ex separatione & unione facta de anno 1530. de monasterio & bonis Abbatiæ Aquę longæ diœcesis Papiensis Episcopatu Vigliuanensi apparet solũ fuisse separationem, & unionẽ huiusmodi factã quoad regimen, & gubernĩũ illius Abbatiæ, & bonorum absq; licentia diœcesani, & sic Episcopi Papiẽsis, & posse ponere capellanũ, & exercere diuina officia, non autem fuisse factã, & unitam quoad iurisdictionalia & spectantia in residuis Episcopi Papiensis habenti diœcesim in dicto loco Abbatiæ Aquæ longæ, vt dicit separatio, & unio ipsa, & apparet ex aliis actis iurisdictionalibus deinde sequutis, unde Capellanus ille prouisus ab Episcopo Vigleuanense non poterit sine approbatione, & examine ipsius Episcopi Papiensis Diœcesani celebrare, & exercere eius officium in dicta Abbatia, nec animarum curã, nec alia illicita facere, aliàs posset puniri ab Episcopo Papiensi Diœcesano, & illius in his ordinario, & etiam ille locus poterit uisitari ab ordinario Diœcesano, quia ad hęc omnia non se extẽdit vnio, & separatio, sed solum quoad Regimen, Gubernium illius ecclesiæ, & redditum bonorum per supradicta, & sentit Sacrũ Conciliũ Tridentinũ, sessio. 24 c. 9 c. 10. & c. 11. quia pleno iure, & cum omnimoda iurisdictione, balia, & authoritate non fuit facta separatio, & unio, ut in d. unione legitur, sed secundum quid, & ideo non extẽditur ad præiudicium Episcopi Papiensis. Nã uerba illius unionis factæ Episcopatui Vigleuanensi sunt hæc.

PERPETVO Vnimus, annectimus, & incorporamus, ita quod liceat prædicto Galeatio, & pro tempore Episcopo existente Vigleuani per se, uel alium, seu alios possessionem, seu quasi Regiminis, & Administrationis, ac bonorũ dicti Monasterii propria authoritate liberè apprendere, & perpetuo retinere, illudq; in spiritualibus, & tẽporalibus regere, & gubernare, ac illius fructus, redditus, & prouentus in suos, & Mensæ, necnõ Monasterii huiusmodi usus, & utilitatem conuertere DIOECESANI LOCI, & cuiusuis alterius licentia super hoc minimè requisita.

Quibus uerbis clarè dignoscitur iurisdictionalia omnia nõ fuisse separata, & monasteriũ illud sub Diœcesi Papiẽsi remãsisse, & ideo † omnia præter expressa potuisse, & posse ordinariũ, & Diœcesanum dicti loci exercere, vt supra dictum fuit, & uidetur tex. in c. extra, de Capel. Monach. & c. 1. eo. tit. lib. 6. ubi glo. & Dominic. quod secus esset si pleno iure separasset, & unisset, & cũ omnimoda iurisdictione, ut notãt Docto. in cap. cũ plãtare. §. in Ecclesijs, ubi Abbas. & Deci. nu. 22. & seq. de priuilegi. Bero. cõs. 24. nu. 8. & seq. uol. 1. & uide Abba. in c. cum inter. nu. 12. & seq. de sent. & re. iudi. Roma. singula. 486. Episcopus Fel. in Repertorio suo in uerbo. Ecclesia subiecta pleno iure, & in uerbo. Ecclesia quando in totum, col. 191. Vnde potest inferri quod ea, quæ fiũt præter intentionem, & ex una causa non præiudicãt tertio ex alia causa, ideo dicunt
10 Doctores, ꝙ licèt † Papa tanquam pater patrum, & ordinarius ordinariorum cõcurrat in potestate, & iurisdictione cum quolibet ordinario, & pręuentione omnes alios excludat. c. dudum. c. quãuis il 2. de pręben. in sexto. Rot. decis. 1. incip. si statutum col. 2. circa finem. uers. secus uerò domini car. 272. & decis. 17. licet de more. col. 2. uers. præterea papa, car. 281. de præb. in nouis. Ioan. Monach. in cap. si eo tẽpore, de electio. in
11 sexto. Tamen † hoc intelligitur, & habet locum quãdo ut iudex ordinarius illius Diœcesis concurrit, & potestate suprema ordinaria Papali hoc facit, secus si concurreret ut Papa ad conferendum tanquam beneficium, uel feudum deuolutum ad Sanctam Sedem Apostolicam, quia tunc apprehensio, & infeudatio facta tãquam ex iure deuoluto ex illa causa si ius non sit deuolutum ob dictam causam non ualet, nec tenet maximè in præiudicium tertii, ut consuluit Deci. in consilio 606. Serenissimus, num. 15. uers. uenio ad secundum Soci. in consilio 46. eleganter col. 6. numero 19. uers.

vers. Solum ergo restat. col. 1. cons. 121. premittenda est col. 5. in fi. vers. ad præmissa. Respondetur vol. 4. Alex. de Neuo. in consilio 49. numero 6. 7. & 8. car. 56. & in proposito nouissime consuluit Tiberi. Decian. consilio 23. numero 32. uol. primo, secus si esset deuolutum, & apprehensum ex illa causa, & sic ut beneficium, & feudum, vt puta Episcopatus Papiæ, quia præuentione omnes alios Episcopos, & ordinarios tunc Papa excluderet, vt dixi mox supra numero 10. & ideo posset Papa ut ordinarius

12 ordinariorum † infeudare & liuellare omnia bona Ecclesiastica Mundi (feudis, & liuellis apertis) & concurrere cum ordinario uti ordinarius illius Diœcesis, ut dicit Bald. in consilio 233. factum super quo consilio 95. numero 2. uol. 3. Probus in additio. ad Ioan. Monac d. c. si eo tempore in princi. Paris. consilio 103. col. 1. uol. 4. Bero. consilio 72. per totum, & numero 11. 12. & seq. uol. 1. consilio 147. numero 19. & seq. uol. 3. Deci. consilio 341. num. 9. Hiero. Gabriel. cons. 83. numero 75. car. 96. Cur. iun. cons. 157. numero 10. uol. 2. Rui. consilio 35. numero 31. uers. & vbi dicta inuestitura uol. primo, Guliel. Rodoan. de reb. eccle. non alienan. car 36. quæstio. decima. 11. & 12. numero 34. & 35. & concurret immediate, & non mediate in dicta infeudatione, ut dicit Bald. in cap. dilecti il. 2. col. 2. uers. sed quid si quis uadit. de appella. car. 270. Dominic. consilio 14. col. 1. sentit Ioan. Monac. in d. cap. si eo tempore de electio. lib. sexto ibi; Sunt subiecti immediatè per appositionem, quod videntur intelligendum quando Papa concurrere uellet cum ordinario, vt ordinarius illius Diœcesis authoritate propria, suprema, absoluta, aut plenaria, & non ut ordinarius potestate, & iurisdictione ordinaria qua vtitur Episcopus, & quilibet alius ordinarius, postea quam supradictæ authoritates non declarant qua authoritate ordinaria hoc facere potest ad notata per Abba. in c. fi. numero 10. & 12. & ibi Apostilla. de confir. utili. uel inutil. & in c. fi. de postula. prælato. Roma. consilio 345. numero 15. & Hippoli. singul. 634. Credo te num. 5. & seq. & Hier. Gigas. in tract. de pensio quęst. 6. numero 17. car. 29. Licèt uideatur posse dici, quòd iure ordinario, & sic de potestate ordinaria concurreret ut ordinarius ordinariorum sequętibus rationibus. (Nam de absoluta, & plenaria authoritate non est

13 disputandum, cum in hoc † Papa omnia potest cap. cuncta per Mundum. 9. quæst. 3. c. 2. de præb. in sexto. Roma. consilio 369. numero 27. & esset a fide deuiare, & tanquam hæreticus ueniret puniendus, qui aliter sentiret, & esset Sacrilegus. 17. quæstio. 4. cap. si quis suadente. §. committunt, & §. seq. Ripa responso 38. numero 6. in 2. par. car. 118. & Ias. in l. 1. in primo Notabili. ff. de constitu. princi. ubi dicit, quòd sacrilegium esset disputare de potestate Principis. Tamen de scientia, & voluntate Principis licitum est disputare.)

Et primo ponderanda sunt uerba Ioan. Monaci. in d. cap. si eo tempore, de electio.

14 in sexto, vbi dicit, quòd † Papa est pater patrum, ordinarius ordinariorum, & cum omni alio prælato in iurisdictione, & potestate concurrit, & quo ad hoc omnes sunt sibi subiecti immediatè per positionem, & sic præoccupando Papa, qui est super omnes, alios excludit, cum in personis paribus habeat locum: Quæ uerba denotant ordinariam potestatem, & iurisdictionem; nam si concurrit cum quolibet ordinario in iurisdictione, & potestate, clarè patet, quòd habet eandem authoritatem, & iurisdictionem, quam ordinarii habent; At ordinarii habent ordinariam solùm iurisdictionem, & potestatem, & illa utuntur in sua Diœcesi, Ergo Papam isto concursu, & in ista paritate ordinariam iurisdictionem, & potestatem exercere dicendum est, & non absolutam, & plenariam, quia tunc non concurreret iurisdictione, & potestate, nec esset par, sed impar. Secundo per eà, quæ subtiliter more suo notat Bald. in d. c. dilecti il 2. de appella. ubi dicit: Quòd Papa est pater patrum, & concurrit immediatè cum omni Prælato etiam in eadem iurisdictione, quæ non minuitur per concursum alterius iurisdictionis, sicut Mare non minuitur, nec augetur per concursum Fluminũ, & ideo Papa est totum continens, idest omnia, iuxta illud, omnia Cæsar erat, & Dominic. in d. consilio 14. in hac causa uidentur, col. 1. car. 6. dicit, quòd Romana Ecclesia concessit Prælatis inferioribus Potestatem administrandi, & quòd ideo pænes eum scilicet Papam remansit eadem, & maior. per tex. in c. Dudum, de præbend. in sexto. Si Papa habet eandem iurisdictionem, & iurisdictio ordinariorum sit ordinaria,

naria, ad hoc vt sit eadem, necesse est dicere, quod sit ordinaria, & non absoluta, &
15 ordine iustitiæ plenaria. Nam dictio † idē, & eadem est repetitiua præcedentium cum eadem qualitate. l. idem. ff. manda. Paris. consilio 16. sub numero 44 uolum. 3. Cum igitur concurrit in eadem iurisdictione, & potestate cum ordinario in infeudatione Castrorum & bonorum Ecclesiasticorum, cuiuslibet ecclesiæ, ut supra dictum fuit, in uitis dentibus videtur fatendum hoc de potestate ordinaria facere posse, si uoluerit Papa, & præcipuè si simpliciter infeudauerit, uel manum apposuerit, adnotata per Angel. in consilio 427. pro parte affirma-
16 tiua sol. 2. ubi dicit, quòd quando † lex, aut statutum simpliciter committit uniuersitatem causarum, intelligitur collata iurisdictio ordinaria, & non suprema, neque delegata, & ad propositum faciunt nouiter deducta, per Alphons. Hispa. in tract. de benefi. incompatibi. in prima part. cap. primo, numero 9. uersi. secundo facit. car. 3.

Tamen contra supradicta multum uidentur urgere adnotata per Abba. in c. fi. numero 10. 12. & ibi bona Appostilla. de
17 confir. utili, uel inutili, ubi † Papa non potest auferre Episcopatum, uel bona in totum, uel in partem Episcopatus, & dare alteri Episcopo. & aggregare alteri Episcopatui, & Ecclesiæ sine causa, & bono scambio, & ideo necesse est consensus illius Episcopi, & prælati, quando Papa vult dismembrare, uel auferre bona, & iura unius Ecclesiæ, & dare alteri, quia matrimonium dicitur contractum inter ecclesiam, & prælatum, & ideo non potest separari, nec eius bona sine causa, & scambio, ac consensu prælati, ut latè consuluit Roma. consilio 345 numero 5. seq. & numero 15. & Sylua. in suo tract. benefi. in 2. par. quæst. 1. numero 14. uersi. insuper car. 82. & quòd Papa nō possit beneficium, & bona, ac iura unius ecclesiæ auferre, & dismembrare sine causa, scambio, aut consensu illius prælati, idē Abbas tradit in c. fi. de postul. præla. Domini. in c. primo, numero 3. distinctio. 22. & in c. 1 numero 7. & 8. distinctio. 10. car. 20. Fely. in cap. quæ in ecclesiarum, numero 40. & seq. de constitu. Ripa. Responso. 16. numero 38. car. 114 in 2. par. Crot. consilio 156. numero 31. 32. lib. 2. latissimè tradit Francis. Marci. decis. 11. 22. car. 400. in 1. par. Ias. in l. Barbarius numero 40. 41. ff. de offi. prætor. & Bero. consilio 177. numero 63. & seq. uol. 2. car. 789. Posset ad hæc responderi quam plures contrarium tenuisse, vt est glo. magistralis in cap. per principalem. 9. quęst. 3. Abbas in cap. translato, de constitu. Bero. consilio 147. numero 19. & seq. uol. 3. Bald. & Doct. in l. Rescripta. C. de precib. impera. offer. Hippoli. singul. 634. credo te scire. Roma. consilio 298. numero 2. Crau. consilio 152. numero 8. uol. primo, Et etiam posset dici prædicta procedere in beneficiis non uacantibus, & in inuestituris non apertis, ac bonis non derelictis, & sic in iure quæsito, & quando quis habet ius in re, secus quando sumus in iure quærendo, & in iure ad rem, & in beneficiis, & bonis uacantibus, nam tunc concurrit Papa cum quolibet ordinario potestate Papali, d. cap. 2. cap. dudum. cap. quamuis, de præbend. in sexto, quia facilius tollitur ius quęrendum, & ad rem, quàm ius quæsitum, & in te cap. si is cui de præbend. in 6. Roma. d. consilio 298. circa præmissam sub numero 2. At hic agitur de iure quærendo, & ad rem, quia feudum est apertum, & uacans, & apprehensum per Papam, ergo vti prior poterit inuestire cap. qui prior. de reg. iur. in 6. cap. 2. & cap. dudum de præbend. in 6. Huiusmodi responsiones non tollunt primum obiectum, nam dictum illius glosæ, in d. cap. per principalem. 9. quest. 3. communiter est reprobatum, ex eo quia Papa non potest auferre beneficium, nec bona beneficii dismembrare sine causa, & bono scambio, nec etiam cum causa, dum tamen sit sine culpa, & dolo Prælati, quia tunc debet ei prouidere alio bono scambio, ut supra dixi, & tangit Fely. in suo Repertorio, in uerbo, Papa an possit, & in d. cap. quæ in ecclesiarum, & ibi Docto. de constitu. Roma. consilio 345. numero 15. Hippol. singula. 634. credo te numero 5. & seq. Et etiam dictum glosæ, & sequacium procedere posset de absoluta potestate, & plenaria Papa, non autem de ordinaria, ut dicit Mand. si. ad Roma. consilio 369. circa primum numero 27. Gigas. de pensio. quæst. 29. numero 3. car. 119. quæst. 6. numero 17. car. 27 sentit Bald. in consilio 175. Papa sub numero 2 uol. 2. ibi, præterea hic Dominus Papa, attento etiam quòd sumus in iure quæsito, & unito Mensæ Episcopatus, & nō quę
18 rendo. nam statim, quod † feudum fuit apertum bona illa, & iura ac possessio,

dicto-

dictorum bonorum, & illud vtile dominiū ipso iure fuit consolidatum cum proprietate, & sic dominio directo. §. finitur, instit. de vsufru. pulchre Natta. consilio 562. numero 11. & seq. vol. 3. Bonifa. Vitalli. in cle. vnica de exces. præla. numero 103. car. 205. Bald. in consilio 251. nonnulli feudatarij vol. primo, car. 54. pro quibus bene facit dictum Menoch. d. consilio 83. sub numero 14. Paris. cons. 11. num. 78. 79. vol. primo, facit Calca. consilio 7. numero 36. seq. Soci. iun. cons. 111. numero 7. 13. & seq. uol. 2. vbi pulchre Purpura. consi. 82. sub numero

69 pra allegata. † Igitur in statuto nostro pōderanda est illa linea parētellæ, ut uerificetur eius qualitas, & dispositio. Linea aūt parentellæ istius presbyteri Pierini defuncti de cuius hæreditate agitur ascēdit usq; ad tritauū, quia usq; ad illum appellantur ꝓpriè parētes, ab illo uerò supra, nō parentes, sed maiores uocātur d. l. iuris cōsultus. §. parentes. Nos uero nō sumus in linea pa
70 rentellæ ascendētis † ꝓprio uocabulo sumpta de qua loquitur statutū, cū strictè, & ꝓpriè sit intelligendum l. quidquid astringēdæ. ff. de uerbo. obliga. & l. constitutionis. ff. ad municip. Sed sumus in linea transuersali, & collaterali, quæ uerificatur inter fra
71 tres, & sorores, † iuribus supra allegatis Ant. de Rosel. de succes. ab intesta. num. 89. versic. Nunc uentamus ad transuersales de qua linea non loquitur statutum cum non sit propria linea parentellæ, sed in propria cum tantum datur uera linea parentellæ in linea ascēdenti, ut supra dixi ergo casus iste, nepotis, & patrui, nō cōphédit ā
72 statuto, sed remanet † sub dispositione iuris communis l. commodissime ff. de liber. & posthu. quæ regula procedit in quacunque dispositione. Gozad. in consi. 84. num. 9. latè Tiraq. tract. de iure primog. quæst. 4. nume. 194. Igitur res pro nepote est in tuto, d. §. reliquum versicu. huiusmodi priuilegium in authē. de hæred. ab intest. veniē.

Nec habet obstare, quod linea parentellæ in materia extensiua, parentes appellantur etiam supra tritauum in infinitum. l. appellatione parentis. ff. de verbo. signific. & l.
73 quiq. §. 1. ff. de in † ius. voc. & l. 1. §. generaliter ff. de leg. præst. & parentella alias ēt pro affinitate ponatur, ut in cle. n. 1. §. porro de iure iuran. iuncta gloss. ibi, & uerbū parentellæ à statuto positum possit recipere interpretationem, & extensionem, ut supra & sic comprehendere hunc casum.

Quia respondetur, quod in materia statuti, quod strictè, & propriè est intelligendum, vt supra dixi non debemus latam significa
74 tionē, & extensam ultra eius † propriā, & ueram significationem assumere l. non aliter ff. d' lega. 3. l. Labeo. ff. de supellect. leg. cap. ad abolendam in gloss super uerbo in secularibus ante finem extra de fili. presbi.
75 quæ opinio. 3. non procederet si † communis usus loquendi in loco esset contrarius pro ut uon est, ut latè supra demonstratū fuit. Ideo à proprio significatu uerbi parētellæ, non recedimus per supra allegata, & ita in indiuiduo post prędicta decisiuè consuluit Sacrum Collegium Patauinū in consil. 2 nume, 6. usque ad nume. 18. inter consilia vltim. uolunta. ergo ulterius non est q̄rendum. l. illæ aut ille. ff. de legat. 3. l. ancill. C. de furt.

Quinimo si talis communis usus loquendi fuisset uniformiter capitulatus, & probatus, & esset in loco attamē uerificatur tam in Nepote, quam in patruo cum ambo sint tali casu in eodē gradu eādémetq; af
76 finitate, & † parētellæ ī linea trāsuersali, & eadé rō, q̄ est in uno reperit̄ in alio d. §. reli
77 quū supra sepius † allegato igit̄ idē iꝰ eadéque dispositio esse debet l. 1. ubi gl. ī uerbo, cū eadé. ff. d' bono. posse. ex testā. milit.

l. 1. ubi

l. 1. vbi gl. in uerbo, itum. ff. si quis à paren. fuerit manumis. ergo. &c.

Et ultra supra allegata per honorandũ fratrẽ meum dicebã, q̃ tale statutum non cõprehendit hæreditatem clericorum & remanet casus sub dispositione iuris cõmunis, &
78 de iure cõmuni † nepos cũ patruo ęqualiter succedunt in hęreditate patrui. d. §. cũ filius, instit. de hęredi. quæ ab intesta. defer. Auct. de hæredi. ab intesta. venien. col. 9. in §. reliquũ uers. huiusmodi priuilegiũ. Et q̃ tale statutũ non comprehẽdat moniales & clericos, nec hæreditatem clericorũ tradit
79 † Dec. in cap. ecclesiæ sanctæ Marię col. 24. vers. nota tamẽ de constit. Rui. consi. 195. uol. 2. ubi dicit cõmunẽ Pancir. cons. 12. nu. 6. car. 26. & faciunt adducta p̃ Socin. Iun. in consi. 25. nu. 4. & 5. volu. 2. ubi statutũ laicorũ non ligat clericos, nec bona eorũ, seq̃tur Parisi. cons. 37. num. 43. & seq. vol. 1. & dixit Pancirol. in cons. 49. nu 3. & 4. lib. 1. car. 66. Quod statutũ loquens de damno dato non
80 habet locum in bonis clericorum, nec † cõtra clericos, ac eorũ conductores, & tetigi in repertorio mearũ decisionũ in uerbo, statutum cart. 1209. & in verbo, Banna car. 885. in prima part. vbi habetur ẽt qñ ualet statutũ, & ligat clericos, & Corset. in additio. ad reperto. Abba. in uerbo, iudicis in cõpetentia in limit. 7. & vide Ferret. cõs. 252. lib. 2. car. 30. & nouissimè consuluit delicatus, & doctus, ac excellens. D. Menochi. in consi. 291. nu. 19. & seq. vol. 3. ubi consuluit statutum, & pragmaticam Venetorum sup̃ bonis emphiteoticis ecclesiasticis, & piorũ locorum de inuestitura renouanda non ualere etiam ad fauorem dictorum religiosorum, & clericorum.

Verum quia supradicta opinio de hæreditate clericorum, & de monialibus non exclusis statuto excludente fœminas stantibus masculis agnatis est periculosa, & cõtraria est magis communis, & quia tendit ad conser-
81 uandum bona in † familia, ut dicit Bursa. cõsi. 93. nume. 16. 17. 22. & seq. vol. 1. Paris. consi. 40. nu. 14. & seq. uolu. 3. Brun. de stat. exclud. fœmi. in 6. artic. col. 3 postea quam statutum non facit expressam mentionem de monialib⁹, & clericis alias secus, & ideo uidetur à principio illos uti seculares obligasse antequam efficerẽtur religiosi, & clerici, quod facere potuit, ut dicit Paris. in d. consi. 40. nu. 15. & seq. uol. 3. Calcane. consil. 7. nume. 26. & 27. Ruin. consi. 42. num. 5. uolum. 3. Dominic. in cap. 1. distinct. 10. nume. 6. cart. 20. Alcia. responso. 193. lib. 9. tomo. 3. uolum. 1. cart. 335. colum. 2. Maranta. disputa. 8. nume. 26. Franc. Vegi. consil. 23. nume. 8. & 9. cart. 41. Paul. de Castr. consil. 304. nume. 4. consil. 461. uolum. 1. Alexand. consil. 213. uolum. 2. Parisiens. consil. 65. nume. 16. uolum. 3. vbi etiam loquuntur in pinzocora, & moniali de tertio ordine Fel. in cap. ecclesiæ sanctę Mariæ, numero 101. quæsti. 15. de constitu. Menochi. consi. 196. nume. 32. & 33. uolum. 2. & quamuis moniales sint exclusę, tamẽ clerici nõ excludũ-
82 tur à successione parentum, & † agnatorum, imo excludunt filias fœminas defuncti, secundum communem, ut per addentes ad Mathesila. singu. 110. Nota unam lucrosam, & per addentes ad Roma. singul. 446. Habeo casum Boeri. decisio. 354. sub num. 13. cum mille similibus, & contra moniales, & ad fauorem agnatorum in hæreditate præsbyteri, & clericorum, ita in utroq; casu fuit IVDICATVM * per Rotam Florentinam de anno 1539. Mensis Nouembris, contra moniales sancti Lini de Volaterris, & ad fauorem Bernardini Laurentij Ioannis Pini, super hæreditate, & bonis Ioannis, & R. Domini Francisci fratrũ, & filiorum Gori de monte Galio; Ideo secundo loco dicebam quod statutum, non loquebatur de hæreditate præsbyterorũ, & clericorum, quia dicit, si decesserit aliq̃s sine filijs masculis ex eo de legitimo matrimonio natis, succedant filiæ fœminæ, & si moriatur sine filijs masculis, & fœminis succedat sibi (il più prossimo in grado di parentado, ouero più propinquo più prossimo) quo casu expresse apparet de mente statuti solum intelligere de hæreditate illorũ, qui in actu, aut in potentia sunt habiles ad procreandũ filios masculos legitimos, & naturales ex se de legitimo matrimonio natos, & illos habere t̃pe mortis,
83 & non de illis, † qui nullo modo tempore eorum mortis possunt habere filios legitimos, & naturales, & de legitimo matrimonio in actu neq; in potentia, adnotata per Henric. Boich. in c. in præsentia, & ibi doct. nu. 22. & seq. de probatio. car. 244. Odo. Asfortia Perusi. in tract. de substitu. in uerbo, compẽdiosa pract. 6. de legitimis, & naturalibus car. 260. Octa. Pedemonta. decisi. 126. Boeri. decision. 354. & Vincenti. Franc. in decisio. 29. cart. 34. vbi substitutio facta per

huius mo-

huiusmodi uerba non comphendit clericū in sacris constitutū, & monasterium, aut ecclesia nō habetur loco filij, neq; facit deficere fideicōmissum, vt ēt latè dicā in illo articulo in decisi.1.sub titulo de ultimis voluntatibus. Et cū tale statutū sit contra ius cōmune, & possit aliq d oparı dēt ,pprie, & strictè intelligi, & ut minus ledatur ius cō mune, q̄ fieri pōt, & sufficit q in uno casu
84 opatur scilicet in † hr̄ditate secularıū, q possunt contrahere legitimū matrimoniū, & habere filios ex se legitimos, & naturales p ea, q dixi in reper. dec siōnū in uerbo statutum, & lex car.1208 col.2.& in uerbo, statuti uerba car.1195.col.1. & in decisi.5. num.12.car.61 in 1.par.ubi qn̄ statutū pōt contra ius cōmune duo operari semp intelligi debet ut unum solū operetur ad hoc vt minus ledatur ius cōmune q̄ fieri pōt. At in casu isto iste psbiter mortuus erat in sacris, & in actu, ac potētia nō poterat habere filios masculos ex se legitimos, & natules de legitimo matrimonio natos, ergo de hr̄ditate clerici in sacris non intellexisse statutū est dicēdū, sed de alijs laicis, ita Bal. in cons.290. Qđ uir. uersi. ego mētē statuti uol.1.& satis in proposito loquitur Pau.de Cast.in l.2 §.lex falcidia nu.4.uersi.facit ēt si testator.ff.ad leg.falci.& ibi Alex nu.10. dec.conf.7.conclusio, & sentit Paris.consil. 109.nu.4.uol.3.Rom.cons.438. in casu cōsultationis nu.8. & bene pōderat Purp.consi.511.nu.8.& 9.vol.2.car.175.& sic oībus supra deductis mature pēsatis fuit IVDI-
* CATVM * ad fauorē nepotis cōtra patruū & sic debere cōcurrere cū patruo tā ex uerbis statuti, q̄ iuris cōmunis in hr̄ditate psbiteri Petri eius patrui p magnificū D. Capitaneū Fiuizani de mēse Augusti 1578.
* & CONFIRMATVM * p iudicē appellationis Rotæ Florentinæ de mense Ianuarij 1579. & de anno 1561. Fiuizani, & p excellentē D.Ioā.Mariā Pauolotiū conseruatorū auditorē confirmatū Florentiæ de anno 1563. Aprilis ad fauorem Persilie de Cecirano, & suorum fratrum.

Qui nepos, & patruus in hr̄ditate patrui, amitæ, & Materteræ succedunt in stirpes, & nō
85 in capita ēt † q essent plures nepotes ex fratre siue nepotes ueniūt ex psona eorum patris ut dicit tex.in §.cū filius, & ibi doct. institu. de hæredi.q ab intest. defer. tradit Cyn.in auct. hac edictali in 6.q.& ibi Bald. C.de secund.nup. Tiraquel.de retract.§.11. gl.12.& in tract.đ primo genitur.q.40.car. 370.& q 41.siue ueniunt ex ,ppria eorū psona (patre præmortuo ante patruū) & soli patruelles succedant in hr̄ditate patrui nullo alio patruo existente sedm magis cōmuné opinionē, ut dicūt Bar.& doct.in l.in cōsanguineos.§.hr̄ditas.ff.de suis, & legiti. gl.in auct. Cessante in uerbo, in stirpem C. cod.tit.Mathesila.de success.ab intest.vers. 2.dubitatur an qn̄ uocātur ad successionē ab intestato sequitur Guid.Pap. dec.134. sed qualiter, ubi dicit in iudicādo fuisse ita seruatū Alex.cōs.29.in princ.uol.5.ubi dicit magis cōmunē, & refert, & sequit Ruin. cōs.8.nu.13.uolm.1.ubi dicit ,pcedere ēt in feudis, & ita practicari, Curt.Iun.de feud. in 3.par.uers.4.circa nu.53.& seq.car.299. Brun.cōs.70.& cons.71.72.73.74 & 75.Villalob.in suis cōmu.opinio.in uerbo, cōsanguinei nu.165.Alex. cons.52. circa hāc dubitationē col.6.uers.illud afferā uol.4. Boeri.cons.2.nu.1.& seq.Craue.cons. 303.in fi. uol.2.Hier.Gab.cons.84.cons.135.latè per Bened.in c.Raynutius uers.& uxorē nomine Adelesiā in 1.par.nu.69 car.116.ubi dicit se ita semp consuluisse & post longam ad partes disputationē ita tenere Arett.in §.cū filius sub nu.2.col.4.uers.in gl.in stirpes instit.de hæred.q ab intesta.defer.& latissimè omniū tradit Didac.pract.q. ca.38. nu.5 & 13.car.577 ubi dicit idē in iure patronatus emphiteosi feudo, & fideicōmisso, & nouissimè consultauit in istis casibus ad fauorē Serenissimi Regis Hispaniarū pro regno Portugalię doctus Michaël ab Aguire. Hispa.in suo respon.in 1.par.nu.8. nu.14.nu.27.car.5.& seq.& excellens, ac nō satis laudatus Magnificus D.Alex. Raudēs. in suo consilio edito sup dicto regno Portugaliæ p eodēmet Serenissimo Rege mihi, sub nu.141.nu.60.& seq.uer.sed test cō clusio in uol.2.vlt.uolūta.ubi ēt satis ingeniosè dicit q licet filius, & nepos succedat in hr̄ditate ascēdentis tn̄ nepos non repsentat psonā patris, qa in ordine descendētiū non q̄ritur gradus, sed bene in ordine trāsuersaliū, & sic in hr̄ditate patrui & Materterę bene succedit nepos in locū patris, q
86 ēt ,pcedere uidētur in successione † ex testameto. Boer.cōs.10.in fi.uers.& idē est sub nu.5.addit.ad Bar.in l. Lutius col.3.in fi.ff. de hæredi.inst.Tiraq.de primo geni.q 40. num.185.& seq.car.373.Crauet.consi.966. nu.33. uol.5.cart.389.Cephal. consil.333.

numero

nu.33. uol.3. licet Capici.in decis.208.& Dec.cons.412.n.2.teneant contra in testō, vnde patet esse magis cōem opinionē ne-
87 potē in † hæreditate patrui, amitæ,& materteræ succedere in locū patris, & cōcurrere cū patruo in stirpē, & non in capita tam in hæreditate, q̄ in feudo, emphiteosi, iure patronatus, & fideicōmisso, & ita
* practicari,& ita fuit IVDICATVM* ut supra dixi de anno 1561.& 63.ad fauorem d.Persilie de Cecirano,& suorum fratrum, quāuis uoluisset postea omnino succedere in capita.& non in stirpes cum patruo,& cū alijs patruelis per consiliū Cepha.in cons.431.uol.3.car.699. qui tenet patrueles in hæreditate patrui debere succedere per capita,& non in stirpes, Fernā. Vasq.in 1.par.li.2.§.13.n.13. car.94.alios refert Fran.Becci cons.16.nu.2.& seq.car. 31.Simon de Pret.de interpre.ulti.uolun. lib.3.solu.3.n.30.car.341.Gaspar Caballi. in Milleloq.619.filij,car.35.in 2.par.tamē ego eam semper eieci,& nolui audire, cū istorū opinio non sit tuta,&contra cōmunem,& practicam,& ita acquieuit, ut dicit ēt Crau.d.cons.966.nu.33.& in fi.uol. 5.Maria.Angus.consi.133.nu.10. & Fran. Becci.d.cons.16 nu.3.& seq.nisi aliqui pa-
88 trueles essent cōiuncti patruo† ex utroque latere, & alij ex uno, quia tunc præferrerentur illi, qui essent ex utroq; latere coniuncti,Corn.cons.140.lit.X. uolu.1. uel eorum dictum debet intelligi in hęreditate consobrini,& patruelis,aut proaui, vel patrui magni, quia tūc bene verū est, quod alij consobrini,& patrueles in hære-
89 ditate patruelis,& †cōsobrini succedūt in capita,& non in stirpes,& ita est intelligēdus,Cabal.in d.Milleloq.619.Aret.in d §. cum filius,ita Tiraq.de retrac.§.11.gl.12. nu.1.2.& seq. Rimi.sen.cons.648.nu.10.& seq volu.4. Brun.cons.70.71.72.73.74.& 75.pract.Pap.in for.libel.pro hæredit. ab intest.in gl.nullisq;, n.38.& 39. Bello.cōsi.2.n.3.Hiero.Gab.cons.135.Ias.cons.124. nu.3.uol.4.si concurreret patruus cū patruele in hæreditate nepotis tunc patruus
90 solus succederet ēt si eēt †cōsanguineus, & ex uno latere,& germine natus,& cōiūctus,Hiero.Gabr.consi.133.nu.3.& 4. nā patruus est in tertio gradu,& patruelis in quarto de iure ciuili,&duplex cōiūctio nō consideratur, nisi qn̄ agitur de successione fratris germani, aut patrui, ut tenet ēt Pau.de Cast.in consi.376.super isto,uolu. 2.Corn.consi.140.lit.X. uol.1.Cassa.consue.Burgun.rubr.7.§.11.nu.12.car.268.& car.267.col.1.in fi & col.seq.Tiraq.de primoge.d.q.40.nu.24.car.359.Bar.in l.post cōsanguineos,§.legit.&ibi Alex.ff.de suis & legit. Andr. de Alpheri.de Cortona.in cōs.36.n.15.seq.uol.1.ulti.uolun.ubi dicit idem si cōcurrit patruus ex uno latere cū patruo ex utroq;.Purp.cōs.96 n.2.& 4.uolu.1.late Pau.Granu.in theorema 15. car. 89. & hoc procederet ēt qđ statutū cōputaret gradum secundū ius canonicū,ut la-
91 te †per Giero.Zan.in cons.169.uol.1.ultima.uolun.car.225.quia sunt in pari gradu de iure canonico,sed linea inęquali de iure ciuili,Dec.consi.334 & cons.444.qđ est notandum,qđ procedit ēt in fideicommisso,ut per Bursa.d.cōs.170.n.26.& 27. uol.2.si uero cōcurreret patruus magnus in hæreditate patrui nepos succederet ex
92 cluso†patruo magno,Fran Becci.cōs.81. car.144.Cur.iun.cōs.41.nu.1.lib.1. car.60. Mathe.Vesemb.Oltramō.consi.13. n.56. col.483.uers.nec ultra fratres,& nu.55.

Et licet nepos,& patruus sint correlatiui, tn̄ in dictis hæreditatibus nō succedūt ad inuicē nisi eo modo,quo supra dictum est,bene uerum est quod si statutū excluderet filiā p̄p nepotē ex fratre, & sic ne-
93 pos succedat patruo exclusa filia,ut uult statutū nostrū Fiuizani,sub rub.2.qđ mulieres nubāt,& dote sint cōtente,qđ si nepos decedat relicto patruo,filia,aut sorore, qđ patruus succedet exclusa filia, uel sorore p̄p naturā correlatiuorū,&a statuto ita erit uocatus,& cōprehēsus patruus sicut nepos cū eadē sit rō,& in hoc æqparantur,Bru.de statu.exclud.fęmi.in 8.art. prin.q.3.& in 6.art.4.mēb.q.25. Afflict.in 1.feud.in tit.Imperat.nu.1.2.3.& seq.Cepha.cōs.28.n.16.seq.uol.1. Maran.disput. 10.n.17.in fi.car.316.Neuizā.cōs.95.n.21. post Alex.cōs.150.colū.2.uers.nec insuper obstat,uol.2.Bal.cōs.17.col.3. uers. itē q̄a succes.uol.4.Ias.in auth.nouissima,nu.46. vers.& pro cōi snia,C.de inoffi.testa.1cā. de Amic.cōs.97.Mag.col.pen. Anto.Cordub.in trac.de alimentis,§.parens, nu.29. & seq.car.97. & licet in statutis nō fiat ex
94 tensio de persona ad personā ēt in fauorabilibus, & in maioritate rōnis p̄cipue in successionibus,ut dicit Paris. in cōs.49. n. 50.& seq.cōs.50.n.54. uol.1. ubi dicit cōmunem,

munem, Rube.cons. 145. nu. 6. & sequ. car. 80. Hippo. Riminal. cons. 47. nu. 12. & seq. & in statuto nostro Fiuizani, quod mater, auia, & soror non sit exclusa ab hæreditate fratris, filij, & nepotis, licèt filia sit exclusa pluries consuluit uenerandus pater meus D. Carolus, & milies ita fuit * IVDICATVM Fiuizani, & Florentiæ, & ita obseruatur in foro Fiuizanensi, ut etiam latius apparebit infra in suá decisione, sub tit. de vltimis unluntatibus, & in causa Ballini ad fauorem matris, & sororis contra Ioãnem Nicolam * IVDICAVIT excellens D. Sanctus Talentonus, & Do. Nicolaus de Fantono de anno 1561. Fiuizani.

95 Tamen non procedit † in correlatiuis habentibus eandem affectionem, & rationẽ, ut in casu de quo agitur, quia sicut nepos excludit filiam in hæreditate patrui, ita patruus in hæreditate nepotis, per supra dicta, & sequitur pulchrè D. And. Alpheri de Cortona cons. 36. pactum. nu. 18. & 19. vol. 1. ulti. uolun. late Ant. Gab. suis cõmu. concl. lib. 6. de legib. & constit. concl. 3. car. 660. per tot. & nu. 25. & seq. And. de Isern. in consti. Neapol. rubr. de succes. nobili. n. 31. uers. idcirco. car. 113. Lauren. Sylua cõ si. 31. sub nu. 5. car. 151. Ceph cons. 28. nu. 16. & seq. vol. 1. cons. 408. nu. 8. & 9. nu. 59. 73. 85. & 86 uol. 3. sentit Plot. in l. si quando. nu. 552. uers. 11. & nu. seq. C. unde ui. & uidetur tex. in l. si ab eo. C. de legi. hæredi. & facit dictum Bal. in auth. licèt patri. nu. 3. C. de natu. libe.

Vnde mi fratres Doctores iuniores Clarissimi hæc omnia uolui addere, & in unũ redigere, ut facilius possitis in officijs uestris, hæc omnia præmanibus habere, & ex improuiso de iure respondere, quæ ita de facili non inueniuntur a iunioribus.

# DE CONTRACTIBVS, D CIS. X.

## ARGVMENTVM.

Societas omnium bonorum, & rei particularis quando intelligatur inita hic tractatur, & in decisione seq.

Socius rei & negotij particularis soluens debitum commune, & dotem sorori, ac marito nomine aliorum fratrum de bonis stabilibus suis, an post aliquod tempus possit petere solùm ratam pretij soluti, uel tot bona stabilia secundum ualorem temporis, quo ipse eius bona dedit, & soluit marito sororis, uide hic.

## SVMMARIVM.

1 *Societas omnium bonorum non præsumitur nisi probatur.*

2 *Societas potest contrahi in omnibus bonis, in vna re tantum, in pluribus, in prædijs, in omnibus negotijs, & ad certum tempus.*

*Societas potest inter nobiles contrahi. nu. 2.*

3 *Societas omnium bonorum quomodo, & quando dicatur inita.*

4 *Societas rei particularis, & non uniuersalis, quando dicatur contracta. nu. 6. 8. 10.*

*Vnus ad destructionem totius sufficit. nu. 4.*

5 *Societas per unionem, & communem habitationem decennij, & ultra, & non redditam administrationem, an intelligatur recommunicata, & nu. 6. 7. 8. 10.*

*Bona non præsumuntur translata in socios, et in communionem in societate simplici, & particulari, sed requiritur traditio rei.*

10 *Communio præsumitur inter fratres post mortem patris insimul commorantes, quãdo pater illos non diuisit, uel iussit simul stare, sicut non præsumitur, quando illos diuisit.*

11 *Socius impendens de suo pro communi negotio potest usuras petere, & interesse si illas pecunias accepit sub usuris, uel dedit ad interesse.*

*Declara, nu. 22. 23. & 24. 27.*

12 *Frater socius potest de bonis hæreditarijs soluere dotem pro sorore, & illam de dictis bonis deducere a cohæredibus tanquã æs alienum.*

De-

*Declara, nu.25.*

1 *Possidens bona fide rem alterius & fructum aut lucrum percipiens tenetur illud lucrũ (deductis expensis, et laboribus) restituere.*

*Frater, qui habet principium eius trafici, & negotiationis ex rebus hæreditarijs, aquitas suadet, quòd lucrum omne inde proueniens fratri communicet. n. 13. & uide n. 27*

14 *Interesse, & usura debetur uxori & marito pro dote non soluta, quando sustinent onera matrimonij.*

*Maritus potest petere interesse pro dote non soluta, si sustinet onera matrimonij. nu. 14.*

15 *Solutione eius, quod debetur, omnis tollitur obligatio.*

16 *Soluens pro alio debitum uidetur breui manu mutuasse pecuniam debitori, & debitorem soluisse creditori, & ideo solùm tenetur ad pretium ante moram num. 20.*

17 *Frater emens suo, & fratrum nomine aliquod predium, & illud possidens tenetur ad restitutionem fructuum ei cuius nomine soluit, etiam quod pretium non habuerit, quia uidetur ei mutuasse partem æstimationis pretij empti.*

18 *Vendens fundum alicuius domino præsente, & consentiente non potest dominus aliud petere a uenditore, nisi pretium quo uendidit, & idem si bona sua uendidisset nomine suo, & fratris, uel uxoris.*

*Pretium, & æstimatio rei uenditæ in restitutione venit illud, & illa, quæ erat tempore uenditoris, & ratificationis, & non petitionis, nu. 18.*

19 *Frater non est obligatus soluere debita alterius fratris, nec pro illo potest conueniri, capi, & sequestrari, & si soluit uoluntariè non potest agere ad interesse nu. 20. 22.*

21 *Aestimatio quanti plurimi non habet locum re extincta bona fide.*

22 *Interesse, & vsura non debetur, mora non commissa nu. 20. & 22.*

*Vsura non debetur ante moram, n. 20. et 22.*

23 *Qualitas legis, aut statuti si non uerificatur non habet locum eius dispositio.*

*Lex, & statutum non habet locum, quando qualitas illius non verificatur, nu. 23.*

24 *Societas non præsumitur contracta ex eo, quia alter gessit negotium commune.*

28 *Hæres grauatus restituere non tenetur ad redditum lucrum & commodum occursum ante euentum conditionis, & restitutionis in hæreditate, quia tendit ad eius utilitatem.*

*Bona aucta pretio solo cursu temporis cedunt ad utilitatem hæredis grauati nu. 28.*

## DECISIO LVI.

FVit dubitatũ de duobus inter Mag. D. Camillum, D. Gasparem & D. Alexandrũ de Lãpugnanis seu eorũ hæredes. Primò ex eo, quia ꝑ plures annos post mortem eorum patris steterunt in eadẽ domo, & fructus, ac redditus communicarunt, & simul uixerunt, an intelligeretur inter eos inita societas omnium bonorũ, & vndecumque quæsita cõicare debere[?].

Secundò, quia Illustris D. Camillus maior natu soluit libras decẽ mille sorori suę & marito pro eius dote de bonis mobilibus, & possessionibus suæ partis nomine suo & dictorum suorũ fratrũ. An ipse uel eius hæres possit petere post longũ tẽpus ab aliis confratribus, & socijs tantã partẽ bonorũ immobilium pro eorũ rata, secundum ualorem illius temporis, quo soluit dotem, uel secundum tempus petitionis.

Ad primũ. An intelligatur contracta societas omniũ bonorũ, uel saltem bonorũ hæreditariorum inter ipsos fratres ex eo, quia per decem annos, & ultra steterunt in eadem domo ad unum panem, uinũ, & mensam; multa sunt consideranda, nã societas bonorum, uel negotiationis est q d facti, & non præsumitur † nisi probetur. 1
Dec. cons. 22. Ceph. cons. 63. nu. 6. uol. 5. & ex coniecturis, & actibus socialibus colligitur. An sit contracta nec ne ista societas & restringitur, ac ampliatur secundũ qualitatem negotij, & cõionis, nã potest cõtrahi societas in una re tantùm, in duobus, in prædiis, in hæreditate particulari, & in
2 † omnibus bonis, negotij & quæstus, & ad certũ tẽpus, l. 4. & l. si margaritam, l. cũ duob. per tot. ff. pro soc. Alex. cõs. 203. nu. 6. uol. 3. cõs. 76. n. 14. col. fi. uol. 4. Bal. cõsil. 120. quidã nu. 2. 3. uol. 1. Pau. de Cast cõsi. 415. n. 1. uol. 1. Dec. d. cons. 21. cons. 66. & Per. de Vbal. de duob. fratr. in 3. par. nu. 21. & seq. car. 11. Soc. cons. 4. col. 1. uol. 4. dixi infra decis. 11. nu. 4. quæ procedunt nedũ in masculis, sed ẽt in fęminis, ut dicit Apostilla ad Alex. d. cõs. 103. uideretur circa n. 6. uol. 3. dixi infra d. decis. 11. n. 5. & ideo si uolumus cõsiderare. An inter istos fratres nobiles, cũ q bus põt cõtrahi societas secũdũ opi. Bal. in l. si patruus, de neg. gest. trac. de duo. fra. uer. sed ego dico car 11. sit

contracta societas omnium bonorũ post mortem eorum patris indubitanter est dicendũ, quod nõ, quia nõ interuenerũt requisita ad contrahendũ societatẽ omniũ bonorum. Nam requiritur longa cõis cõuersatio, habitatio lucrorũ in cõi collatio, & quod de eo qđ quis lucratur, vel
3 expendit, non reddatur rõ, & sic † ꝙ omnia undecunque acquisita, & habita cõferantur, ut sunt legata, & donationes, peculium Castrense, & quasi, & hæreditates, ꝑ quæ iuncta sanguinis carne præsumitur inter eos cõtracta societas omniũ bonorũ. l. 1. §. in societate. l. si societatẽ uniuersarum fortunarum, l. 3. §. 1. ff pro soc. Ias. in l. 1. in 5. notab. C. qui testa. fac. pos. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. in 3. par. nu. 28. 32. car. 11. & in 5. par. n. 2. car. 37. Dec. cõs. 66. 68. Ioã. de Ana. cõs. 65. uiso pũcto, Cepha. cõs. 340. n. 7. uol. 3. Rol. cõs. 91. n. 37. li. 1. Crot. late. cõs. 222 uol. 2. Ang. cõs. 112. Rub. Alex. cõs. 87. Alex. cõs. 37. n. 4 uol. 4. cõs. 154. n. 4. uol. 2 Bal. cõs. 19. nu. 1. uol. 1. Bertrã. cons. 62. n. 6. & seq. uol. 1. Rim. iun. cons. 280. uol. 3. Tiberi. Dec. cons. 84. nu. 5. & seq. in 3. q. uol. 2. dixi infra decis. 11. n. 1. Sed si ista omnia non concurrunt, & quod alter omnia lucra, & hæreditates, ac dona
4 tiones nõ cõicat, uel instrumenta † suo nomine faciat, aut bona paterna diuisa ꝓprio nomine locat, licèt fructus & redditus cõicet, & alia in cõi ponat, nõ dr̃ contracta societas omnium bonorum. nam q̃ oẽ dicit, nihil excludit, & ad destructionẽ totius sufficit unus. d. l. 1. § in societate, & d. l. si societatem vniuersarum fortunarũ, & per Doct. supra proxime allegatos, & ꝑ Bal. in d. tract. de duob. fratrib. uer. sed ego dico. Petr. de Vbald. de duob. fratrib. in 3. par. n. 12. car. 9. & ita est intelligendus Ias. in cons. 2. uol. 1. & faciunt rationes. Simõ de Præt. in cõs. 24. n. 7. & seq. Meno. cõs. 12. n. 14. 15. 18. li. 1. Grat. cõs. 118. uolu. 1. Bertran. late in cons. 62. uol. 1. & in proposito Paris. cons. 85. uolu. 1. dixi. infra decis. 11. nu. 2. At in casu isto isti fratres stabant in eadem domo, sed bona diuisa non cõicarunt, nec quæstus, donationes, legata, & dotes, vt apparet ex mãdatis factis ꝑ Mag. D. Alex. & Gasparẽ super bonis sibi in diuisione factis, ubi cõstituunt procuratorẽ ad diuidendũ bona Farfingæ cũ Mag. D. Christoforo eorũ patruo, & locationes factas postea de dictis bonis eorum nomine, & non nomine Magn. D. Camilli communis fratris, & ẽt apparet ex bonis quæsitis, & sibi relictis Mag. D. Camilli, ubi ipse D. Camillus asserit emisse nomine proprio, & legat in eius testamento dicta sua bona empta, donata, & acquisita ex nuptiis D. Octauiano eius filio naturali, ergo ex mente eorũ colligitur uoluisse communicare habitationes, introitus, & fructus solum, & non proprietatẽ bonorũ, & hæreditates, adnotata per Petr. de Vbal. de duobus fratri. d. 3. par. nu. 22. & nu. 24. car. 11. & Alex. cons. 48. diligenter, nu. 6. 7. uol. 2. cons. 77. quia nu. 11. cons. 23. nu. 5. uol. 4. Grat. cons. 128. nu. 14. & per totũ, uol. 1. Paris. cons. 92. nu. 28. 30. uolu. 1. & ꝑ Bertrand. d. cons. 62. nu. 5. uol. 1. Paris. cõs. 100. nu 57. seq. uolu. 2. & melius cons. 85. uol. 1. & infra dixi decis. 11. num. 2. Crau. cons. 834. nu. 3. & cons. 810. num. 6. uol. 5. cons. 605. columna 2. & 3. volu. 4. ubi demonstrat. in d. cons. 605. in fi. ita Papiæ fuisse IVDICATVM. *

Si uerò uolumus considerare societatatem particularium bonorum, & sic bonorum paternorum, videretur dicendum per unionem, & communem habitationẽ tanti temporis, & non redditam admini-
5 strationem † recommunicasse dicta bona paterna, vt consuluit Rom. cons. 418. in eo quod quæritur, & cons. 291. Rim. iun. consilio 280. numero 30. & seq. uolu. 3. & in consilio 377. numero 16. & seq. uolu. 4. & uide Io. de Amic. consil. 62. Alex. cons. 76. nu. 13. & 14. uol. 4.

Pars autem aduersa dicebat, quòd non inteliguntur bona recommunicata, nec contracta societas, nisi in fructibus, & red
6 ditibus, ac lucris, † communicatis, & finita societate quilibet reaccipiet bona sua. Et sic capitale, & solum fructus, ac lucra communicata diuidet iure societatis, nisi expresse de contraria uolũtate appareat, ita perbellè declarat, & distinguit Alex. in d. cons. 30. & cons. 48. diligenter nu. 6. 7 1. uol. 2. cons. 24. nu. 6. uol. 1. cons. 152. nu. 3. uol. 7. cons. 30. nu. 7. uol. 2. cons. 76. nu. 10. uers. nec refert cons. 37. n. 11. cõs. 23. nu. 5. & cõs. 77. nu. 9. 10. 11. & cõs. 76. nu. 13. & 14. uol. 4. Grat. cons. 138. n. 6. 7. uol. 1. Ceph. con. 146. nu. 34. uol. 1. cõs. 147. nu. 14. 23. cons. 248. nu. 17. uol. 2. bene loquitur Rui. cons. 141. n. 23. & 24. uol. 5. Pau. de Ca. cõs. 266. col. 2. uolu. 2. Petr. de Vbald. de duob. fratr.

frat.in 3.part.nu.18.nu.22.nume.24.& seq. & nu.31.cart.xj.Bertrã.d.cõs.62.nu.5.Paris. d.cõs.110. sub nu. 18.seq.in 2. & 3. dubio. uol.2. & d. consil.85. nu.1.2.9. & seq.uol. 1.dixi infra Decisio.xi.nu.2. & ꝑ Crauet.d. consil.605.uolum.5. Et tãto magis in isto casu,ubi apparet bona diuisa retinuisse pœnes se locãdo,diuidẽdo,& alios actus separatos faciẽdo,ut supra demonstraui, & ex actis,& scripturis apparet,quo fit quòd allegata per Roma.in d. consil.291.& consil. 418.nõ nocent,& ẽt intelliguntur fuisse re communicata in casu suo quoad fructus, redditus,& quęstus ex illis bonis prouenientibus, non autem quoad capitale,& bona hæreditaria, per supra.& per Alex.cõs. 77.nu.9.& seq.uol. 4.incip. quia per,& Simon de Pretis cons.24.numero 7.& seq.& Paris.cõs.92.nu.28.30.uol.primo.& dixi infra d. Decisio. xi.num.3.Et cum Magnificus D.Alexander.& D.Gaspar de per se sine nomine alteri᷒ fratris retinuerint nomẽ suorum bonorum in diuisione contentorũ. Et illa diuiserint cum Magnifico D. Christoforo eorum patruo sciente, & patiente Domino Camillo, ut præsumitur propter communem habitationem, nõ potest ipse, nec eius hæres dicere esse recommu-
7 nicata,& fore † diuidendum de nouo inter ipsos tres fratres adnotata per Alexand. consil.49. num. 13. uolum. primo. consil. 78.num.2.uolum.2.consil.137.num.2.uolum.5.pulchrè Crauet.consil.26. numero 3.9. consil. 123. numero 7. seq. lib. 1. & Prosper Paser.consil.175.nu.4.Grat.consil. 118. nu. 21.22. uolum. primo. consil.128. numero 14. eod. uol. Paris. d. consil. 85. num.7.uol.1. faciunt tradita per Menoch. consil. 121.uolum. 2. ubi loquitur etiam in sociis,& mercatoribus.

Nam sicut ipse Magnifi.D.Camillus uoluit per se bona sibi donata, & empta proprio nomine,ac dotes,ita æquum est quòd Magnificus D. Alexãder habeat bona sua diuisa,& nomine proprio locata, & diuisa cum patruo suo, ut æquitas seruetur inter fratres, Adnotata per Paul.de Cast.in consil. 358.colum.1. sub num. 1. uolum.2. per tex. in l. final.C. communia utriusque iudic.præterea quòd etiam sine prędicta ratione non tenetur capitale, & sic bona hæreditaria paterna diuisa ullo modo iterum diuidere, & communicare per supradicta. Nam solùm intelligitur pro cõmunem habitationem,& uictũ,ac mensam contracta societas particularis quoad ui-
8 ctum † habitatiõnẽ,& fructus, ac redditus, & nõ quo ad alia,l. cum duob᷒ § si fratres paternam indiuisam,& l.ex parte.§.filios.ff. pro socio.latè. per Bertrand.d.consilio 62. num.5.uol.1.Paris. d. consil. 110. numero 18.seq.in 2.3.dubio uolum.2.Bar.in l.Titio & Mæuio.§. Altero. ff.de administr. tut.in l. si patruus. C. communia utriusque iudic.& in l.1.§. si quis hoc interdicto.ff.de itine, actuque priua. Bald. d. l. si patruus num.13.in cap.primo de benefi fratri.Roma.cons.3.consil.43.nume.1.& consil.313. in casu.Crauet. consil.131. numero 12.Alex. cons.152.in fi.uolum.7. ubi dicit magis communem cons. 25. num. 5.6. uol.4. Bal.cons.482.uol.5.consil.472.uol.4. consil. 19. numero primo.uolum. 1. Petr. de Vbal. de duob.fratr. in 3. part.numer.22. latè Crot. consil. 40.numero 4. 5.uolum. primo.consi.222. numero 2. uolu.2.latissime Paris.consil.87.num.7.uolum.primo Simon de Pretis. consilio 24. numero 22. Cephal. consil. 247. numero 14 34.& sequent.uolum.2. Et Natta. consil.263.uolum. secundo, & Socyn. Iun. consil. 24. uolum. secundo, & in terminis consuluit Cępol.consilio 42.numer.5.cart. 44.in ciuilibus.& Paris. consil. 85. numero 7. uolum.primo,dixi infra Decisi.xi. numero 2. quia non præsumuntur in hac societate simplici,& particulari bona translata in socios,sed traditio requiritur,quòd sec᷒ esset
9 in societate † omnium bonorum leg. si quis societatem contraxerit.& gloss.in l.prima §.in societatẽ.ff.pro socio. & Ioan.Lup.in rubr.cap.per uestras.§.65.num 11.cart.128. de donatio.inter uirum,& uxor.

Et maximè apparente de uoluntate testatoris,quę fuit,ꝙ isti filii sui ista bona paterna diuisa tenerent, quo casu in dubio non pręsumitur cõmunio.d.bonorũ, sicut quãdo constat de contraria uoluntate testatoris,ꝙ in dubio ꝓsumitur cõmunio ꝓ ad-
10 implẽda mẽte defuncti,ut † cõsuluit Soci. 4.n.314.co.2.uo 4. faciũt notata ꝑ Menoc. cons.221.uo.2.quia tunc solũ dicitur societas uitæ cõtracta.Bal.ĩ l.fi.C. de collat.Pet. de Vbal.de duob.fratri.in 6.par.prin.q.17. nu.18.ubi extẽdit ad clericũ. & q.23 Crau. consi.312.nu.2.li.2.Dec.d.l.fi. Paris.d. cõsi. 100.n.37.ĩ 3.dub.& dixi inf.d.dec.xi.n 2.&
* ita fuisset Papię I V D I C A T V M *demõ

 strat

ſtat Crauet. d. conſ. 605. in fin. volum. 5. ex illo ſuo conſilio deciſiuo.

Ad ſecundum dubium. And. Magn. D. Alexāder & Gaſpar fratres teneant cōmunicare tot de bonis ſuis Magn. D. Camillo, vel eius hæredibus ſecundū æſtimationē hodiernā, vel tēporis, quo ſua bona ipſe dedit D. Corneliæ ſorori, & eius viro ꝓ dotibus ꝓmiſsis, & in teſtamēto paterno contentis. Et prima facie videbatur dicendū iſtos fratres teneri, & eſſe obligatos ad ſoluēdum duas partes ex trib⁹ librarū octo mille ſolutis nomine dotis cōmunis ſororis cū vſuris, & intereſſe, & ſic iuxta valorem dictorum bonorum datorum in dotē ꝓut ex nūc, nō vt ex tunc æſtimabūtur, aliàs ipſe D. Camillus pateretur dānum grande, & non conſequeretur intereſſe, & hoc, quia D. Camillus ſoluit debitum commune hæreditarium, vt patet numero 1. per tex. in l. ſi
11 † vnus ex ſocijs, rē cōem, §. ſi q̃s ex ſocijs, & ibi notat Bal. col. j. ff. pro ſocio vbi habetur, quod ſi ſocius de ſuo impenderit in communi negotio poterit petere vſuras, ſi illas pecunias acceperit ad vſuras, uel dederit, vbi etiā Odofred. ibi in §. ſi q̃d minus. cart. 94. & facit Menoch. cōſil. 12. nu. 20. verſ. & non obſtat. Tertiū. vol. i. & cōſil. 121. nu. 78. vol. 2. & tetigi infra Deciſi. 11. nu. 41.

Secundo per Rui. in conſ. 138. numero 1. vol. 4. ver. ſed potuit ſoluere, vbi dicit, quòd
12 frater ſoluendo dotem † pro ſorore potuit illam ſoluere tanquam de bonis hæreditariis, & illam deducere à cohæredibus tanquam ſoluerit æs alienum, ſcilicet hæreditariū, ſi potuit ſoluere de bonis hæreditariis, ergo de bonis aliis hæreditariis recipere debet, vt cōtrariorū eadem ſit diſciplina.

Tertio, quia quando aliquis ex re alterius fructus, vel commodum aut lucrum percipit, etiam quòd eſſet in bona fide, putans illam rem eſſe ſuam, debet omne iſtud quod eſt lucratus (deductis expenſis, & laboribus ſuis) reſtituere domino directo il
13 lius rei, ita Bal. in l. i. in † quæſt. 10. nu. 12. C. pro ſocio. Deci. conſil. 255. ſub num. 3. verſ. & quando omnia ſupradicta ceſſarēt. Menoch. conſil. 12. nu. 24. in fin. lib. 1. facit Rimin. Iun. conſi. 77. nu. 21. 22. vol. 2. Rota Genuæ Deci. 34. nu. 2. car. 110 vbi loquuntur ēt in mercantiis uenditis cū intereſſe, & tetigi ſupra. Deciſio. 27. nu. 24. 26. & 29. & deciſio. 28. numero 8. in prima art. & dixit Soci. in conſil. 162. colum. 6. verſ. & hanc rationem multum ponderat. vol. 2. car. 17. quod ſi frater habet principiū ex rebus hæreditariis æquitas ſuadet, q̃ lucrum omne inde proueniens frater fratri communicet, ſicut cum aliquid ex re ad te prouenit æquū eſt mihi reſtitui, & vide infra Deciſio. 11. num. 40. vnde cum iſti
14 fratres † tenerētur ſoluere vſuras Marito ſororis dotis promiſſæ propter onera matrimonii, vt tenebātur. cap ſalubriter. de vſur. & ibi Docto. Alex. conſil. 31. viſo themate. numero 3. & 4. uol. 6. latè Didac. uariar. reſolu. lib. 3. cap. 1. num. 8. uerſic. quarto hinc poterit. Pariſ. conſ. 60. uol. i. & Ant. de Fan. de Pignori. in 5. part. 5. memb. numero 15. & ſeq. cart. 407. & Mandoſi. ad Roma. conſ. 517. nu. 5. lit. M. & Alex. cōſ. 147. ꝓſpectis nu. 4. cōſ. 74. nu. 3. cōſ. 141. nu. 4. & 5. uol. 5. & dixi ſupra in Deciſi. 35. in i. par. & in Repert. Deciſionū. in uerbo. Maritus pro oneribus, car. 1080. in i. part. & iſte frater ſoluerit dotem ex bonis hæreditariis, & lucratus fuerit has uſuras, & damnum paſſus fuerit, quum eſt quod lucrum quod acquiſiuerunt alii fratres ex bonis. d. D. Camilli illud reſtituāt, uel damnum reſarciāt per ſupradicta & ꝑ Alex. cōſil. 30. ſub nu. 4 uerſ. & in terminis uol. 2.

Pro parte Illuſtriſsimæ D. Iſabellæ Lāpugnanæ hærede Illuſtr. D. Alexādri. dicebatur Magn. D. Alexādrū eius patrē nō teneri ad ſoluendū aliquod intereſſe, & damnū, neque ad reſtituendum tot bona iuſta ualorē temporis dotis ſolutæ, ſed ſolùm ad reſtituendum duas partes ex tribus librarum decem mille dotis promiſſæ, & ſolutæ per Mag. D. Camillum, quia iſti fratres ꝓmiſerunt libras decē mille pro dotibus, nō autem tot bona paterna, & quilibet erat obligatus pro parte ſua tertia, Adeo quòd ſoluendo tertiam partem pecuniarum dotis
15 † ꝓmiſſæ erat liberatus inſtit. q̃b. mod. toll. obliga. ubi ſolutione eius quod debetur omnis tollitur obligatio.

Et ſoluendo frater dictā dotē nomine ſuo, &
16 fratrū de bonis ſuis, uidetur † uoluiſſe breui manu mutuare dictas libras ſex mille ſexcētū aliis ſuis fratrib⁹, ut ſoluerēt dotes Marito ſororis aut ꝑmittere, & uelle, q̃ fratres dent tot de dictis bonis pro dicta eorum parte d. March. ad notata per Lambert. d. iur. patrona. in 4. Artic. quæſt. 10. ſub nu. 6. in fin. lib. i. car. 97. Natta. conſil. 363. ſub num. 22. ibi. Nam tunc breui manu. uol. 2. & ideo

2.& ideo solum ad pretium, & non ad rem æstimatam traditam tenentur, attento etiã quòd tunc temporis illa bona non ualebãt plus cum æstimatæ fuerint. iusta text. in l. res datæ æstimatæ l. plerũq;.ff.de iur. dot. l. si æstimatis.ff.sol.matri.Bal.consi. 124. uol. 5.Natta.consil.650.uol.4.sentit Paris.d. cõsi.110.nu.26.seq.uol.2.Rolan.cons.92.nume.14.vol.2.Nam uidemus, quòd si frater de pecuniis suis nomine ꝓprio,& fratrũ emit prædium,& illud possideat, quod ipsi fratres tenentur solùm ad pretium, & fra-
17 ter † tenetur partem prædii relaxare cum fructibus perceptis à die emptionis, ex eo, uidetur mutùasse dictam pecuniam suis fratribus, & breui manu ipsi d. nomine illam dedisse uenditori, ergo nihil frater mutuans debet lucrari de illis Denariis mutuatis, aliàs usura esset, ut per Anto.de Fan. de pignori.in 5.part.membr.primo,& sequentibus faciunt tradita per Franc.Mantica de coniectur.vltima.uolunta.cart.155. nume. 19.Lamberti.de iur.patrona.ubi supra sub d.nume.6.in fin.cart.97. & late per Roffred.in quæstio.Sabatina.35.lib. primo diuersorum.Bursat.consil.118.lib.primo. Simon de Pretis.cons.34.num.3.cart.59.Roland.consi.19.numero.34.& seq.uolu. 1. & consi.4.uol.2.ubi dicit alios confratres teneri ad interesse pretii non soluti, vti emptores, qui rem, & pretium possiderent, & sequitur Hiero.Gabri.cons.80.nu.3.car.90. quod tamen alii supra allegati non admittunt,& Didac.Vari.resolu.libr.1.c.3.& latè dixi in meo Tracta.de Tutore nu.254.uersiculo at si de suis pecuniis, cart.240. facit tex.in l.si fundum per fideicommissum. ff. de leg.1.& ibi Docto. vbi si aliquis uendit
18 † fundũ Titii ipso Titio presente, & consentiente, non potest Titius quid aliud petere à uenditore, nisi prætium, quo uendit. d.prædium.tetigi supra in Decisio. 33. nu. 11.13.& 17 in prima parte. Et ita in uxore, & fratre uendente bona sua nomine proprio mariti,& sororis loquitur.Bart. in cõsil.124.punctus quæstionis num.1.uolu. 1. Bal.in l fin.nu.12.C.de dot.promis. ubi dicunt attendi pretium receptum tempore rei uenditæ,& non petitionis,& idem Bal. in consi.30.qualiter,nu.1.uersi.Tamen est uidendum.uol.3.sentit Octauia. Pedemonta.Decisio.91.numero.3.car.346. Paris. d. consil.100.nu.26.seq.& num.37.& seq.uolum.2.tetigi supra Decisio.27.numero 71.

in prima part.& in Ratificante uenditionẽ de re sua ab alio factam, quod attendi debeat pretium ualoris rei, quòd ualebat tẽpore Ratificationis.consuluit nouissime Iacob.Berreta.in cons.50.num.12.cart.99. & est ratio, quia uendendo illa bona exierũt è manibus dicti uenditoris pro iusto pretio,& quo ad illum, non sunt amplius in rerũ natura,& pretium successit loco rei uenditæ,& sic nullum damnum passus est tunc temporis,& fuit debitum uoluntariũ & non necessarium; quia ipse non erat obligatus soluere pro aliis fratribus, nec pro illis poterat conueniri, capi, nec sua bona
19 sequestrari. † l.1 2.3.C.de hæredibus actio. Paul.de Castr.cons.24.uidendum est.uol. 1.& cons.358.nu.3.uol.2.Roma. cons. 488. vnde si uoluit se illorum nomine obligare, & soluere; potuit hoc facere,& fratres non erant ei obligati, sed quia gessit negotium utile pro aliis fratribus, potuit postea repetere quod soluit,& non interesse, & dam-
20 num † emergens, ac lucrũ cessans ante moram. Alex.cons 90.uiso processu.sub nu. 5. vers.Nã si ego,& fratres,uol.4.Rui.d.cons. 138.nu.1.uol 4 & per Doct.in l.quod te,& in l.uinũ.ff.si cert.peta.sentit Bal.in l. Tracta. de duob.fratribus num.28.uersi.quæro quãdo fratres. Et re extincta bona fide,& uolũtate Domini æstimatio quantiplurimi non
21 † habet locum, quia non recipit argumentum, neque diminutionem per ea quæ latæ dixi in meo Tract.de Tutor.car.215.nume.218.& per Bar.in l.eum qui. & ibi Apostilla.ff.de his quib.ut indig & solùm pretium uenit æstimandum à die Ratificationis fratrum,& solutionis eorum nomine factæ, per supradicta,& per Iacob.Berretta.d. consi 50.nu.12.Cum igitur isti fratres non fuerint interpellati. Et in mora soluendi
22 eorum partem pecuniarum. Et hoc † euenerit potius culpa,& negligentia D. Camilli, dicendum est non teneri ad aliquam usuram,& interesse, ac dãnũ, ut cõsiderat Paul. de Cast.in cõs.415.nu.2.ibi, quia negligentia ipsorum sociorum non petentium pecuniam perceperit uol.1.& per Docto.in d.l. uinum.& l.quod te.& tanto magis cum bona fuerint consignata pro iusto communi pretio, ut in simili loquitur perbellè Paris. d.cons.100.n.26.& seq.in 2. & 3.dub.uol.2.

Nec habẽt obstare supradicta in contrarium allegata, quia non procedunt in casu isto.Nã tex.d.l.si vnus.§.fi.ff.pro socio. lo-

23 quitur in duobus † socijs,& quando unus, necessario de suo impendit in causa societatis,at nos non sumus in socijs,sed in fratribus,& in solutione facta ex causa uoluntaria,& extra societatẽ,quia nõ tenebatur soluere debitum aliorum fratrum,&etiam loquitur tex.quando accepisset illas pecunias ad vsuram,vel dedisset alteri ad lucrũ, & pp illud debitum fuit coactus recipere,& soluere,ut ibi clarè dicit tex.cũ igitur non sint istæ qualitates in casu isto, nec ẽt illius dispositio dicitur habere locum,vt dixi supra decisio.43.numer.29.fol.602.

Nec ualet consequentia gessit negotiũ com-
24 mune,ergo dicitur inter eos contracta † societas, sicut quando duo unam rem emerũt,uel aliquis suo & alieno nomine emit, per text.in l.ut si pro socio, & l.sequen.ff. pro socio. Alexan.consi.40.prospectis nu.3. & 4.vol.2.& maxime in negotio particulari,& nõ omniũ bonorũ, p supradicta.n.9.

Similiter secundum fundamentum Rui.in d. consi.138.nu.1 non obstat,quia loquitur in
25 re indiuidua,&etiã loquitur † qñ soluit debitum hæreditariũ de suis pecunijs,quia dicit,ꝙ põt repetere,nõ aũt dicit,ꝙ si dedit bona immobilia, ꝙ possit petere tot bona immobilia alterius cohæredis diuisa,& separata,quia si hoc diceret malè sentiret p supradicta,& per Paris.d.consil.100.nume. 26.& seq.in 2.& 3.dubio vol. 2.

Ad tertium fundamentũ,respondetur,ꝙ isti fratres non habuerũt bona alterius fratris, sed pecuniã mutuatã,& ꝙ nihil lucrati sũt,
26 neque etiam † aliquam usurã,uel interesse soluere tenebantur marito eorum sororis nisi ipso uolente,ut per docto.in d.c.salubriter.de vsur.Roland.consil.100. nume. 72.uol.4.& damnũ aliquod emergens non est passus Mag.D.Camillus tpe solutionis, quia dedit bona æstimata,& p ualuta iusti pretij,Paris.d.consi.100.nu.26.seq.& nõ cõsideratũ,ꝙ si isti fratres dedissent pecunias mutuo acceptas,ꝙ emisset tot alia bona, q̃ in præsentiarum valerent multo plus,& sic quòd est passus damnum lucri cessantis,qa de hoc non apparet,nec isti fuerunt constituti in aliqua mora, nec iste creditor erat mercator, & ꝙ non consideratur etiam in
27 ter socios finita societate hoc † lucrũ cessans.Alex.in d.consi.30.sub nu.4. versic.& in terminis uol.2.Pau.de Cast.d.cons.415. nu.2.uol.1.cũ alijs supra allegatis.Menoch. cons.121.uol.2.& præcipuè cũ vsq; de anno 1550.mortuus fuerit iste Magnifi. D. Camillus,& hæredem instituerit. D. Mag.D. Alexandrum,cum onere restituendi ad tẽpus,& sub cõditione, quo casu redditus lucrum ac ualor auctus bonorum à dicto tẽ-
28 pore citra usq; in presentiarũ fuit † ipsius hr̃dis grauati,& ad eius beneficiũ considerat̃,l.si ita.§.pegasus.ff.de leg.2.& ibi Bal. & Ioan.Lup.in legib. Tauri.l.27.nu.80.car. 465.Paris.in d.cons.100.nu.39.& 40.vol.2. Bero.cons.108.nu.23.vol.1.& Anch.Regũ. q.51.num.10.lib.1.qui uidetur satis in proposito loq.q̃ oĩa ppendens Magn. D.Octa.
* assertus substitutꝰ se cõposuit* cũ hr̃de,& Illust.Comite S.Secundi de anno 1580 & si cupis latissimè uidere materiã societatis oĩum bonorũ,& rei particularis uide infra in sequẽti dec.11.ubi plura utilia gustabis.

# DE CONTRACTIBVS DECISIO XI.

## ARGVMENTVM.

Socij omnium bonorum tenentur communicare omnia undecunque prouenientia ex causa societatis,& extra,& sic bona aduentitia, lucra,hæreditates,legata,& fructus dotis, ac lucrum ex statuto,& etiam damna,& incommoda,& ipsorum filiorum,nulla habita consideratione maioritatis familiæ,& expensarum, siue sint nobiles,siue artifices,siue rustici,secus in societate particulari,& singulari,ac limitata.

Societas omnium bonorum quando dicitur contracta,& quando particularis,& limitata hic latè discutitur,& notat Ioseph Ludoui.commu.conclusio.q.53.cart. 120.

Diuisio post decem annos,& ultra præsumitur,quando fratres stant separati,& possidẽt bona pro diuiso pacificè,& quietè.

Frater,qui dedit bona stabilia sua pro dote sorori suæ, & eius marito nomine suo, & fratrum,non potest repetere nisi pretium ad ratam,& non quantitatem bonorũ,nec æstimationem quanti plurimi, nisi data mora.

SVMMARIVM.

1 Societas omnium bonorum contrahitur cũ omni genere personarum, cum quibus potest haberi commercium, nu. 5.

Societas omnium bonorum quando dicatur inita, & renouata, & quib. modis contrahitur vide nu. 1.

2 Societas particularis, & uita, qua dicatur.

3 Societas omnium bonorum in dubio non præsumitur, & ei qui dicit eam esse contractam incumbit onus probandi.

Societas finitur per decoctionem, & cessionem bonorum unius. nu. 3.

4 Societas potest contrahi in omnibus bonis, in re particulari, in una re tantum, in fructibus, & in bonis mobilibus & pro uno anno, & pluribus.

5 Societas omnium bonorum, & in re particulari potest contrahi etiam cum fœminis.

Fœmina potest contrahere societatem cum masculo tam uniuersalem omnium bonorum, quam rei particularis. nu 5.

Vxor potest contrahere societatem cum marito suo. nu. 5

6 Bona suppellectilia, massaritia, mobilia, & uestes sociorum. & filiorum, ac usorum quomodo debent diuidi inter fratres, & socios, & quomodo debent æstimari, uide nu. 7.

Vestes, & panni sociorum filiorum, & mulierũ quomodo debent diuidi, & æstimari tempore diuisionis. uide nu 6. & 7.

8 Fructus, & redditus sociorum, & fratrum, qui stant in communione, quomodo debent inter ipsos, & eorum filios, & uxores diuidi, hic distinctè notatur. nu. 9.

9 Boues in societate, & communione fratrum, et nepotum debent in diuisione habere suam partem fructuum pro laborerio.

Semen dicitur pars fundi, et appellatur (in Lõbardia) subuẽtio, et scorta, et in primis, et ante omnia deducitur, et postea de residuo fructuum fit diuisio nu 8.

Vsufructuarius an debeat habere frumentũ ad seminandum, et an semen sit vsufructuarij, uel proprietarij. nu. 8.

10 Fœminæ an debeant habere partem fructuũ recolligendorum, uel collectorum in diuisione fratrum, et sociorum. nu. 9.

11 Filius impuber, et puber an debeat habere partem fructuum in diuisione fienda inter fratres socios.

12 Bona stabilia, et immobilia, quomodo diuidi debeant inter fratres, & socios communes, & an filij, & fœminæ ipsorum aliquid de acquisitis habere debeant num. 13.

13 Expensæ magnæ, & paruæ plus in uno socio, quàm in alio, nec maior numerus filiorum, & familię consideratur in societate omniũ bonorum, nec restituitur in diuisione.

Bona empta ab vno ex socijs omnium bonorũ clãdestine nomine proprio alijs ignorantib. debent in diuisione poni in communione, secus si publicè emerit, aut scientibus alijs socijs, & non reclamantibus nume. 12. 38. 40.

14 Filij in vita patris, si sunt in potestate patris, & sub eius gubernio nihil consequi possunt de acquisitis viuo patre, nec in diuisione inter ipsos aliqua debet haberi ratio laborerij ipsorum num. 15.

Filius tenetur obedire patri, & nihil de labore debet consequi nisi sit conuentum, sed tantum victum, & vestitum. nu. 14.

15 Frater non tenetur computare in suam partem expẽsas factas in vita patris, & condemnatione solutas.

36 † uiuente patre, & etiam mortuo patre tenetur aliis confratribus reddere rationem illius administrationis, si pater illum non quietauit in uita, aut in testamento. Roma. cons. 128. nu. 3. & ibi Mandos. & in cons. 414. Petr. Gherar. singula. 84. executor. Roland. cons. 49. nume. 12. uol. 1. Soc. cons. 192. numero 5. uol. 2. Cephal. consi. 363. uol. 3. Grat. cons. 135. cons. 23. nu. 7. & seq. uol. 1. Ioan. de Amic. cons. 80. latè Martianesi. consilio 2. uol. 1. responsorum diuersorum. car. 31. num. 58. & seq. Tob. Noni. cons. 63. Bald. cons. 152. ad euidentiam uol. 3. Angel. de Gambilio. consilio 43.

Federic.

Federic.Scot.conſ.9.nu.9.& ſeq.lib.5.uol. 2.car.339.Hippolit.Singula.493.Menoc. de arbitris.iudi.caſu.209. car.291. Crot. conſilio 152.numero 41.conſilio 180.numero 22.conſ.222.nu.14.& ſeq.vol.2.Ari. Pinel.in l.1.in 2.par.nu.39.uerſ.quod aũt. C.de bonis mater.car.200. Alex. conſilio 110.uol.3. Deci. conſilio 110.conſi. 255. numero 1.& conſiliũ 464. Et Rube. Alex. conſ.151.cum aliis ommiſſis, quod proce-

37 dit etiam † in minore adminiſtrante in eo tamẽ, in quo fuit factus locupletior, & non in alio vt per Areti.conſ.81.col.2.Ancharan.conſ.5.Deci.in l.certi conditio.§. quoniam.ff.ſi cer.pet.& Rebuf.in ſuis cõmentis.Tit.de Reſtitu.artic.2. glo.4.nu.8. uel ſi fecit ſe maiorem, ut dixi in tract.de tutore.nu.6.car.5.

Et ideo ſi in iſta ratione reddenda appareret iſtum fratrem, & adminiſtratorẽ de pecunijs iſtius adminiſtrationis bona aliqua emiſſe nomine proprio, ſi adminiſtrans erit ſocius omniũ bonorũ, & alii cõſocii ignorauerint huiuſmodi emptiones

38 nomine proprio, † erit obligatus talis adminiſtrator emptor ponere talia bona ſic empta in communione uniuerſali bonorũ, ac ſi emiſſet nomine ſocietatis, vt dixi ſupra nu.12.tex.in l ſi quis ſocietatẽ contraxerit.ff.pro ſocio, Alex. conſ.49.nu.12. & ſeq.uol.1.conſ.37.nu.10.& 11.uol.4.Soc. conſilio 162.col.6. uerſ.& hanc rationem, vol.2.Crot.conſilio 222.numero 11.& ſequen.uol.2.Deci.conſi.255.ſub nu.1 & 2. Rui.conſ.11.nu.6.uol.1 Pau.de Caſt. conſilio 349.ex die col.2.volumine 1.Rim.iun. conſi.280.nu.30.& ſeq uol.3.& ſi iſte emptor alteri uendiderit, antequam cõſocii

39 petierint dicta † bona cõmunicari, erit tutus emptor, & cõtra vẽdentem conſocii ſolùm poterunt agere actione perſonali ad pretiũ.& intereſſe.Alex.conſ.152.nu.5. vol.7.Ioſeph.Ludo.Cum.concl.q.53.car. 123.col.2.Si uerò alii conſocii omniũ bonorum ſciuerint huiuſmodi emptiones, & tacuerint, uel publicè emerit adeo, ꝙ ueroſimiliter ſcire potuerint, tunc dicta

40 bona erunt ipſius † emptoris, & ſolum pretium pro rata erit reſtituendum.Craue.conſ.26.nu.3 & 9.conſ.123.num.7. & ſeq Grat.d.conſilio 118 numero 21.& 22. & conſilio 128.num.14 uol.1. Alex conſ. 78.numero 2.uol.2.conſilio 49.num.13. uol.1.conſilio 137.numero 2.uol.5. ſi verò iſte adminiſtrator, filius aut ſocius, erit adminiſtrator, & ſocius particularis rei, & non omnium bonorum ſocius, tunc bo

41 na empta ab eo † nomine proprio erunt ſua, & pretium ſocietatis, & domini erit tantum reſtituendũ, vt dicunt ſupra nominati Doctores.Alex.conſ.152.nu.14.uol. 7.conſ.23.nu.5.& 6.uol.4.Burſa.conſ.172. numero 5. uol.2.car.195. Pariſ.conſi.86. nu.10.& 11.& 17 uol.1.Marti.Laud.conſi. 34.nu 9 latè Ioſeph.Ludo.commu.concl. quæſt.53.car.122.col.4. & ſeq. verſ. in ſocietate uero, ubi ſub uerſ. ſed tamen magis communis, dicit quòd ille, qui emit de pecunia ſocietatis tenetur ad reſtitutionẽ pretii, & ad intereſſe, & vſuram dictarum pecuniarum in odium fraudis, & clandeſtinitatis, & tetigi ſupra deciſ. 10.& 12. & quando eſt ſocietas omnium bonorum,

42 priuilegium † uni conceſſum, & exẽptio videtur ẽt prodeſſe aliis. Ioſeph. Ludo.d. q.53.car.124.col.4. uerſ. hinc etiam ſeptimo infertur.Hippoli.ſingula.501.tritum eſt.Vnde hæc omnia ita diſcuſſa, & declarata, uiſum fuit Illuſtriſſimo Comiti Sancti Secundi Domini mei fuiſſe iuridica, &

* ita EXECVTVM * de anno 1576.

Et quando fratres per annos decem, & ultra ſtãt ſeparati, & uiuunt ſeparatim, & quilibet de per ſe poſſidet bona paterna, & alia bona, ẽt ꝙ unus poſſideret bona aliqua emphiteotica, aut alicui oneri, & ſeruituti ſubiecta, præſumitur inter eos fa-

43 cta diuiſio † de dictis bonis eo modo, quo apud ipſos reperiũtur, & alter non poteſt reuanghare petendo diuiſionẽ, niſi remedio l.2.C.de reſcind. uẽd.aut de euictione, tanto magis quando cucurrerũt triginta anni, ut habetur per glo.cõmuniter approbatum in l.pen.& ibi Pau. de Caſt.nu. 2.C.communi diuid. Soc. conſ. 164. viſa bulla, col.pen.verſ. & hoc maximè. uol.2. Bar.in l.cũm de in rem uerſo.ff.de uſur.ſequitur Pau.de Caſt.conſilio 226. numero 2.uol.2.late tradit Iaſ. in conſilio 128.numero 2.uol.1.Soc. conſilio 165.ad finem, volum.2.late Cepha.conſi.396.vol 3.car. 516.Corn.conſilio 90.col.3 uolumine 1. Ruin.conſ.26.nu.2.uol.4. & conſilio 117. ſub num.25.uol.3. Ioan Anto. Trigo. in ſingula.123.qui ponit etiam limitationes, vt facit etiam Balb. de præſcriptio. in 2. par.3.par.prin. quæſt.10.numero 45.car. 40.Aemilia.conſ.58.numero 24 car.130.

Quia diuisio habet uim permutationis, 44 † emptionis, & vēditionis, & causat effectus, vt quis teneatur de euictione, & læsione, & possit ex tali titulo pscribere, vt l. cum pater. § hæreditatē. ff. de leg. 2. l. 1. & l. fratres. C. communia. vtriusq. iudi. tradit Cor. consi. 105. lit. A. & in cons. 278. lit. M. & in cons. 218. lit. M. vol. 4. Marc. Mantua. singula. 280. tres fratres. tradit Ioan. Crot. in l. qui Romę. §. duo fratres. in princip. ff. de uerb. oblig. & Deci. consilio 267. num. 5. Petr. de Vbal. de duob. fratrib. in 8. par. numero 23. vers. 22. quæro car. 90. faciunt quæ dixi. in Deci. 28. nu. 4. & 6. & in decis. 36. nu. 33. in prima par. prædicta tamen non procederent, quando de diuisione non facta appareret, q. a † præsumptio 45 cederet ueritati. ita Bald. in cons. 396. & cons. 488 in 1. par. Decis. cons 400. nu. 8. & Crau. cons 35. nu. 6 & tali casu non posset agere iudicio communi diuidundo, & sic diuisorio, quia non possidenti non competit iudicium communi diuidundo, l. fundi, in fi ff. de exceptio. l. 1. & ibi glo. ff. famil. hercisc. & notatur in l. 2. C. communi diuidund. tradit Pau. de Cast. in cons. 179. sub numero 6. in prima par. Et uide quæ supra dixi, in decis. 18. numero 2. & 3. in prima par. Et cum iste casus euenisset in terra plebe Capitaneatus Castilioni terçerij, IVDICATVM * fuit ad fauorem Ioannis Sancti de anno 1561. per ueridicum excellentissimum suę ætatis nemini secundum iurisconsultum D. Marcum Asinium Aduocatum Florentinum, sub his uerbis.

Refero dictis Magnifico D. Capitaneo & spectabilibus quinque bonis uiris Iudicibus huius causæ appellationis seu reductionis à iure quærentibus, quæ futuræ sint eorum partes in iudicando in ea; partes eorum esse in corrigendo, & reformādo, dictū laudum, absoluendo dictū Ioannem a petitis, (& sic a diuisione fienda) p Lucam eius fratrem, absoluendo etiam dictum Lucam ab expensis.

Verùm quia sępe isti fratres (factis diuisionibus a patre eorum in testamento, uel inter uiuos, aut ab ipsis fratribus, & nepotibus) solent stare, & remanere in eadem domo, & uiuere ad unam mensam, & communicare introitus, & fructus, per quę nō intelligitur renouata societas omniū bonorum, nisi in communicatis, nam limitata causa limitatum producit effectum, & dicitur inita societas domus, & fructuū ac uitæ, ut dixi, supra numero secundo, & Ioseph. Ludouic. commun. conclusio. quęstio. 53. car. 12. & per totum ubi latissime loquitur de societate omniū bonorum, & rerum particularium tantùm, & Paris. consilio 92. numero 28. & 30. uolumine primo, & dum stant simul ad unam mensam, aliquis ipsorum solet soluere dotem sororis, & dare tot de bonis suis stabilibus, & immobilibus nomine suo, & fratrum secundum æstimationem, & ualorem illius temporis. Deinde post decem, uiginti, aut triginta annos dū separatim, & diuisim uiuere, & stare incipiunt, ille, qui dedit bona sua immobilia pro dote sororis petit ab alijs fratribus sibi assignari tot de bonis stabilibus eorum ad æstimationem, & ualutam illius temporis, quo ipse sua bona dedit pro ipsis sorori in dote, & ipsi negant teneri ad dandum dicta bona, nec illorum æstimationem, sed tantùm teneri ad pretium, & æstimationem factam, & exbursatū dictæ sorori, aut eius marito tēpore illius solutionis, cùm ipse frater soluit pro illis debitum eorum, & ipsi uidentur soluisse mediante persona sui fratris, qui breui manu mutuādo ipsis dictas pecunias uidetur illis dedisse, & ipsi soluisse dictæ sorori, aut eius marito, & 46 ideo solùm ad † pretium pro eorum rata teneri dicendum est adnotata per Lambert. de iure patron. in 4. artic. quęstio. 10. sub numero 6. in fi. lib. 1. car. 97. Natta consilio 363. sub numero 22. ibi; Nam tunc breui manu. uolumine secundo, & sentit bene Paris. in consilio 100. numero 26. & sequen. uol. 2. Rolan. consilio 92. numero 13. uolumine secundo, & facit tex. in l si fundum, per fideicommissum. ff. de lega. primo, & ibi Docto. ubi si aliquis uendit fundum Titij ipso Titio pręsente, & consentiente, non potest Titius quid aliud petere a uenditore, nisi pretium, quo uendidit d. prędium, ita in casu isto iste frater nomine fratrum dedit suum prædium sorori pro dote, & sic ipsi fratres uidentur dedisse præsente dicto fratre, & consentiente, ergo nil aliud petere pōt quàm ratam pretij prædij dati in insolutum sorori pro dote, ut sentit etiam Bar. in consilio 124. punctus quęstionis; numero 1. uol. 1. Et Bald. in l. fi. numero 12. C. de dot. promis.

promiss. vbi dicunt attendi debere pretiũ receptum tempore rei venditæ,& non petitionis,& idem Bal.in cons.30.Qualiter. nu.1. vers.tamen est uidendum.uol.3. & Paris.d.cons.100.nu.26.& seq. & nu.37.& seq vol.secundo, & non est dubium, quòd iste frater,qui dedit sua prædia sorori pro dote nomine suo,& fratrum,videtur ipse ratificasse illud insolutum, & quod fuit præsens, & consentiens, posteaquam est ipsemet, qui dedit, vt patet sensui,& notat Menoch.consilio 222. numero 46. & sequen.volumine 3. ergo tempus quo dedit dotem debet attendi quo ad æstimationem,& restitutionem pretii, cùm uidetur mutuasse in isto actu alijs confratribus partem pretij dictorum bonorum, & illi fratres mediante persona sui fratris soluisse dictæ eorum sorori,& marito, & ideo solum ad restitutionem dicti pretii tenentur alii consocii; per supradicta, & per Iacob.Berret.consilio 50.numero 12. car.99. præcipue cùm non sint isti fratres interpellati, & constituti in mora, sine
47 † qua non datur interesse, & vsura, vt considerat Pau.de Cast consilio 413 nu. secundo ibi, quia negligentia ipsorum sociorum non petentium pecuniam perceperit.vol. primo.& Paris. d. consilio 100. numero 26.& sequen.in 2.& 3.dubio uolumine secundo, & Menoch.consilio 121. numero 107.& seq.lib.2.& Ioseph.Ludo. d.quæstio.153.cart.130. columna 3. versicul. nec patruus,in fi. & supra, in decis. decima.nume. 20.21.& 22.Sed quoniam in præcedenti decisione decima latius hũc articulum tetigi,& declaraui,ideo poteris etiam ibi alia multa uidere ad corroborationem prædictarum,tanquam casus practicabilis,& qui sæpe contingit. Aduertendo tamen ad unum his nostris temporibus a modernis non consideratum, quòd si non fuerunt omnes Doctores allegati, non potest iuridicè Modernus scriptor redarguere scribentem, quòd illos non uidit, quia hodie est tanta copia scriptorũ, quòd sufficit aliquos disputantes,& bene tangentes conclusionem allegare,aliàs oporteret totam chartam in allegationibus occupare. Nam Doctoribus, qui cursim aliquid tangunt,& non disputant, nec distinguunt conclusionem,non est ad
48 modum † fides danda, nec faciunt numerum, quia sunt vt aues, quæ quando una volat omnes aliæ sequuntur, & ut oues, quia una præcedit, & aliæ sequuntur, ita dicit Hiero. Gabr. consilio 93. numero 1. Menoch. consilio 51. numero 13. uolu.1. Purpurat.consilio 396.numero 10.uol.1. dixi in tracta. de vsufru. sub numero 77. car.415.& supra in decis.41. numero 29.in prima par. Et plus valet vnus Doctor, qui disputat ad partes conclusionem, quàm decem, qui cursim sequuntur Doctorem aliquem dictam illam conclusionem tangentem incidenter,per supradicta,& sentit Paris.cõs.47.nu.93 uol.3.& Sylua, Nuptial.car. 501. nu.72. lib. 5. ideo consului apud Mediolanum, & in foro meo Fiuizanense debere attendi in statuto de Lucro dotis, statutum quod uigebat tempo-
49 re contracti matrimonii, & non † quod vigebat tempore soluti matrimonii,casu quo domicilium mutaretur a uiro,vel statutum primũ abrogaretur,vel esset mortuum tempore soluti matrimonii, quia Doctores sequentes Bar.in l.omnes populi,nu.47.uers ecce alia dicit statutum.ff.de iust.& iur.qui uoluit attendi statutum nouum,quod uigebat tẽpore soluti matrimonii,loquuntur dubitatiuè,irresolutè,cursim,& non disputant articulũ præter Bal. in cons 477. punctus quæstionis, num.4. vol.4.Pau.de Cast.consili 193.in fi.vol.1.& Cephal.consilio 644. volumine 5. Sed alij tenentes attendi debere statutum contracti matrimonij, & primi domicilii super facto tempore primi statuti,& legis abrogatæ, aut primi domicilii loquuntur magis ex professo,& disputant articulum ad partem,& concludunt pro statuto, & domicilio primo,ut disputat,& cõcludit Fel. cons.1.nu.12.& ibi Phil.Franc & Teodulphus Ferrariensis,col.fi.uers. quia quanquam lex abrogata, ubi se subscripserunt d.cons.Rim.iun.cons.491.uol.4.car.156.latè Phanuci.de lucro dot.glo.10.n 79.uers. vltimo loco car.483.& latissimè omnium. Menoch.cons.240.uol.3.car.184.vbi respõdet omnibus cõtrariis, & in domicilio mutato loquitur Rol. de lucr.dot. q.21. Phanuci.de lucr.dot.glo.9.nu.14. car.388.ubi adducunt bonas rationes facientes ad statutum primum,& mortuum postea tẽpore contractus matrimonij,sequitur Roderic.Soarez.in tit.de las Ganancias,nu.42. & 43 uers.unde infert, car. 386.& esse magis communẽ dicit Michael. de Graf. Re-

p̄ceptarũ ſent. in §.ſucceſſio ab inteſt.n.6. car.614.& pro ſingulari refert Fran.Cremen.ſing.88.Scholaris, ubi dicit ita fuiſſe IVDICATVM, *& etiam ita fuit IVDICATVM* Mediolani per Excellentiſſimum Senatum de anno 1579. vt dixi ſupra in Reper.Deciſionũ,in uerbo lucrum,car.1072.& bene faciunt(omnino uidenda)adducta per Bar.Brixien.in quæſtionibus ſuis uenetiis, q.22.incipiẽ. Eſto,quòd car.150.libr.1. diuerſorum, & Cantiuncul. in conſ.16. nu.231.232. car. 270. vbi oſtendunt debere attendi tẽpus datæ ſententiæ,& contractus,& non purificatæ conditionis,& corroboratur urgenti,ac meo iudicio ineuitabili ratione, quia cùm taciti, & expreſſi idem ſit iudicium,

50 ubi diuerſa non † datur. ratio uulgatis iuribus, & ideo qui non poteſt expreſsè aliquid facere,id neque poteſt tacitè,& qui non poteſt ſine quibuſdam ſolemnitatibus contrahere, neque etiam ſine illis poteſt tacite,Bal.in l.ſi patruus.ſub num.13. C.commu.utriuſque iudici. Rom.conſil. 314.ſub num.1.& 2.& Cur.iun.conſ.189. num.22.& 23.uol.3. car.7. & cum omnes Doctores etiam tenentes attendi debere ſtatutum, quod vigebat tempore ſoluti matrimonij,dicant, quòd ſi in obligatione, & receptione dotis ſit dictum, quod promittit dotem reſtituere ſecundum diſpoſitionem iuris,& ſtatutorum,omnino debere attendi abſque controuerſia ſtatutum quod uigebat tempore contractus matrimonij, idem dicendum eſt quando tacitè hoc intellexerunt, & conuenerunt per ſupradicta, ſed quando contrahitur matrimonium ſimpliciter abſque mẽtione ſtatuti cenſetur inter partes conuentũ

51 de lucranda † dote, ſecundum mentem ſtatuti domicilij uiri, Docto.omnes in l. exigere dotem,ff.de iudic.vbi Cagno.Nã contrahentes cenſentur ſe conformare

52 cum diſpoſitione †. ſtatuti de materia loquentis, & ab illo ſtatuto recipiunt interpretationem, & formam. Alex.conſil. 133.col.2.vol.5.conſ.54.ſub nu.22. vol.2. Bar.in l.iuſiuran.§.1.col.1.in fi.de ope.liber.Rube.conſ.70.Bar.Pau.& Ale.in l.hęredes mei § cum ita.ff.ad Treb. Apoſtill. ad Anch.conſ 440.col.fi.lit.A.Neuiz.cõſi.33 ſub nu.8.Rim.iun.conſ.47.nu.20.uolu.1.& in propoſito,Rol.de luc.dot.q.37. per tot.& nu.8.car.120,ergo idẽ eſt,ac ſi fuiſſet hoc expreſsè dictum per ſupradicta,& ſic uides benigne Lector,quod hæc ẽ magis uera,cõis, æqua, & realis opinio, quia contrahentes nunquam cogitarunt de noua lege, & nouo domicilio a principio contractus matrimonii, & omnino a bonis,& reſolutis iudicibus ſequenda,ut uidemus ſequi,& dato,quod aliquis iudex iuuenis,uel captioſus,aut delicatus titubaret,& remaneret confuſus per tot hinc inde auctoritates,tamen inuitis dentib.dẽt

52 aliqd dare huic primo ſtatuto,& ſic † medietatẽ p̄p dubiũ,ut dicunt grauiores illi Doctores,quos adduxi in deciſ.42. n.58. car.586.& in Reper.Deciſionũ in uerbo, iudex in re dubia.car.1007.col.1.ubi infinitos allegaui.quæ ſunt notanda,& menti tenenda in foro noſtro Fiuiaanenſe, ubi ſtatutũ debet confirmari ab approbatoribus Florentinis ſingulo quinquennio ſoluendo unũ ſcutũ pro ſingulo anno,aliter non ualeant,nec obſeruari debeãt,& hac de cã aliquando approbatores apponunt clauſulam,qualiter approbant & cõfirmãt dicta ſtatuta a die quo cæperunt mori,& ſic retrotrahunt a principio mortis approbationem & confirmationẽ, ut conſequãtur præmium t̄pis mortui,& uacati,quia nolunt perdere illud lucrum, quæ clauſula nihil præiudicat tertio,cui fuit ius q̃ſitũ medio illo t̄pe,licèt eſſet ius in ſpe,& iam delatum,& nondum mouiſſet iudiciũ ſuper eo,cùm habeat tempus 30 annorũ

53 ad adeundam † hæreditatem, ſi eſt extraneus, ſi de deſcendentibus nonaginta ex capite unde liberi,unde agnati,& unde cognati in hæreditate paterna, & in hæreditate materna 60 annos.ſ.ex capite unde liberi,& unde legitimi,l.3.§.ſi ff.unde legit.Alex.conſ.89.nu.5.6.uol.2.Soc.iun. conſ.19.nu.12.uol.2.conſ.14. uol.3. nu.6. ſeq.Cag.in l.emancipati.nu.128.C.de collã.car.234.Balb.de præſcr.in 4 par. 4.partis prin.q.19.car.114.nu.5.Rode.Soarez de las Herentias.nu.43.44.47.& ſeq.cart. 905.& Boer.deciſ.33.nu.17.& ſeq. & nu. 21.Rom.conſi.71.nu.3.& ibi Mandoſi. & uide Tob.Noni.conſ.26.nu.15.& ſeq. car. 53.conſ.27.nu.21.& 22. Soc.iun.cõſi.14. nu.10.& 11.uol.3.conſ.19.n.11.& 12.uolu.2.ubi ſi ſunt plures hęredes in pari gradu,& unus adiuerit ex capite unde liberi præfertur alijs ex aliis capitibus. Nam tales approbatores non cenſentur habere pri-

priuilegium, & authoritatem apponendi
54 huiusmodi clausulam, † quòd incipiunt ualere a die mortis in præiudicium iuris quæsiti tertio, & nisi sit facta mentio de præiudicio tertij,& iuris quæsito, & ideo quo ad tertium non ualet talis approbatio,nisi ut ex nunc non ut ex tunc,propter dictam clausulam (aliter non ualeant,nec obseruari debeant) quæ habet uim decreti irritantis,& multum operatur, Alphon. Mendoza. Hispan.in trac.de compatib. & incompatibili benefi.c.10.nu.5.& seq.car. 16.col.3 in 1.par. Lamber. de iure patro. art.12.q 6.prin.2.par.lib.2.nu.4.car.170. & dixi in Repert. Decisionum, in uerbo, clausula decreti,car 896.col.1.&in proposito. Paris.cons 19 num.15.uol.1.sed solùm ualet, quo ad ipsos contrahentes, & sic quo ad communitatem Fiuizani,& ipsos approbatores; ita in proposito consuluit Alex.cons.199.nu.7 uol.6.& Crau.consi. 103.nu.23.Hiero.de Mon.q.27.n.19.seq. car.110. Nam confirmatio quibuscunque uerbis prægnantibus, & generalibus nunquam retrotrahitur ad præiudicium tertii,nec contra ius quæsitum alteri,licèt ille tertius,illud ius quęsitum non petierit in iudicio,quia per hoc non infertur,qn dicatur ius delatum, & quæsitum, & res non dicatur amplius integra,& potest qñcunque intra triginta annos petere,ut supra d.xi.Bal.de statutis, in uerbo, confirmare,uersic.aut tempore confirmationis poterat actus geri.car.85. Alexã.cons.41. sub nu.11.vol.5.Phanuci de lucr.dot. glo. 11.nu.5.in fi.& nu.6.car.497.Io.Cro.in d. l.omnes populi in 5.q.princi.ff. de iust.& iur.in 9.concl.& hoc procedit,siue sumus in rescriptis, siue in contractibus,siue in
55 † statutis,siue in constitutionibus,siue in lege, quia eadem militat ratio in omnibus,quo ad præiudicium tertij,ut dixi in meo tract.de usuf.mulier.reli. nu.253.& 254.car.803 uers quia non retrotrahitur talis confirmatio,& in Reper Decisionum, in uerbo,lucrum,car.1072.col.2.uersi.secus uerò in successione hæreditaria,Bald. consi 443 primo statuto,nu.2.uolu. 2.Signoro.consi.64 nu.7.Tiraq.de retrac.§.1. gl.190.nu.68.Rol.consil.63.nu.52.uol 4. pulchrè Mat.Vesembeci.Oltram.cons.5. nu.38.& seq.col.254.Decian.consi.11.nu. 85.uol.1.consi 76.nu.7.& 8. uol.2. sentit Dec.consi.97.nu.4.& 5.Purpu.consi.367. nu.12.uol 1.car.344.Alex.d.consi.101.nume.3.4.uolu.1.faciunt adducta per Paul. de Cast.in consi.256.uol.2. ubi ad bene esse,& ad commodum cameræ fit ista retrotractio,& in iure delato,& nondum petito loquitur. Bar.in d.l.omnes populi.nu. 42.& ibi Alex.in addi.sub nu.36. lit.G. & sub nu.40.lit.E.ff.de iust.& iur. Tobi.Noni.insti.de testa.sub nu.46.& nu.47. cart. 14.& Alex in addi.ad Bar.in l.Gallus. §.& quid si tantum,sub nu 14 ff.de lib. & posthu.Calcane.consi.7.num.36.& seq.Hippo.Rim.consi 23.num.169 & 170 uolu.1. pulchre Claud.Cantiuncul.d.consi.16.nu. 231.& seq.car.270. ubi etiam si facta fuisset a Principe,non censeretur facta ad derogationem iuris tertio quæsiti,si de illo præiudicii tertii non fecisset expressam mentionem in confirmatione,nam semper
56 in el igitur † clausula sine præiudicio iuris tertii quæsiti,ut tradit Soc.in cõsi.164.uisa bulla col.5. uersi sed ad hanc obiectionem,uol.2. Alex.consi 104. uol. 4.late Dec.in c.super eo.de off.iud.deleg. etiam quod fuisset facta cum clausula ex certa scientia, non obstantibus, & motu proprio,nam potius intelligeretur circũuentus, & multis negotiis occupatus hoc fecisse, quã uoluisse prędiudicare iuri tertio quæsito,ut ibi dicit Dec.& in cap.tua, sub nu.7.de confir.util uel inutil.Martin. Laud.in consi.29 & ibi addi. n 50. & seq. car.109.Paris.cons.20.nu 24.uol.1.& nu. seq.Dec.consi.468.& Villalob. commun. op.in uerbo,confirmare. Alex. cons.112. nu.15.& 16.uol.4.Gozad.cons.62.sub nu. 15.Ias.cons.139 uol.1.cons.213.n.5.uol.2. cons.24.n.5.uol. 3. & pro singulari tradit Hippo.sing.440. Princeps,immo quando uellet auferre ius tertio deberet ei alio
57 in loco dare † scambium, & alterũ tantum, quando ius quæsitum esset per uiã contractus,ut est in casu isto, vbi mediantibus capitulis statuta debent confirmari, qñ sunt mortua,aliter nõ ualeãt, nec obseruari debeant & in locũ illorũ seruãtur statuta Floren.ut dixi supra, & in statuto de usufr.nu.253.car.803. Rom.cons.298. Goza.consi.62.nu.18.19. Mising.Centu. 3.obser.6.dixi sup. in decis.4.n.17.& seq. car.85. Belloo.cons.39. nu.7. Maineri.in l. nemo potest,nu.125 ff.de reg.iur.latè Ale.cõs.206.uol.2.& cũ nõ procedat,nec ꝑsumatur in principe uelle ꝑ dictam confirma-

firmationem præiudicate iuri tertio q̄si- to, multo minus ualebit in suo officiali, 58 & delegato; ne magis ualeat copia, † q̄ originale adnotata per Crau. conf.6. nu. 67.lib.1.Purp.conf.154.nu.5.& seq.volu. 1.car.158.tetigi supra decis.1.nu.47. car. 22. & præcipuè hoc procederet in foro Fiuizanense, & statu Serenissimi Magni Ducis Etruriæ Domini mei iustissimi, uir tute legis conditæ, super rescriptis; & litteris, ac Decretis; quæ disponit; quòd nun quam intelligatur derogatum iuri acqui sito alicuius, dum dicit, quòd eius rescripta, & litteræ, & decreta eius Magistratuū non valeant, nec attendi debeant quatenus sint contra leges, statuta, ordinamenta, & consuetudines ciuitatis, comitatus, & Dominij Florentini, ac etiam uirtute capitulorum communitatis Fiuizani initorum cum excelsa tunc temporis Republica Florentina, c. 13.14.15. ubi disponitur, quòd statuta debeant singulo quinquennio confirmari, & approbari, aliter non valeant, nec obseruari debeant, & in defectum statutorum Fiuizani obseruari debeant statuta Florentina, ut dixi etiam in tract. de tuto. sub nu. 48. uers. iuridicam esse, car. 90. nec illi datur auctoritas retrotrahendi confirmationem. At ista con firmatio esset facta contra leges, & statuta, ut supra demonstraui, ergo nihil potuit, & potest operari, nec ostendi, quo ad præiudicium tertij, & per Cur. iun. consi. 349.nu.9.& nu.19.& seq. uol.3. Bald. conf. 209. potestas vol.5. Alex. conf.101. num 3. uol.1.& Goza.conf.62.nu.14. tetigi in Re- perto. decis.11. in uerbo; consuetudo. non potest induci. cart. 911. & ita semper fuit * IVDICATVM * in foro Fiuizanense, & Florentiæ, quando casus statuti mortui occurrit, & si casus fortuito aliqua sen tentia fuisset in contrarium lata, statim fuit reuocata, vt dixi supra in Repert. Decisionum, in d. uerbo lucrum. car. 108. col. 1. & ita consuluit milies uenerandus pater meus Carolus, & de anno 1561. ad fauorem D. Pasquini, detto il Marchese de Fiuizano, cui se subscripserunt Excellen. Doct. Florentini, & præcipuè Excellens D. Petrus Contius, qui dicit in simili casu aliàs fuisse consultum per D. Antonium de Strozzis, Do. Hormanetium Detum, D. Mattheum Nicolinum, D. Verium de Medicis, D. Ludouicum de Acciaiolis, & D. Franc. de Guicciardinis, quæ consilia uidi, & perlegi, & ita fuit IVDICA- * TVM * per bonos uiros de anno 1563. Octob. & per Do. Iacobum Auditorem Rotæ Florentinæ de anno 1539. Aprilis, & sic tolluntur subtiliter more legentiū adducta per Modernum scribentem Lectorem mei amantissimum, quia illa con firmatio licèt faciat mentionem de præte rito, tamen non operatur suum effectū, nisi inter ipsos contrahentes; non autē quo ad præiudicium iuris tertio quæsiti, cum non fuerit uocatus ille tertius, nec de illo facta mentio, nec etiam censetur data talis facultas retrotrahendi ad præiudicium tertij. & hæc est mera ueritas, & euangelium, quæ multum sunt notanda per Doct. iun. nostri fori Fiuizanensis.

# DE CONTRACTIBVS. DECIS. XII.

## ARGVMENTVM.

Materia permissiua, & prohibitiua matrimonij primi, & secundi generis attinentiæ, & affinitatis, hic perbelle declaratur.

Matrimonium hodie in sponsalibus de futuro, in matrimonio de præsenti, in baptismo, & in fornicatione quomodo sit prohibitum.

Genus primum & secundum affinitatis quomodo oritur, & cognoscitur, vide hic.

Matrimonium, traductio, & nuptiarum solemnitates, quibus diebus possint fieri, hic notatur.

*SVMMARIVM.*

1 *GRADVS consanguinitatis, & affinitatis durat usque ad decimum gradum.*

2 *Gradus primus est inter ascendentes, & descendentes, & inter eos non datur nisi unicus.*

*Filius, & descendentes omnes dicuntur esse in primo gradu cum patre, & ascendentibus, nume. 2.*

*Fratres, & sorores de iure canonico sunt in primo gradu nume. 2.*

*Patruelles, & filij fratrum, & sororum sunt in secundo gradu nu. 2.*

*Filij patruellis sunt in tertio gradu nu. 2.*

3 *Patruus, & Nepos sunt in primo & secundo gradu linea inequali.*

*Linea inequalis quæ sit, & quid operetur. nume. 3.*

*Statutum, quod gradus intelligatur secundũ ius Canonicum, operatur, quod proximior linea inequali de iure ciuili excludit remotiorem, licèt sint in pari gradu de iure Canonico; nu. 3.*

4 *Dispensatio Matrimonij hodie valet, licèt in precibus non sit facta mentio de tertio, & quarto gradu, sed solùm de ultimo remotiori.*

5 *Affinitas contrahitur per sponsalia de futuro, et de præsenti, per Baptismum, & per Fornicationem, sed diuerso modo hodie, ut nu 6. 8. & 9.*

7 *Pœna legis, si quis incesti, C de incest. Nupti. in sponsalibus de futuro non habet locum ultra fratres, & sic primum gradum, & in fornicatione ultra secũdũ gradum, nu. 10.*

10 *Lex si quis incesti. C. de incest. Nupt. in sponsalibus de futuro non excedit primum gradum, & sic fratres, & in fornicatione secundum gradum, & sic filios fratrum, nu. 7. & 10.*

*Fornicatio non contrahit affinitatem ultra filios fratrum, & sororum, nec pœnam inducit incestus, nu. 6. 7. & 10.*

*Lex ciuilis, & statutum seculare imponens pœnam aliquam propter aliquod delictum, quæ non sit inducta à iure canonico debet attendi etiam in foro ecclesiastico, nu. 10.*

11 *Genus affinitatis est triplex: primum, Secundum, & Tertium.*

*Affinitas tribus modis contrahitur, videlicet in primo genere, in secũdo, & in tertio, & quo modo nume. 11.*

12 *Impedimentum Matrimonij non cessat mortuo marito, uel uxore inter consanguineos & affines mariti, & uxoris in primo genere affinitatis.*

13 *Genus secundum, & tertium affinitatis hodie non est probibitum, nu. 15.*

13 *Maritus priuigna potest accipere in Matrimonium uxorem uitrici, & sic uxorem soceri, & socer uxorem generi.*

*Uxor fratris potest contrahere Matrimoniũ cum marito sororis num. 14.*

*Maritus Matertera, & amitæ potest contrahere Matrimoniũ cum uxore Nepotis, & maritus neptis accipere uxorem patrui, numero 14.*

*Uxor cognati põt accipere in uirũ Maritũ cognatæ, & qs ducere duas cognatas, quia omnes isti sunt affines in secundo genere affinitatis, quod non est probibitum, num. 14.*

16 *In dubio semper in causa Matrimonii, & animæ bonum est consulere Pontificem.*

17 *Matrimonium contrahi, & sponsalia de futuro, ac publicationes fieri possunt omni tẽpore, traductio, & solemnitates non, nu. 19.*

18 *Opinio quæ fauet animæ, in dubio est amplectenda.*

19 *Traductio ad domum uera cum solemnitatibus, & Nuptiarũ solemnitates, non possunt fieri certis temporibus, num. 17.*

## DECISIO LVIII.

IAM diù fui Anceps; an potuissem accipere in uxorem uiduam olim uxorem relictam patruellis soceri mei Patris uxoris meæ, quia cogitabam q, oẽs consanguinei vxoris meæ erant mihi eodẽ gradu affinitate cõiuncti p adiectionẽ copulæ carnalis sequutæ inter me, & vxorẽ meã, & oẽs cõsanguinei mei erãt eodẽ gradu affinitate coniuncti cũ uxore mea, quo mecũ erant, & ideo sicut patruellis soceri mei erat in secundo gradu cũ socero meo, & in tertio cũ uxore mea, & sic mecũ, & uidua illa uxor illius patruellis erat per adiectionẽ copulæ carnalis eodẽ gradu cõiuncta cũ uxore mea, & mecũ mediãte d. mea uxore, uidebatur dicendũ nõ potuisse contrahi Matrimoniũ inter nos, cũ sit usq; in quartũ gradũ inclusiue de iure canonico hodie prohibitum.

Et qñ plures casus hic in Ciuitate Papiæ, & aliis in locis mihi terminãdi occurrerunt, uidelicet an maritus sororis fratris

possit

possit ducere in vxorem uiduam vxorem Relictam Fratris dictæ uxoris,& an Maritus Neptis possit accipere vxoré Patrui viduā relictam,& TERMINAVI* qđ sic, & per alios, ita etiam per antea fuit OBSERVATVM,*vt est videre apud Magnificū Dñm Marcū Caudā ciuem Papiensem, qui accepit in vxoré viduā vxoré olim Relictā Magnifici Dñi Rolādi de Belcredo eius cognatū,& Fratré primæ uxoris dicti D.Marci, & qm̄ ista materia est intricata,& a paucis gustata, & a multis pro uno inconuenienti reputata,uidelicet, ꝙ Maritus filię accipiat in vxoré Nouercam vxoré olim patris dictæ filiæ, & vxor fratris accipiat Maritū sororis in virū, & qđ q̄s accipiat duas cognatas, & sic vr̄ durus hic sermo;Ideo proposui faciliori mō tibi declarare hāc materiā, ex exemplis possit cognoscere in quib. casibus sit prohibitū Matrimoniū,& in quib. non. Nā per exempla ista materia magis declaratur, & elucescit,q̄ aliis documentis. Debes igitur benigne Lector scire, ꝙ sunt plura genera consanguinitatis,attinentię,& affinitatis,

1 & plura gradus; uidelicet † gradus primus,secundus,tertius,& quartus,& alij vsque ad decimū,vt est videre in iure canonico, in arbore affinitatis, & toto titulo, de consanguin.& affini.& insti.de Gradi.cogna.& ibi Christoph.Porc. & per Oliueri.Texteri.in tracta.de gradib.cogna.& in tit.de affini.per totū,& nu.26.& seq.uer.secundo principaliter uidendū; Et iō primo dicā de gradib. postea de genere affinitatis. Primus gradus parentellæ est inter patré,& filiū,ascendētes,& descendentes de iure ciuili in infinitū, q̄a inter lineā ascen

2 dētē,& descendentē non daī nisi † vnicus gradus, licèt unus p̄cedat alterū per iura supra allegata, & per Excellenté D. Alexandrū Raudensem publicè prophitenté lectiones uespertinas in hoc Almo Ticinēsi Gymnasio,de quo loquutus sum supra, in proposito,in deci.9.sub nu.85.in fi.car.175.col.2.De iure canonico in primo gradu sunt fratres germani, & cōsanguinei p̄ supradicta; In secundo gradu patruelles, hoc est,filij duorū fratrū, & in tertio gradu filii illorū duorū fratrū, & in quarto gradu alii filij ex istis ultimis filiis nati, q̄ dicuntur inter se Cōsobrini,& sic de sin-

3 gulis usq; ad decimū gradū; Et linea † inæquali sunt patruus, & Nepos; filii nepotis, & nepos, quia Nepos cū patruo est in scđo gradu,& patruus ī primo, & filii Nepotū sunt in tertio cū Nepote,& nepos in scđo cū illis,& sic de alijs inferiorib.cum superioribus proximis,quia sunt in quarto gradu, & filii nepotū cū illis in tertio p̄p hanc lineā inæqualé,ut est uidere per supra allegata, & p̄ tex.in c.primo gradu, & ibi Arbor.& c.Ad sedē:uer.fratres itaq; 35.q.5.car. 384.& ibi gl.& per Oliueri.texteri. d.tract.de gradib.cognat.q.18.nu.12.13.& seq.car.115.& Christo. Porc.ubi supra col.fi.uer.Itē nec in gradu scđo,& per Hiero.Ranchi.in consi.169.uol.1.ultima. uolunta.car.225.& Dec.cons.334.ubi inferūt ad statutū in materia successionis, qđ ille qui est proximiori in gradu linea inęquali succedit ēt si statutū diceret,ꝙ gradus intelligatur scđm ius Canonicū,& tetigi in supradicta Decis.9.nu.91. car.176. in hac 2.par.uerum quia de Iure Canonico Matrimoniū nō est prohibitū nisi usq; in quartū gradū inclusiuè,iō in aliis gradibus nō côterā ꝑs,solùm ad unū est aduertendū, ꝙ in dispēsationib obtinendis hodie nō est necesse narrare summo Pontifi

4 ci † propinquioré gradū lineę inęqualis, sed sufficit exprimere remotiorem gradū, dummō in litteris postea fiat de utroque gradu mentio,licèt esset secus de Iure Canonico,ita declarat summus Pōtifex Pius V.in Bulla edita, de anno 1566. Augusti: Marc.Antonius Cuch.in sua inst.maio.canoni. tit.12.lib.5. de impedi. matrimonij, nu.249.& 250.cart.630. Et parentela con

5 trahitur † per matrimoniū, & de futuro, & de præsenti,& per Baptismū,& per fornicationem,ut per Doctores,supra allegatos,& infra allegandos.& per Christ.Por. in insti.de grad.cognat. Et per summistas in uerbo:Impedimentū & in uerbo:matrimoniū. Per sponsalitia, de futuro licèt se

6 cundū Ius Canonicū † esset prohibitum matrimoniū usq; in quartū gradū inclusiuè, sicut in matrimonio de præsenti, ut p̄ Porci.ubi supra, & per Dominū Octo. Nicoli.in cons. 79.nu.9.& 10.uol.2.Crimi.diuersorum,car.104.& toto titulo de spōsalibus: Hodie secūdū sacrū Concil.Triden. non excedit primū gradū, ut est uidere in sessio.24.de refor.matr.c.3.& per Bullam Sanctissimi Domini Pii V.editam de anno 1568.Iulii,ubi declarat uerba Concilii intelligere solū de sponsalibus de futuro, & non

non de præsenti, in quibus remanet prohibitio usq; in quartũ gradum, prout in matrimonio cõsummato, ut ibi dicit Bulla,& d.c. nõ dēt, & c.fi.de consanguinit.& affinit ubi attenditur gradus remotior, & sic quintus,& non quartus, & sic ultra fratres non contrahitur affinitas in sponsali-
7 bus de futuro, nec habet locum † pœna incæstus per legem gracchus, C.de Adul. per Diaz,in sua practica Canonica Criminali,in rubrica,incestus ca.78.& Alciat. in c.cum contingat, nu.53.& seq.de iur.iur. & infra tangam.Per Baptismum,ſm sacrũ Conciliũ Tridentinũ contrahitur cognatio spũalis tantũ inter unũ, & unã ad plus
8 Baptizatum † de Baptismo suscipiẽdo, & ipsum Baptizatum,& illius Patrem,& Matrem,nec non inter Baptizantem,& baptizatũ,baptizatique Patrẽ, & Matrẽ, Adeo q Maritus,uel uxor illius, qui suscepit baptizatum de baptismo non dr̃ affinis, nec impeditur contrahere matrimonium cum Baptizato,& cum Patre, aut Matre baptizati,ut est uidere in sessio.24.c.2.& declaratum per Bullã Pontificis Pii V.editã de anno 1566. Decembris,qđ olim secus erat ſm ius Canonicum, ut dixi in tractatu de usufr.nu.230.Per fornicationem similiter hodie per sacrũ Concil.Tridentinũ sessio. 24.c.4. nõ contrahitur affinitas nisi in pri
9 mo & scđo gradu,& sic † usq; ad filios fratrũ,& non ultra,& iõ contractũ matrimonium ultra ſm gradum nõ dirimitur, nec contrahendũ impeditur,ut declarat Bulla Pontificis Pij V.edita de anno 1566. Decẽbris,& facit textus,in c.ad sedem,uer.fratres itaq; 35.q.5.car.385. Adeò q istis casibus non haberet locum ultra ſm gradum pęna legis,si quis incæsti;iuncta Autent i ca ex cõplexu. C.de secundis nuptiis, cùm nulla sit inter istos cõtracta affinitas,sicut ẽt de iure Ciuili non habebat locum,q̃ lex in materia delicti & pænę incestus dẽt attẽdi, cùm à lege Ciuili sit introducta, & à statutis secularium repetita. ergo ſm eorum iura dẽt incæstus declarari,& non se-
10 cundum ius canonicum, ẽt † q affinitas de iure Canonico duraret ultra fili s fratrum,ut est in matrimonio præsenti, quia ius Canonicum istos non punit pœna legis;si q̃s incesti,C.de incestis nuptiis; sed alia pęna,cum annullatione Matrimonij, ut inquit tex.in §.Duorum,insti.de nupti. Alex.in cons.229.uol.scđo,Gerar.Mazol. cons.29 Calder. cons.2.de consangui.Purpura.cons.366.nu2.& 3 uol.1.Diaz,in sua practica Canon. Crimin ca.78.de incestu. Alciat.d.c.contingat, nu.35 & seq.de iuro iurando,sentit Iulius Clarus, practi.crim. §.incestus.col.3.uer.quæro nunquid,& §. sacrilegium in fine, ubi in pęnis inductis à lege ciuili dẽt attendi ius ciuile, & non canonicum,nisi ius canonicum idem prouideret. Ad unum tñ est considerandum in casu fornicationis, q si aliquis cõfessus fuisset coram confessore se habuisse copulam carnalem cum Berta,& uellet iam dare in Matrimoniũ fratri suo,aut ipse accipere sororem Bertæ in uxorem,nolens talis fornicator, propalare talem fornicationem, q sacerdos Parochus confessor non dẽt detegere hanc fornicationem & confessionẽ, sed desuadere sic contrahentem ne cõtrahat pp affinitatis impedimentũ, si autem nullo mõ uelit cessare,sed instanter petat,q Matrimoniũ celebretur,differat quantum potest; si autem oportet ut fiat,uel pp scandalum populi,& attimentium,uel pp coactionem superioris, consilium est,ut iste parochus cõfessor faciat per Vicarium celebrare Matrimonium, tum ut contrahens occultè confundatur, tum propter criminis horrorẽ,ut illi horror incutiatur; si tñ ille in ꝑsona propria faciat,credo quòd sine peccato facere possit,dummodo non ultro,& sponte se offerat,sed quasi coactus hoc sustineat;ista sũt verba R.Fratris Michaelis Mediolanensis ordinis Fratrum Minorum de obseruãtia, in suo libro quadragesimale, seu sermonario,sermo.68.in uerbo,zelus. Dominus cart.148.col.3.uersic.Similiter dicendum est,quod si sacerdos scit aliquem in cõfessione,qui fornicatus esset q̃ sunt notanda per parochus simplices. Venio modo ad genus affinitatis & cõsanguinitatis, quod est triplex.nam adest primũ genus attinentiæ consanguinitatis,& affinitatis,ſm genus.& tertium genus. Primum genus affinitatis,& consanguinitatis est illud,à quo
11 cõsanguinei omnes ex linea † masculina oriuntur,& oẽs affines,& cognati ex linea fęminina pullulant, & ẽt uxores,& Mariti istarum personarũ,q̃ adiiciuntur illis cõsanguineis,& affinibus per copulam carnalem,Adeo q per copulã carnalem omnes consanguinei Viri sunt affines uxoris uiri eodẽ gradu,quo est Maritus cum illis con

ſanguineis, & oẽs conſanguinei uxoris ſunt affines uiri eodẽ mõ quo eſt uxor cũ illis, & ideo ſi cõſanguinei ſunt in primo, ſecundo, tertio, aut quarto gradu cum uiro, eodem ſunt cũ uxore, & idem eſt econtra per adiectionem copulæ carnalis, cum uir, & uxor una caro, & eadẽ perſona efficiantur, & dicuntur oẽs iſtę perſonæ eſſe conſanguinei, & affines in primo genere attinentię, & affinitatis, & hoc genus olim erat ꝓhibitum tam uirtute matrimonii, ꝙ̃ fornicationis uſq; ad ſeptimũ gradum affinitatis; hodie uerò in ſpõſalibus de futuro eſt prohibitũ matrimoniũ in iſto primo genere ſolùm in primo gradu, & ſic inter fratres, & ſorores, & non ultra, ut dixi ſupra nu. 6. In ſponſalibus de præſenti ſine copula, uel in Matrimonio de præſenti cum copula eſt prohibitũ Matrimoniũ uſque in quartũ gradũ incluſiuè. c. non debet, extra de conſanguinit. & affinit. & habetur pulchrè ꝑ Oliueri. Texter. in d. trac. de grad. cogn. tit. de affinitate, n. 27. & 37. uer. quãtum ad tertium, & dixi ſupra nu. 6.

In fornicatione eſt prohibitum matrimonium hodie uſq; ad ſecũdum gradum incluſiuè, & ultra filios fratrum non reperitur impedimentum, ut dixi ſupra nu. 9. & mortua uxore, uel Marito non ceſſat
12 † impedimentũ matrimonii inter iſtos, qui ſunt in primo genere affinitatis, ut dicunt Doctores ſupra allegati nu. 1. & March. Ant. Cucchus in inſt. maior. canon. tit. 12. lib. 5. Rub de impedimen. matrimonii, nu. 248. & Oliuer. Texter. ubi ſupra num. 42. uerſic. 4. quæro. Secundum genus affi-
13 nitatis eſt illud, à quo extranei † ueniũt, & per matrimonium, & copulam carnalẽ adduciũtur affinitati primi generis, ſeu perſonæ, quæ eſt mihi affinis in primo genere affinitatis, ut eſt uxor fratris mei, uel patruellis, aut conſobrini, quæ eſt mihi affinis in primo genere affinitatis, & in illomet gradu, in quo mihi erat frater patruellis, uel Cõſobrinus; ſupereuenit mihi Maritus meus, qui per copulam carnalem additur mihi, & affinitati meæ eodem gradu, quo erat affinitas hæc mea in primo genere affinitatis mecum, ſed iſta additio Mariti mei dicitur affinitas ſecundi generis cum uxore fratris mei, & cum fratre meo dr̃ affinitas primi generis, & uxor fratris mei ante matrimonium cum fratre meo nihil attinebat marito meo, & in nul-

lo gradu pãrẽtelæ cum eo erat, & per Matrimonium in gradu primo, ſicut ego erã cum fratre meo, pereũ̃ ãſtime mortua, Maritus meus reperitur cũ uxore fratris mei affinis in ſecundo genere affinitatis, & in primo gradu parentelæ, & mortuo fratre meo poteſt iſta uxor fratris mei accipere in uirum Maritũ meum, quia ſunt in ſe-
14 cundo † genere affinitatis, & in primo gradu parentelæ, quod ſecundum genus affinitatis hodie non eſt prohibitum à iure canonico, licèt retineat gradum parentelæ, & mutet genus attinentiæ per adiectionẽ copulæ carnalis, & ideo vr̃ Magnificum Dominũ Marcũ Gaudam Papi. licitè potuiſſe cõtrahere Matrimoniũ cũ uxore D. Orlãdi de Belcredo eius cognati, & fratris primo eius uxoris, & Excellentẽ I.C. D. Carolũ Angelum Ghiringhellam cum uxore Patrui primæ ſuæ uxoris, quia ſunt affines, & adiunguntur affinitati per copulam, & non per ſanguinẽ, & ſic ſunt in ſcđo genere affinitatis, quod ſm̃ genus hodie de iure canonico (ut ſupra dixi) non eſt prohibitum, licèt retineat eundem gra-
15 dum parentelæ, & † quod in ſcđo genere affinitatis, & attinentiæ poſſint ſupra nominatæ perſonæ, & aliæ in ſcđo Alber. deſcriptæ inter ſe Matrimoniũ cõtrahere abſq; labe peccati, tradit tex. in c. non dẽt, de cõſanguinit. & affinit. ubi Abbas, & Docto. Syluestrina in uerbo, Matrimoniũ, il 8. ſub num. 15. car. 358. ſumma Roſella. in uerbo, impedimentum il 9. de affinitate car. 275. nu. 3. & ibi addentes, ubi quamplura exempla ponit, Didac. in Epitome, de ſponſalibus in ſecunda parte ca. 6. §. 7. nu. 6. cart. 186. Excellens Dominus Marc. Anto. Cucch. in ſua inſti. Maiori. Canoni. tit. 12. lib. 5. de imped. Matrim. car. 630. nu. 244. & ſeq ſentit Nicaſi. inſtit. de Arbore affinit. tit. 6. car. 275. nu. 10. & 11. Hieron. de Monte, q. 27. nu. 18. & ſequẽti car. 108. late, & pulchrè Oliueri. Texteri. in tract. de gradibus, in rubri. de affini. num. 27. & 28. 37. 38. 41. 47. & 48. car. 322. 340. & 341. ubi dicit Cardinalem ꝑ ꝑ ignorantiam ſui Auditoris contrarium dixiſſe, & communem dicit Anton. Neruci. de Sancto Geminia. in Rubr. de gradibus conſanguinitatis col. 2. car. 7. ubi dicit: Bonum eſſe in cauſa
16 † Matrimonii, & ſalutis animæ ſemper in dubiis conſulere Pontificem.

Quo uerò ad tertium genus attinentiæ

Fru-

Frustratorium esse existimaui de illo uerba facere, cum sit permissum secundũ genus affinitatis, quo sit quòd multo magis non erit (prout non est) prohibitum tertium genus, ut dicunt supradicti Doctores, & maximè Oliueri. Texteri. ubi supra, qui ponit, & latè declarat primum, secundum, & tertium genus affinitatis.

Verum quia sępissimè occurrit temporibus Aduẽtus, Quadragesimę, & aliis prohibitis istas personas cõtrahere huiusmodi matrimonia secundi, & tertij genere p uerba de futuro, & per copulam, oscula, aut palpamenta exequi per actus de præsenti sine solemnitatibus in graue damnũ animæ eorum, & dubitatur per alteram partium, quin altera pars saciata, aut subornata amplius uelit persistere in promissis, nec fidem seruare, si expectetur transitus ipsius temporis prohibiti, ideo fuit dubitatum, an istis temporibus Quadragesi-
17 malibus, & Aduentus, seu † aliis prohibitis possint publicationes, & denuntiationes ac contractus Matrimonii fieri, & possit parochus in faciem Ecclesiæ desponsare hmõi personas ad hoc ut Matrimoniũ ualeat, & dixi ꝙ istis tẽporibus nõ est prohibitus contractus Matrimonii, nec publicatio, ac denuntiatio; & sic posse parochũ desponsare in faciem Ecclesię, etiam sine denuntiationibus ex causa sublatis ab Episcopo. Traductio uerò, & solemnitas Nuptiarum est prohibita, & non potest fieri talib. temporibus, adeo ꝙ aĩaduertere debet Parochus, qñ desponsat in faciem Ecclesiæ talib. temporibus, ut non permittat adesse multitudinem personarũ, nec sponsam uenire cum cauda magna mulierum nec cũ cimbalis benesonantibus, quia istæ solemnitates Nuptiarum sunt prohibitæ, sed solùm cum sponso, & duobus, uel tribus Testibus, & Notario, & uestib⁹ humilibus dencantibus dies pœnitentiarum, quia sancta res est Matrimonium, & sanctè tractandũ; quia hæc colliguntur ex mente sacri Concilii Tridẽtini sessio 24. c. 10. car. 198. tex. est in c. capellanus, & ibi glosa, & Doct. de Feriis, D. Marc. Ant. Cucch. in sua Aurea insti. Maiori Canonico lib 5. tit. 12. de impedimen. Matrim. nu. 4. & seq. car. 602. & summa Armilla, in uerbo, Matrimonium, nu. 62. car 347. uer. licet sponsalia; quibus etiam diebus aliqui uolunt, ꝙ non potest consumari Matrimonium sine pctõ mortale, & multi alii ꝙ põt consummari Matrimoniũ, dũmõ honestè, & sanctè tractetur, ut dicit Armilla, ubi supra d. nu. 63. & March. Anto. Cucchus, d. tit. 12. nu. 10 car. 602. & sentit Ale. in cons. primo, nu. 33. uer. ultimo. pro hoc uol. 2. & ideo si esset aliquis paterfamilias, qui indigeret gubernio, posset ẽt sine pompa facere ire spõsam ad eius Domũ, & ipsa ibi absque aliquo applausu manere, administrare, & gubernare posset: Bonũ tñ esset se absistere à consummatione Matrimonii, & à traductione simplici p p diuersitatẽ opinionũ tantorũ patrũ, nam in dubio opinio, quæ fauet animæ, est amplectẽda,
18 ubi non † infligitur pęna corporis, ut dixi supra in decisio. prima, sub nu. 110. car. 40. col. 2. Alciat. Rñso. 2. nu. 23. & 24. lib. 1. tomo 1. car. 4. Hippo. Bonacossa de præsumptio. in uerbo, usurarius car. 328. col. 3. Sola. n. traductio cum pompa, & solemnitas
19 † Nuptiarum ianuis apertis, & tripudia cum sonis, & cantu sunt prohibita his tẽporibus expressis à supradictis Doctorib. ut ibi dicunt allegatæ authoritates, quæ ẽt ostendunt, an illi dies stare habeant inclusiuè, uel exclusiuè, & an durat dies ab uno uespere usq; ad alterũ, uel à mane usq; ad finem diei, aut usq; ad mediam noctem, quamuis ego sum opinionis, ꝙ isto casu incipiat à media nocte usq; ad aliã mediã noctem, cum sumus in contractibus, quia contractus possunt fieri vsq; ad mediã noctẽ, ita dicit gl. in c. 2. in uerbo, prius incipere, de Feriis, & uidetur inclinare Marc. Ant. Cucchus, ubi supra nume 7. & etiam attenditur obseruãtia illius loci, quia vnaquæque ciuitas abundat in sensu suo, ut dicunt supra dictæ authoritates.

Et quoniã sacrũ Conciliũ in sess. 24. de reforma. matrimo. c. primo, dicit, ꝙ factis denuntiationibus si nullum legitimũ opponatur impedimentum ad celebrationẽ * Matrimonii in facie ECCLESIAE * procedatur, & parochus, (uiro, & muliere interrogatis, & eorum mutuo consensu intellecto) dicat. Ego uos in Matrimonium coniũgo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, uel aliis utatur uerbis, iuxta receptum uniuscuiusque prouinciæ ritum, & qui aliter, q̃ præsente, uel alio sacerdote de ipsius parochi, seu ordinarii licẽtia, & duobus, uel tribus Testibus Matrimonium contrahere attentabunt, eos Sancta

Syno-

* Synodus AD SIC * contrahendũ omnino inhabiles reddit; & huiusmodi cõtractus irritos, & nullos, esse decernit, prout
* eos præsenti decreto IRRITOS * facit, fuit sæpissimè dubitatum, an matrimonium sine denuntiationibus contractum valeret, & an parochus posset extra locũ ecclesię domo, uel platea coniungere dictos uirum, & mulierem, & fuit dictũ matrimonium ualere sine dictis denuntiationibus, licèt parochus, sponsi, & testes peccent mortaliter, & possint arbitrariè puniri ab ordinario iudice, ut dixi supra in reperto. decisionum, in uerbo, matrimoniũ sine denũtiationibus, car. 1086. col. 2. & ẽt dictum fuit matrimoniũ in domo, in platea, uel in alio loco celebratum coram parocho, & testibus fidelibus cum supradictis uerbis, & interrogationibus tenere, & valere, & dicitur factum in facie Ecclesię, quia facies ecclesiæ multis modis accipi-
20 tur, nam † accipitur pro ambitu murorũ ecclesiæ, & sic pro ecclesia murata, in qua diuina celebrantur, accipitur ẽt pro cætu fideliũ, siue ad orationẽ, siue ad quodlibet diuinum ministerium celebrandũ collectorum, ẽt in domibus priuatorum, c. legitimus 93. distin. c. multi, 1. q. 1. c. loquitur. 34. q. 1. & Pau. Burgos. in tract. de irregularita. in 6. par. de sententia interdicti, n. 25. uers. tertius effectus, car. 435. ideo in patria mea a principio publicationis Sacri Concilij parochus intelligebat Conciliũ solum de ecclesia murata, & ibi fecerat fieri nõnulla matrimonia, & uenerandus Pater Meus D. Carolus, cum & frater meus maior natu, & ego de anno 1564. uxores duxerimus, uoluit celebrari facere in domo sua huiusmodi matrimonia, & ostendit parocho, ꝙ ibi aderat facies ecclesiæ ad celebrandum tantũ diuinum Sacramẽtum cætu fideliũ, & sic fuit EXEQVV-
* TVM, * & deinde postea semper, & in domibus, & in plateis fuerunt, & sunt celebrata matrimonia, & uerba ꝑ parochũ iuxta Sacrum Concilium prolata, & licèt in Lõbardia obseruetur contrarium, ꝙ in ecclesia propria parochi celebrãtur matrimonia de die, tamen si celebraretur in domibus, & de nocte tribus luminibus accensis ualeret & teneret, cum Sacrum Concilium annullat matrimoniũ solùm quãdo sine parocho, & testibus contrahitur, & ideo satis est coram cætu fidelium aliquo in loco præsente parocho dicente; & interrogante, & testibus celebrare matrimonium per ea, quę dixi supra de denũtiationibus omissis, attento, ꝙ in isto casu dicitur satisfactum Concilio, & in facie ecclesię celebratum matrimonium per suprad. quæ sunt notãda, licèt bonum sit in Ecclesiis hoc facere, cùm sit domus orationis, & talis ritus summopere laudandus, approbandus, & obseruandus.

Et quãuis contractus matrimonii possit fieri ẽt extra templum ecclesiæ coram parocho: tamen benedictio sacerdotalis non põt dari nisi in tẽplo a proprio parocho, uel ab alio sacerdote de licentia paro-
21 chi, uel ordinarii eius parochi, † ut dicit Sacrum Concilium Tridentinum d. 24. sessio. c. 1. uers. præterea, & sufficit, ꝙ ab uno parocho uiri, uel mulieris detur benedictio, aut celebretur matrimoniũ cũ interrogatoriis, & licèt soleat a parocho mulieris fieri despõsatio, & uerba sponsalitij ab eo dici, quãdo sunt diuersi fori, & parochiæ, tamen si a parocho uiri uerba matrimonii in eius parochia proferũtur
22 aut benedictio † fieret, valeret, nec reiterati deberet, quia conciliũ non dicit ꝙ a proprijs parochis hoc fieri debeat, sed a parocho, ne absurditatem, & contrarietatem pareat hæc reiteratio cum semel ualidè factum fuerit matrimonium, nã posset in reiteratione aliquis eorum se pœnitere, quod esset contra mentem Concilii, & sacrorum canonum, & in iniuriam tanti sacramenti, cap. ex tua, de Aposta. cap. ostenditur, de consecra. distinctio. 4. & cũ matrimonium sit sacramentum, ut in c. debitum, de Bigam. glo. in c. ueniens, de transact. & sacramenta non iterantur, toto tit. de sacram. non iteran. in rubro, & nigro, sequitur, ꝙ nõ põt iterari posteaquã ab uno parocho ualidè fuerit factum, ut sentit ẽt D. Iacob. Leonissa in cons. 48. nu. 3. & seq. car. 131. uol. 1. consiliorum matrimoniaiũ, ubi in fine ostẽdit ita per Reuerendiss. D. Episcopum Paduanũ fuisse IV-
* DICATVM. * Quãuis bonũ esset semper requirere parochũ mulieris, & potius illũ mulieris, quàm uiri, quia Doctus Nauarra in suo Manual confes. c. 25. nu. 144. car. 666. dicit congregationẽ Cõcilii Tridentini, sub Pio V. interpretatam fuisse sufficere, requiri parochũ mulieris, & nõ uiri, & sic non est necesse, quòd parochus uiri

viri assistat in ecclesia parochi mulieris, nec e cõtra, quia sufficit alter eorum, & cautius, ac sanctius est accedere ad parochũ ĩ mulieris, q̃ viri pro tollenda omni dubietate, & ritu con seruando. vt etiam affirmat & sequitur excel lens Marc. Ant. Cuch. in instit. maior. Canon. lib. 5. tit. 11. nu. 29. car. 571.

Et aduertendum est, q; parochus mulieris non solũ poterit esse ille, vbi mulier habet domici liũ, sed etiam vbi habitat ex aliqua causa, ut in domo vel monasterio aliquo causa ibi cõmo randi donec maritetur, vel causa adiscendi vir tutes, famulandi, aut per aliquod tempus ibi aliquid faciendi, & ita dicendum est in paro cho uiri, quando scholaris, mercator, miles, doctor, officialis, & quid simile stant in loco ex illa causa, & statim non sunt recessuri. Se cus si statim, ut sunt aduenæ, euntes ad nun- dinas, ad mercatum, ad domum parentum, ad villam, & uagabundi, quia tunc parochus est ille, ubi persona habitat. Rebuf. in repet. cap. extirpandæ. §. qui uero. cart. 374. column. 1. versicu. circa secundam, per quinque colum- nas. de præben. in antiq. Federic. de Sen. consi. 254. Calder. consil. 3. de sepultur. Henric. Boi- ch. in cap. Abolet. de sepul. cum alijs, quod est notandum per parochos, & parochianos cir- ca quartam materiã corporum sepeliendo- rum, de qua continuo, & quotidie sum mole- status.

Et liber parochi non dicetur priuata scriptura, sed legalis, & faciet plenam fidem in iudicio
23 † circa baptismum & matrimonium, postea quam à sacro Concilio necessitatur fieri, & à parocho diligenter custodiri, cũ in dilectus, de fid. instrum. sicut uidemus libros mercatorũ facere fidem plenam, quando a statuto appro bantur, Crauet. de antiq. tempo. in prima par- te, numero. 27. Franc. Viui. commun. opinion. in uerbo, statutum iubens, car. 223. & tunc ha betur pro publico instrumento, & publica scriptura, Socin. consil. 62. in præsenti, colum. penult. versicu. his tamen, uolum. primo, cart. 86. & in hoc limitatur doctrina Rebuf. in cõ- ment. constitu. titu. de chirogra. & schedula. Recogni. nume. 6. uersicu. Tertio infertur li- bro primo, cart. 180. quę uoluit huiusmodi li- brum esse priuatam scripturam, quia loqui- tur in literis parochi non approbatis a lege, & Concilio, & sic loquitur ante Concilium, & alia scriptura non autem de baptismo, & ma
* trimonio, & ita OBSERVATVR, * q; datur plena fides dictos libros circa ætatem, & matrimonium, quando ordinatè scriptum reperitur, & faciunt quæ dixi supra in reperto rio decisionum, in uerbo libri canonicorum, cart. 1063. column. 1. Decian. consi. 76. nu. 37. uol. 3. & sentit Alciat. in respon. 12. nume. 10. tomo primo, libro primo. cart. 12.

## Additio ad supradictam decisionem sub suis numeris.

Nume. 6. ibi, & non quartus, (Adde.) fauore matrimonii, quia tunc non est prohibitum ma- trimonium respectu quinti gradus, licèt adsit etiam quartus gradus.

Num. 8. ibi, de vsufruct. nu. 230. (Adde) quamuis sit animaduertendum inter istos compatres, & comatres, quòd parochus in libro clarè declaret, qui nam istorum sit principalis compa ter, & commater, nam si ignoranter acciperet duas commatres, uel duos compatres, & non appareret, quis nam illorum esset unicus, & uerus compater, uel commater, & baptizata, uel mater, aut pater baptizati acciperet in uirum, uel in uxorem unum ex istis duobus com- patribus, uel commatribus putans non esse prohibitum matrimonium secundum sacrum concilium Tridentinum, cum unum uel unam tantum requirat, incideret in laqueum pro- pter incertitudinem, & dubietatem veri, & unici compatris, & commatris, nam esset prohi bitum huiusmodi matrimonium si ex libro, uel testibus non appareret de primo, & uero compatre, & commatre, cum potuerit esse ita uerus compater, aut commater iste, aut ista, qui contraxit matrimonium, sicut alter mortuus, uel uiuus, per text. in l. duo sunt Titii, ff. de testam. tutel. & l. si domus in princip. ff. de leg. 1. & in dubio fauore animæ, & salutis æternæ ita est intelligendum, & requiri debere dispensationem à Summo Pontifice per ea, quæ di- cam infra num. 16. & nu. 18. & ita mihi retulit excellens, & bonæ conscientiæ Doctor R. D.
* Vic. Caballus Reuerend. Episcopi Cremonæ fuisse DETERMINATVM * Romæ propter huiusmodi dubium, & incertitudinem & dispensationem fuisse necessariam.

Nume. 9. ibi. car. 389. (Adde.) de qua bulla non fuit memor Reuer. & non satis laudatus Nauar

ra in suo Manual.confessio.cap.22.sub nume.42.car.490.

Nu.10.ibi Fornicatus esset. Adde q. alios allegat, & sequitur D.Thoma, in suis quolib.quol. 2.ad primum.Tabien.in uerbo.confessi.il 2.§.3.Nauarra in suo Manual.cap.8.nu.2. Caiet. in sua summa, in uerbo.confessore supplem.uersic.confessionis celatio.Domi. a Sot.in 4. sententia.distinct.18.q.4.art.5.fol.2.

Num.17.ibi.sine pompa, Adde.) conuiuij,& sonis.

Num.19.ibi,& cantu. (Adde.) & conuiuijs.

Num.20.ibi.& obseruandus. (Adde. Et qui contra huiusmodi laudabilem ritum faceret possset arbitrarie ab ordinario puniri etiam ex mente concilij, in illis uerbis, iuxta receptũ uniuscuiusque prouinciæ ritum, & etiã quia episcopus potest coadiuuando sacrum concilium, & canones addendo nouam pœnã imponere glo.in clem.ne Rom.in uersi.tolli.& ibi Cardin.in princ.in 3.q.de electio.Abbas in c.licet, col.2.uersi.aut subest statutum, de pœnis, Maranta.disputa.5.nume.15.cart.106.Appostilla ad Abba.in cap.quoniam, sub nume.1.uersic. circa hoc de episcopo, de feriis, licet matrimonium firmum remaneret.

## Matrimonij prohibiti primi Generis.

Affines Vxoris. A R B O R Consanguinei Mariti.

| VXOR. | MARITVS. |
|---|---|
| 1 *Frater, & Soror.* | 1 *Soror, & Frater.* |
| 2 *Nepos, & Patrueles.* | 2 *Neptis, & soror Patrueles.* |
| 3 *Filius Nepotis, & Patruellis.* | 3 *Filia Neptis, & Patruelis.* |
| 4 *Consobrinus.* | 4 *Consobrina.* |

OMNES Affines istius vxoris hic descripti sũt Affines ẽt mariti isti⁹ vxoris tãtũ in primo genere in eodẽ gradu parẽtelę, in quo sunt cũ uxore, quia coniũgunt cũ vxore nõ p copulã carnalẽ: sed p sanguinẽ, & efficiuntur Affines mariti propter Affinitatẽ vxoris, ideo non possunt contrahere matrimonium cum isto marito, sicut non possunt cum uxore.

OMNES Consanguinei istius mariti hic descripti sunt Affines etiã vxoris istius mariti tãtũ in primo genere in eodẽ gradu attinentię, in quo sunt cũ marito, q̃a coniungunt cum marito p sanguinem, & efficiuntur Affines vxoris propter Affinitatem, quã habent cũ marito: Ideo nõ possũt contrahere matrimonium cum ista vxore, sicut non possunt cum marito.

Isti vero Affines vxoris nõ sunt Affines Affiniũ infrascripti mariti, quia eorũ Affinitas non excedit personam vxoris, & mariti, & ideo isti Affines uxoris possunt cõtrahere matrimonium cum istis infra nominatis consanguineis mariti.

Isti vero Consanguinei mariti non sunt Affines Affiniũ supra nominatæ vxoris, quia eorũ Affinitas non excedit psonã mariti, & vxoris, & sic coniugũ, & ideo isti consanguinei mariti possunt contrahere matrimonium cum istis supranominatis Affinib⁹ vxoris.

Sed si ista vxor mortuo isto suo marito acciperet Sempronium in virum, aut iste maritus mortua ista vxore acciperet in vxorem Bertam, bene Consanguinei istius mariti præmortui qui sunt Affines istius uxoris remanerent ēt Affines istius Sempronij secundi mariti, & Affines istius vxoris præmortuæ, q̃ sunt Affines istius mariti primæ vxoris, remanerēt Affines istius Bertæ secundæ vxoris in eodem gradu mediāte copula, sed essent Affines in secūdo genere Affinitatis ex eo, quia ꝑ copulā, & non ꝑ sanguinē Sempronius, & Berta efficiuntur Affines supranominatorum consanguineorum & Affiniū primi mariti, & primæ vxoris; nā si non contraxissent matrimonium hoc secundū non essent Affines Sempronius, & Berta supranominatorum Affinium, & ideo isti Affines vxoris possunt accipere in vxorem Bertam, & Consanguinei mariti accipere Sempronium, vt infra patebit in arbore secūdi generis, quia clarius demonstrare non possum.

## Matrimonij permissi secundi Generis.

### A R B O R.

| | |
|---|---|
| *Vitricus.* | *Nouerca.* |
| *Maritus Priuignæ.* | *Vxor Priuigni.* |
| *Maritus Sororis.* | *Vxor Fratris.* |
| *Maritus Amitæ.* | *Vxor Patrui.* |
| *Maritus Neptis.* | *Vxor Nepotis.* |
| *Maritus Patruelis.* | *Vxor Patruelis.* |
| *Maritus filiæ Neptis.* | *Vxor filii Nepotis.* |
| *Maritus filiæ Patruelis.* | *Vxor filii Patruelis.* |
| *Maritus Consobrinæ.* | *Vxor Consobrini.* |
| *Maritus Cognatæ.* | *Vxor Cognati, seu Sororii.* |
| *Mariti duarum Sororum.* | *Vxores duorum Fratrum.* |
| *Maritus secundus vxoris.* | *Vxor secunda Mariti.* |
| *Concubinarii supradictarum Mulierum.* | *Concubinæ supradictorum Virorum.* |
| *Affines primæ vxoris.* | *Affines primi Mariti.* |
| *Affines quarti gradus.* | *Affines quinti gradus.* |

OMNES isti Mariti, & Affines primi mariti, & Concubinarij possunt contrahere matrimonium hodie cum ista Nouerca, & cum isti vxoribus, & cū Affinibus primæ vxoris, & quarti gradus, & Concubinis hic nominatis; Et omnes istæ vxores, & Affines primæ vxoris, & quarti gradus, & Concubinæ possunt accipere istum vitricum, & istos maritos, & Affines, & Concubinarios supranominatos in uiros suos, quia omnes inter se sunt in secundo genere Affiniatis, & in eodem gradu parentellæ per copulam carnalem; præter Affines quarti, & quinti gradus, quod secundum genus (ut dix) hodie non est prohibitum, & * ita fuit Papiæ PRONVNTIATVM. *, & executum pluries.

Vnde benigne lector potes colligere ex isto secundo arbore secundi Generis, quòd omnia ferè matrimonia, quæ poterunt sine impedimento & dispensatione fieri, reperiuntur in hoc arbore, si rectè, & matura deliberatione gustabis omnes istas personas, quia reperies esse in uno capite istarum personarum, ideo bene fac, ut perlegas totā hanc decisionem, bene considerās arbores, & eorū declarationes, bene videas, & exprimas ꝑsonas, q̃ uolūt contrahere mrimoniū, & reperies esse in scd̃o gñe Affinitatis, aut in gradu quarto, & qnto primo gñis.

# DE CONTRACTIBVS DECISIO XIII.

## ARGVMENTVM.

Dans bona mobilia, speciarias, & debitores, uasa, & alia, quæ quis habet in una apotheca speciariæ æstimata cum termino ad soluendum, & ad ratione octo pro centenario, pro lucro societatis, ne recipiens teneatur singulo anno reddere rationem societatis, an intelligatur uendidisse dicta bona, & contractum usurarium fecisse, aut ueram, & licitam societatem contraxisse, hic latè disputatur.

Locans alicui apothecam spetiariæ cum uasis, & rebus omnibus in dicta apotheca positis pro certo pretio ficti quolibet anno, cum hoc, quòd in fine locationis teneatur conductor eadē bona res, & apothecam restituere saltim in genere, non dicitur contractum illicitum facere, nec sapere usurariam prauitatem.

Habens titulum etiam inualidum non tenetur de fructibus percipiendis, & qui uero similiter honeste percipi potuerint, sed solùm de perceptis, secus si non haberet titulum.

In materia usurarum si contractus in totum non est prohibitus, & tota mens nō sit deprauata, utile per inutile non uitiatur. Secus si essemus in casu illicito, & prohibito, & tota mens esset deprauata.

## SVMMARIVM.

1 *CONTRACTVS venditionis, & nō societatis dicitur, quando quis dat aliquam rem æstimatam cum constituto, cessione, obligatione bonorum, ac promissione de suo dato, & facto, vide nu. 62.*

2 *Societas non dicitur quādo trāsfertur dominiū in recipientem, vide nu. 62.*

*Vtensilia, vasa, & debita fallita alicuius apothecæ non producunt fructum. Et illis non potest quis lucrum consequi nu. 11. 75.*

4 *Lucrum certum, & taxatum non potest deberi consocio, quia esset vsura, vide nu. 57. 67.*

*Socius non potest pacisci super certo, & taxato lucro nu. 4. vide nu. 57.*

5 *Capitale non potest stare saluum in societate, aliàs esset usura, vide nu. 57. 73.*

*Socius non potest pacisci quòd capitale remaneat saluum, & in fine restituatur sub pœna expensarum, damnorum, & interesse. nu. 5. vide nu. 57. 70. 71.*

*Assecurare capitale, & lucrum an socius possit, vide hic nu. 5. 6. & nu 57. 70. 71. 73.*

6 *Socius non potest dare dilationem socio ad soluendū capitale, nec durante dilatione aliquid pro interesse, & lucro accipere. 69.*

*Dilatione data ad soluendum capitale cum interesse, cōtractus psumitur usurarius, nu. 6 69.*

7 *Interesse lucri cessantis ratione mutui non debetur ante moram. nu. 69. 72.*

*Mora non committitur dilatione durante, nu. 7. & nu. 69, 72.*

8 *Vsura committitur in contractu mutui, depositi, societatis, & alterius generis contractus.*

*Depositarius non tenetur soluere interesse, quia esset usura. nu. 8. & 52 uide nu. 63 1.*

9 *Contractus præsumitur simulatus, & fictitius ex insolitis pactis, & promissionibus.*

*Clausulæ, & promissiones insolitæ arguunt contractum simulatum, & fictitium. nu. 9.*

10 *Debita à principio exigibilia si negligentia exigere debentis fiant inexigilia, cedunt ad damnum negligentis.*

*Socius si debita exigibilia non exigat, & sua negligentia fiant inexigibilia, tenetur consocio, ac si essent exigibilia, nu. 10.*

*Administrator, qui non exigit debita non fallita, si sua negligentia efficiantur postea fallita, & inexigibilia tenetur de suo resarcire, & asserēti esse exigibilia à principio incumbit onus probandi. nu. 10.*

11 *Socius potest detrahere tertiam, uel quartam partē debitorum exigendorū positorū in societate pp expensas, & inexigibilia debita, & de illis lucrū aliquod consocius habere nō debet. nu. 3. 75.*

*Procurator ad exigendum licitè potest habere tertiam, uel quartam partē debitorum exigēdorum propter debita inexigibilia, quæ communiter reperiuntur in libris mercatorum nu. 11.*

12 *Bona, quæ seruando seruari non possunt, si dantur*

32 *Ius canonicum, & non consuetudo, & statutum secularium attendi debet in his, quæ concernunt peccatum.*

34 *Fideiussor soluens virtute alicuius statuti illiciti, & obseruati, de facto coactè potest repetere à suo principale, secus si de facto non obseruaretur, quia tenetur se defendere, & nunciare principali, & nu. 35.*

*Statutum illicitum, & de facto obseruatum, perinde est, ac si de iure ualeret in hoc mũdo. nume. 34.*

36 *Contractus à principio licitus, si circa interesse partes excedunt uerum interesse non in totum anullatur, sed in parte excessu tantum, nu. 37. 40. 47. 48. 68.*

37 *Vtile per inutile non vitiatur in contractu permissiuo sui natura: Secus si mens in totum esset deprauata, & contractus à principio prohibitus, nume. 36. 40. 47. 48. 68.*

*Iudex ecclesiasticus potest inhibere iudici seculari super contractus illicito, & usurario, & etiam super permissiuo, sed excessiuo in interesse, & vsura. nu. 37.*

*Vsurarius an amittat pretium, & rẽ, uide hic remissiuè numero. 37.*

38 *Interesse, pensio, & affictus potest taxari à statuto, à lege, & à partibus in contractu licito, & permisso, vsque ad octo pro centenario.*

*Statutum, lex, & pars potest in contractu licito, & permisso taxare certum lucrum, & interesse, dummodo non sit excessiuum, & exorbitans, nu. 38.*

39 *Contractus, census, & ficti perpetui ualet usque ad octo pro centenario. nume. 36. 38. 47. 48.*

42 *Vsurarius si non percipit fructus, & sui culpa non permittit corrumpi, non tenetur illos restituere, & si percepit nõ tenetur de percipiẽdis propter titulum etiam inualidum. num. 43. 44. 52.*

*Emptor non dicitur fructus percepisse, nec rem possedisse per constitutum adeo, quòd teneatur alteri fructus restituere propter pretium non solutum. nu. 42.*

*Emphiteota, qui non percipit fructus non potest cadere, nec sibi potest declarari caducitas, num. 42.*

43 *Habens titulum etiam inualidum non tenetur de fructibus percipiendis, & qui uerosimiliter honestè percipi potuissent, secus si non haberent titulum, nume. 42. 44. uide nume. 54.*

*Titulus etiam inualidus excusat à fructibus percipiẽdis, & qui uerosimiliter honestè percipi potuissent. nume. 42. 43. 44. fallit, ut nume. 54.*

*Possidens pro herede, uel pro possessore non dicitur habere titulum excusabilem à fructibus percipiendis, nu 42. 43. 44.*

*Possidens domum, uel aliquam rem gratia conseruandi, & manutenendi, eam, & non ad utilitatem propriam necessariam, non dicitur fructus percipere, nec illos tenetur restituere. nu. 44.*

45 *Valor rei attenditur secundum tempus contractus in successiuis, & duraturis. Secus in momentaneis, nu. 44.*

46 *Promittens operarijs, & officialibus soluere quod alij soluent, aut quod est consuetum solui, intelligitur promisisse de minori summa, & mercede, si difformiter solueretur, & vide nu. 47.*

47 *Testes deponentes de varijs summis, & æstimationibus quomodo sunt conciliandi, vide hic.*

*Æstimatores si unus deponit de decem, alter de triginta, quomodo sunt concordandi, & quomodo iudex se debet regere, vide hic, nu. 47.*

48 *Emens bona potest illa dare in emphiteosim uenditori ad rationem quinque, & ultra secundum morem regionis, dummodo fictus non excedat octo pro centenario.*

49 *Promittens soluere uel aliquid dare cum iuramento non potest impedire solutionem, & executionem per exceptionem usurariæ prauitatis, nisi notoriè constaret de pignore, & usura; vide cautelam, nu. 50.*

*Debitor usurarum potest remittere usuras creditori, & non peccat accipiendo ad usuram, nu. 49.*

50 *Obligatus soluere, aut aliquid dare cum iuramento interposito in contractu, & laudo fœneratitio tenetur soluere, & postea repetere, sed cautela est, ut unico contextu deponat penes iudicem pecuniam, & postea iussu iudicis alia manu recipiat, uel præstat creditor idoneum fideiussorem de restituendo solutionem in casu succumbentiæ. nu. 49.*

*Executio non potest retardari in contractu fœneratitio iurato, nisi euidenter constet de usura, & fœnore, & idem in compromisso iurato, sed datur cautela, nume. 49. & 50. ubi idem est, quãdo debitor dictas usuras remitteret liberè creditori.*

51 *Testator legans centum scutos alicui soluendos per hæredem post tres annos, & singulo anno quinq; pro centenario, peccat, & ualet legatum in centum, sed interesse non debetur*

*betur nisi essemus in casibus permissis, num. 52.*

52 *Hæres testatoris non tenetur soluere interesse legatum, vel receptum à legatario, vel vsufructuario, nec in sortem computare, nec fructus contractus simulati, & pignoris perceptos per legatarium, vel vsufructuarium, nume. 51. 53.*

53 *Vsufructuarius si percipit fructus ex bonis pignoratis, vel vsuras ex contractu fæneratitio tenetur illos ipse, & non hæres testatoris restituere. nu. 52.*

*Fructus illicitos perceptos per legatarium, vel vsufructuarium ex bonis relictis à testatore cedunt ad commodum, & damnum legatarij, & vsufructuarij, & non heredis testatoris. nu. 52. 53.*

*Hæres quando non teneatur luere legatario rẽ legatam, nec fructus restituere, vide. nu. 53.*

55 *Contractus præsumitur talis, qualis in sua figura loquitur, nu. 62.*

56 *Societas potest contrahi in re mobili, & immobili, in quolibet negotio pro quolibet tempore, & in quolibet tempore, & in una re, ac pluribus, ac cũ masculis, & fœminis, nu. 60.*

58 *Socius quando facit mentionem in contractu societatis de lucro solùm, intelligitur etiam fecisse de damno, & idem econuerso.*

*Contractus societatis de sui natura comprehẽdit damnum, & lucrum, licèt non sit facta mentio, nu. 58.*

59 *Cautio, & æstimatio est de substantia in bonis, quæ seruando seruari non possunt, quia restituitur tantundem in genere, uel datur æstimatio ad electionem debitoris. num. 12. 64. 71.*

63 *Verba impropriantur propter subiectam materiam.*

*Voluntas contrahentium potius consideratur, quàm verborum conceptio, & potius ab effectu, & re ipsa, quàm ex verbis. nu. 63.*

64 *Socius dicitur dominus in re communi cum suo consocio.*

65 *Iudex ex suo officio potest taxare interesse in contractu licito, & permisso, si à partibus nõ est taxatum, nu. 68.*

66 *Bona mobilia, vasa, & alia instrumenta alicuius apothecæ, domus, & prædij rustici possunt locari, & recipiunt affictum, & pensionem, ac lucrum etiam in societate.*

*Locator potest locare suam apothecam spetiariæ cum medicinis, & rebus omnibus ibi repertis pro certo affictu singulo anno soluendo, & pacto quod in fine conductionis teneatur conductor omnia restituere, tantundẽ in genere, nu. 66.*

67 *Socius pro ratione administrationis singulo anno non reddenda alijs consocijs potest certum lucrum taxare & promittere de societate alijs consocijs. nu. 73.*

68 *Interesse, & fructus taxantur à lege in casibus permissis ad rationem quinque pro centenario, quia terra tantum fructuare dicitur.*

69 *Interesse (vltra illum taxatum à lege) potest peti quando est probatum tantum sibi interesse ratione lucri cessantis, aut damni emergentis. nu. 70.*

72 *Societas pactionibus potest transire ad hæredes.*

74 *Contractus tot sunt, & sententiæ, quot sunt capitula separata, & diuersa.*

75 *Socius non debet lucrum consequi de debitis suis positis in societate, non exactis absque culpa societatis, & consocij.*

76 *Libellus quomodo sit formandus in contractus vsurario.*

77 *Accipiens ad vsuram an possit esse testis contra illum, qui ei dedit ad vsuram ad fauorem alterius, & quando.*

*Testes in probando vsuram, qui possint esse, vide nume. 77.*

78 *Testes singulares an possint coniungi ad probandum quem esse vsurarium, uide hic.*

*Vsurarius, qui dedit ad vsuras non potest puniri, si non sit probatum vsuras recepisse. nu. 78. in fin.*

*Iuramentum in supplementum probationis nõ defertur in causa vsurarum num. 78.*

79 *Testis aduocatus, procurator, mediator, & auxilium præstans vsurarijs scienter, sunt periuri, & infames, & mortaliter peccant.*

## DECISIO LIX.

NOBILIS Io. Andreas Torniellus Aromatarius Mediolanensis habebat apothecam Aromatariæ. Et illã exercebat, in qua aderat capitale, ualuta, & æstimatio rerum vtensiliũ, medicinaliũ, & aliarũ rerũ ascendentiũ ad summã librarũ, 6633 & cõparuit D. Prosper Nicolinus, & dixit ei, ꝙ si uellet ei dare dictã apothecã, bona, & ea oĩa existẽtia in dicta apotheca, & corpus apothecæ in modũ ẽt societatis, ꝙ eũ cautũ faciet de dictis libris 6633. & ꝙ ẽt ei dabit lucrum, & honorantiam quolibet annó, donec dictus D. Ioan.

Andreas erit satisfactus de capitale, & Lucro, quod poterit exire ex dicta societate; Qui D. Io. Andreas fuit contentus; & in hunc conuenerunt modum.

Nam primo conuenerunt, quòd ipse Io Andreas teneretur acceptare pro socio, & ponere in suum locum D. Prosperum Nicolinũ, prout acceptauit, & acceptat, & ponit in eius locum de omni re speciariæ, Medicinalium, & aliarum rerum cõsimilium, quæ sunt in d. Apotheca, & ẽt. respectu utensiliũ, & mobiliũ d. Apothecæ, & domus, & debitorũ Nouorum, & ueterũ, & constituit eũ procuratorem suum specialem, & uti in rem propriam, & quòd possit disponere de dictis rebus prout, & sicut poterat facere D. Io. Andreas ante præsentem contractũ, cum cessione iurium, & translatione Dominii, & possessionis, & obligatione suorũ bonorum pro suo dato, & facto tantùm.

Secundo, quod ipse Prosper Nicolinus sit obligatus, pro ut promittit, & obligat sub obligatione omnium suorum bonorũ dare, & soluere D. Io. Andreæ, aut eius hæredibus in pecunia numerata dictas libras 6633. pro pretio, & capitale dictarum Rerum in terminis infrascriptis, videlicet libras 2503. in Pascha resurrectionis Domini Nostri, & residuum, quod est scutorum septem centum in termino annorum septem proximè futurorum, cum omnibus damnis, expensis, & interesse.

Tertio, quòd pro honorario, aut lucro quod posset spectare, & pertinere ad dictũ Io. Andream causa dictæ Speciariæ, & corporis Apothecæ Speciariæ in dictis septẽ annis ipse D. Prosper Nicolinus sit obligatus, & ita promittit, & obligat se, & eius bona dare, & soluere d. Domino Ioan. Andreæ, aut eius hæredibus scutos quinquaginta singulo anno durantibus dictis septẽ annis, cum hoc quòd ipse D. Prosper Nicolinus non teneatur reddere aliam rationẽ dicto D. Io. Andreæ de Lucro prouenienre ex dicta Apotheca, aut Mercantia, soluendo tamen singulo anno scutos centum cum lucro, & honorario. Et in fine septennii teneatur soluere integrè omne residuũ Capitalis, & quòd in omni solutione dicti pagamenti debeat detrahi dictum Lucrum scutorum quinquaginta ad ratam, & quod possit etiam quandocunque dictus D. Prosper intra dictos septem annos soluere omnem sororem, & capitale.

Quarto, quòd dictus D. Prosper teneatur durante dicto septennio exercere prædictam Speciariam ad utilitatem præsentis societatis, & contractus.

Quinto, quòd ipse D. Prosper confitetur habuisse, & recepisse omnem dictam Speciariam, res, & bona supradicta.

Sexto, quòd finitis dictis septẽ annis si ipse Prosper soluerit dictũ capitale, & Lucrũ possit esse, & sit Dominus absolutus totius rei, & bonorum, & corporis Apothecæ Speciariæ.

Vltimo iurauerunt in forma &c.

Et cùm D. Io. Andreas ultimo anno peteret Residuum dictorum scutorum septẽ centum, & Lucri; ipse D. Prosper Nicolinus querelauit illũ De usuraria prauitate, & fecit inhibere iudici seculari, ne concederet executionem dicti instrumenti donec fuerit cognitũ super dicta exceptione usurarũ, cui fuit replicatũ ꝑ dict. D. Io. Andreã d. Executionẽ impedire nõ posse uirtute iuramenti, & etiã quia nõ est uerũ, ꝙ contractus sit mutui & simulatus, & usurarius: & primus iudex iudicauit instrumentum esse usurarium, & fructus computari in sortẽ, à qua sententia fuit Appellatum, & causa hic Papiæ mihi à Papa commissa, unde modo est uidendum an bene, uel malè fuerit Appellatum, & contractus fuerit, uel sit usurarius.

Pro parte D. Prosperi Nicolini multa deducuntur ad hoc, ut cõtractus sit usurarius, tamẽ reducũtur ad tres, uel quatuor cõiecturas, nã ceteræ tẽdunt ad rescisionẽ contractus ex capite læsionis. Et primo adducitur. Quòd iste cõtractus fuit ueditionis, aut mutui breue manu, & nõ societatis, q̃a D. Io. Andreas dat merces, & corpus Apothecæ Speciariæ dicto D. Prospero pro libris. 6633. & transfert Dominium, & possessionem, cum constituto, cessione, & obligatione bonorũ, ac ꝓmissione de suo dato, & facto tantum, quæ omnia denotant † ueditionem, & non societatem. §. pretium, insti. De emptio. & uend.

Et quando transfertur dominium nõ potest esse † societas in re trãslata, q̃a ipse Dominus in re sua haberet consociũ, qui nihil poneret ꝓ Rescuntro, & esset societas Leonina, l. si nõ fuerint §. Arist. ff ꝓ socio, quæ reprobatur uti usuraria, ut notant Docto. in c. Nauiganti, ubi Abb. num. 11. & 12. De usur. Bal. in auct. Ad hæc, C. de usur. Deciã

con-

consilio 29. numero 28. uolum. 2. Deci. in Rubr. de usur. nu. 114. & seq. & in l. 2. §. creditum, num. 4. ff. si cert. petat. & in casu isto, quando transfertur Dominium, quòd non sit societas cōsuluit Natta. cons. 403. per totum, & numero 5. uolum. 2. & Riminal. Iun. consilio 218. numer. 61. lib. 2. Bero. consilio 168. sub num. 18. lib. 1. Paul. de Cast. in l. Titius. ff. de præscript. verb. sub num. 4.

Secundo, adducitur, quòd in ista Speciaria fuerunt data, & ęstimata pro capitale, utensilia Apothecæ, & domus, ut vasa, & alia similia, & debita fallita, quæ non producunt fructus, & Lucrum aliquod, sed potius damnū, ideo nō potuit aliquod ho-
3 norariū, & Lucrum † constitui, & percipi in recompēsationem fructuum, Cagnol. in l. curabit. numer. 22. vers. secundo. Noto, & num. seq. C. de actio. empti. Lup. Gemi. in d. l. curabit. comment. j. §. 7. sub numer. 141. vers. colligitur quarto cart. 41. & in cap. Nauiganti. comment. 3. §. 5. sub num. 104. in fi. de vsur. car. 123. Diuus Tomas. 2. secundæ q. 78. Artic. 3. ad 7. & Bero. d. cōs. 168. num. 26. vol. j. Conrad. De contractib. Lici. & illici. lib. 5. quæst. 87. & seq. cart. 459. Capici. Decis. 175. num. 1. car. 205.

Tertio adducitur, quòd in huiusmodi cōtra-
4 ctu fuit taxatum certum † Lucrum, & honorarium, quod non est licitum iu societate etiam per viam cessionis, cùm dubius, & incertus sit Lucri societatis euentus. Conrad. in Tracta. de Contract. illici. q. 96. car. 536. Lup. de Sancto Gemi. in l. curabit. comment. 1, §. 6. num. 121. vers. Quæritur etiam C. de actio. empt. car. 37. Deci. in cap. cum venerab. sub num. 14. vers. Taxatio vero de exceptio. faciunt, quæ dixi in Decisi. 35. nu. 17. & seq. in prima parte Neuizā. cons. 74. num. 2. & seq. Alcia. libro 1. Responso 8. in præsenti. Tomo. j.

Quartò adducitur, quòd voluit iste D. Io. Andreas, vt capitale restaret saluū, & ꝙ D. Pro-
5 sper socius solueret capitale, † & Lucrum in termino septē annorum, sub refectione expensarum, damnorum, & interesse, quo casu dicitur fuisse mutuū, & palliasse vsurā sub nomine societatis, & ideo huiusmodi societatē esse reprobatā, & Lucrū non deberi, sed excomputari in sortē, qa esset Leonina societas. Ambro. de Vigna. in cap. salubriter, num. 166. versi. quarta cōclusi, & seq. extra de vsur. & est cōmunis opinio Didac. Couar. lib. 3. Variar. Resolu. cap. 2. num. 3. Io. Lup. in Repeti. cap. ꝑ vestras. §. 11. sub nu. 5. vers. & per ista de Donat. inter vir. & vxor. cart. Lup. Gemi. in cap. Nauiganti. in §. 1. cōmen. 3. nu. 24. dē Vsur. ubi alios allegat, & latè Natta. cōs. 403. & cōs. 404. vol. 2. vbi de cōmuni attestātur. Bero. cōs. 168. nu. 19. & 29. vol. j. & hāc opinionē ēt Theologi tenēt, ut Diuˢ Thoma. secūda secundæ q̄st. 78. arti. primo ad 5. Conrad. de cōtract. lici. & illici. Tracta. 3. q̄stion. 59. in 2. conclus. cart. 278. col. 2. Sotto. lib. 6. de iust. & iur. q. 6. Arti. 2 cū alijs similibus. Nec obstat dictū Nauar. in suo Manual. Cōfesso. cap. xvij. nu. 254. & seq. cart. 383. cū alij allegatis infra in tertio fundamento Tornielli, ubi pōt assecurari capitale dando aliquid pro assecuratione, quia hic non fuerūt celebrati duo vel tres contractus, nec aliquid exp̄ssè datum, uel promissum pro assecuratione, vt requiritur ad euitandam fraudē fænoris, ut dicit Nauarra in d. cap. 17. num. 255. & alii infra allegati, aliàs daret ansam scandalizandi proximum, & infamaretur, vt per Cōrad. de contract. lici. & illici. q. 96. & 97. in fin. & tanto magis, quia assecurauit etiam Lucrum, quod non permittitur, vt per Bero. d. cons. 168. num. 29. volum. i.

Quinto adducitur, quod iste D. Io. Andreas consignauit, & dedit merces, & vtensilia, ac mobilia omnia Apothecæ Speciariæ dicto Dom. Prospero pro libris, 6633 & dedit dilationem ad soluendum capitale infra annos septem, sub velamine societatis, & quòd verè fuit mutuum, nā uoluit pro dictis pecunijs intra dictum tempus lucra
6 ri septē procentenario † quod non est licitū, nec permissum in iure c. Nauiganti. de usur. & ibi notat Abbas. nu 12. & Bero. cōs. 168 num. 16. volum. 1. quia est perceptum negatiuū, quod obligat semper, & ad semper, vt dixi supra Decisio. 27. n. 35. in j. par. Natta. cōs. 498. num. 23. vol. 3. Lup. de Sancto Gemi. in l. curabit. commēt j. § 3. num. 32. seq. C. de actio. emp. cart. 11. & in cap. Nauiganti. comment. 3. §. j num. 42. de vsur. per illum text. car. 102. vbi etiam non potest aliquid accipi pro assecuratione capitalis mutuò dati, licèt secus sit in alijs contractibus, ut dicit ēt ibi nu 22. & 23 car. 97. & licet sit Mercator, & possit petere uerum interesse Lucri cessantis, tamen hoc non posset petere in casu isto durante dicta dilatione conuenta in fraudē usurarū, & in odium ipsius Mercatoris, & dilatio durabit,

rabit, & solùm post dictam dilationem ob moram poterit petere, quod sua intererit à die moræ citra, & non ante, quoniã an-
7 te moram † interesse Lucri cessantis ratione mutui non debetur, vt tradunt omnes Doct. in d.c. Nauiganti. Natta. cõs. 370. vol. 2. cons. 498. nu. 28. & 29. vol. 3. & dixi supra. Decisio. 2. nume. 27. & 28. hac eadem par. 2. car. 55. & infra num. 69.
8 Sexto, quia † vsura non solùm cõmittitur in contractu mutui, sed etiam Depositi, & societatis, & cuiuslibet generis cõtract⁹ nominati, & innominati, dummodo ex coniecturis appareat fœneratitius, vt in societate loquitur Bero. d. cons. 158. nume. 16. 27. in fin. & nu. 28. vol. j. cart. 629. & nu. 32. Bursa. cons. 117. sub numer. 5. vol. j. Rim. Sen. cõs. 218. numero 18. & 59. vol. 2. car. 308. & in dote loquitur. Alex. cons. 178. viso ꝓcessu. col. 1. vol. 7. & ĩ deposito loquit̃ Curt. Iuni. cõs. 239. nu. 29. & seq. vol. 3. & ĩfra num. 52.

Septimo adducitur, quòd iste contractus fuit inusitatus, & factus præter, & contra solitum contractuum societatis, tum quia Merces & vtensilia non fuerunt visa, æstimata, & descripta, nec debitores, adeo quòd posset verè dignosci distinctè debitum vtensilium, à Mercibus, & debitoribus, & an esset læsio in æstimatione, cùm etiam quia non fuit dictum septennium datum integrum, sed quòd singulo anno sit fiẽda solutio capitalis, & lucri, & finita solutione capitalis contractus sit extinctus, vnde clara colligitur coniectura, quod D. Io. Andreas noluit inire societatem, sed vendere dictã Apothecam Aromatariæ, & dare dilationem ad pecunias consequendũ, & singulo anno certum quid ꝓ lucro illarum consequi, & hæc videtur vehemens cõiectura, & quando contractus fit insolitus arguitur
9 † simulatus, fictitius, & dolosus. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonẽ. ff. de ædili. edic. a contrario sensu, vt ibi Bar. notata. & dixi supra Decisio. 2. nu. 22. hac par. 2. cart. 53. & Lup. Gemi. De vsur. comment. 2. §. i. nu. 49. car. 64. & in societate notat Abbas. in d.c. Nauigãti. n. 12. & Deci. in rub. de vsu. nu. 114.

Octauò adducit̃, ꝙ cũ in societate sint data debita fallita, & illa nõ fuerint exacta nõ poterũt facere capitale, nisi eo modo, quo re
10 perirẽt, hoc est dato ꝙ sint † exigibilia, & exigi possint, q̃a tũc si negligẽtia cõsocii Nicolini nõ esset exacta, bene posset facere capitale, & lucrũ q̃a haberent ꝓ exactis ꝑ ea, q̃ dixi in Decisio. 39. nu. 24. 27. 31. 33. 34. & 37. ĩ 1. par. Gigas. cõs. 150. nu. 5. & seq. car. 166. Decian. cons. 85. num. 26. & seq. vol. 2. cart. 565. vbi Torniellus tenetur probare qđ debitores non exacti essent soluendo tempore initæ societatis, si autẽ non sunt exigibilia, non possent facere capitale, nec lucrum, ut patet sensui, & tunc procedunt, quæ dixi supra, in 2. fundamento num. 3. & alia adducta in mea decisio. 43. num. 64. in prima part. Craue. cons. 767. numero 11. vol. 5. car. 49. bene Capici. Decisio. 175. nu. 1. car. 205. & Octauia. Pedemonta. Decisio. 51. numero 8. & seq. car. 188. Gaspar. Caballi. in milleloquio. 93. in prima par. cart. 37. & cum ex processu appareat detrahi solitum esse tertiam partem huiusmodi debitorum tamquam fallitorum, vel inexigen-
11 dorum videtur alio nõ constito † detrahi debere dictã tertiã partem; adnotata in similí per Lup. de Sancto Gemi. de vsur. in d. cõment. 1. §. 6. nu. 126. car. 38. per Capici. d. Decis. 175. numero 1. & pulchre per Petr. de Vbal. de duob. Fratrib. in 11. part. q. 33. num. 34. cart. 138. vbi detrahi debent expẽsę fiendę in exactione debitorum, sicut in distractione societatis.

Nonò adducitur, ꝙ in ista societate merciũ,
12 & rerũ, q̃ seruãdo † seruari nõ possunt, in Restitutione venit res tantundem in genere, aut æstimatio ad electionem Nicolini Debitoris, Afflí. Decisio. 342. num. 3. Federic. Scot. cõs. 2. nu. 52. & seq. vol. 1. car. 23. dixi in meo Tract. de vsufru. Mulieri. nume. 145. car. 593. & sub num. 146. cart. 597. uersi. Et est in electione, & infra nu 59. & licèt in cõtractu sit tantùm expressa æstimatio, & sic restitutio æstimationis, tamen minus scriptum, quàm dictum fuit, & p æsumitur etiam de restitutione rerum fuisse conuentum, & sic secundum ius commune, & naturam cõtractus societatis, quę est quòd
13 finita societate † res bona, & pecuniæ repertę in societate diuidantur ad ratam inter socios, si omnes illas posuerunt, sinautem restituantur ei, q̃ illas posuit; si uerò est lucrosa societas, lucrum inter ipsos diuidetur ad ratã, & si bona, & merces nõ reperiuntur, tunc æstimatio fiet & diuisio in nominibus debitorũ, & pecuniis societatis iuxta modũ traditum à Petr. de Vbal. de Duob. Fratrib. in 11. part. q. 33. nume. 34. cart. 137. vbi pulchrè Bal. consil. 61.

61.in princ.uol.2.& cons 493.uol.4.Et ut est supradictum in materia Lucri conuenti & infra num. 58. etiam intelligatur conuentum.de dãno,licèt de eo non sit dictum, ut dixi in 4.fundamẽto Tornielli, per Doctrinã Nat. consil. 554.nu.7.uol.3.Decian. cons.11.num. 13.uol. 1. & Petr.de Vbal.de duob.Fratrib.in 4.part.sub nume. 6. uers.
14 erat enim Mercator.car. 26.& quãdo † duo à lege æquiparantur, uel intelliguntur licèt in aliquo contractu simpliciter de uno sit dispositũ, censetur etiam de alio cõuentũ, uel non præsumitur sublatũ,cũ uterque sit compatibile,per ea,quæ tradit Bero. q.37. numero 4.& quæstio.97.nu.7.& 8.&in cõs. 136.num.6.uol. 1.Laur. Sylua.cons.25.nu. 1.Alex.de Neuo. cons. 25.num.9. & Bello. condi.22. numero 3. Octauia. Pedemont. Decisio 85.num. 12.& seq.car. 327.tetigi. in tracta.de Tutore. num. 94.car.84.Alba. cons.96.nume. 1. Ruin. cons.123.num.10. uolu.5.& Angel. de Gambilio.in cons.24. num.2.& 3.& nu.14.cart.106.ubi dicit procedere,qñ in omnibus æquiparantur.

Decimò adducitur,quòd in isto cõtractu societatis nõ solùm merces, utensilia, mobilia,& nomina debitorũ fuerũt posita,sed ẽt Apotheca, & domus, & Torniellus pro-
15 misit pro illo tẽpore † manutenere Nicolinũ,aliàs de euictione ꝓ suo dato,& facto tantũ,quę possunt fieri, & interueniri.l.4. l.si Margaritam, & l. cum duobus, per totum. ff.pro socio.Bero.cons. 161.nume.20. uol.1.& tãgitur per Pet.de Vbal.de duob. fratrib.in 11.part. nu.28.q. 27. Dixi in primo fundamento Tornielli, sed Nicolinus non fuit manutentus,& fuit delectus à domino d.Apothecæ,& domus,& fuit coactus aliam Apothecam & domum conducere cum maiori pensione,& dare pecunias anticipatas pro solutione in damnum societatis, ergo illud damnum pro rata Tor-
16 niellus tenetur refundere, † alias esset usura,& societas Leonina l.si non fuerint. §. Aristo.ff.ꝓ socio §.illud instit.ꝓ socio. Decian.cons.29. nume. 28. uol.2.Bero.latè in cõ.168.uo.1.sentit.Pet.de Vbal.de duob.fratri. d. 11. par. q. 27. numero 28. uers. si aũt conductio.car.136.uel saltẽ de euictione tenetur ex pacto,& conuentione,Caballi.in Tracta.de euictio.§.4.nu.52.uers.quid in diuisionis contractu.car.187.Ad consiliũ. Rimi.Iuni.cons. 177. uol. 2.positum infra numero 61, non conteritur tempus,quia non uidetur loqui in casu nostro,& facit in contrarium totum consilium.Bero.d.cons. 168.uol.1.& notata ꝑ Petr.de Vbal.de duobus fratrib.in 11.part.q.33.nu.34.cart.138. Conrad. de contractib. lici. & illici. Tract. 3.q. 56. in 4.conclusio. cart. 264. col.2. & q. 56. cart. 267. & quæst.59.in 3.concl. cart. 279. colum.1.& quæst.33.car. 144.& uidetur cõtrarium sentire ipse Rimi.Iuni. in cons.463.nu.35.& seq.uol.4.car.355.

Vnde cũ doctores magis communiter uelint
17 tres reqri † cõiecturas legales, & non duas ad faciendũ præsumi cõtractũ fęneratitiũ, ut dixi supra, in prima decisio. nume.7.& decisio.2.nume.15.hac eadem par.2.cart. 50.ubi declaraui.& per Rolan.cons.96.nu. 19.uol.2.& sentit synodus Florentinus in cap.9. de Vsur. in princ. car. 76. & in casu isto reperiantur non solũ tres, sed quinque, & ultra,sequitur quòd contractus potius iudicãdus est fęneratitius,& usurariꝰ, q̃ licitus,& permissus propter salutẽ ani-
18 mę,quæ præferri debet † commodo Bursali,ut dicit Alciat.lib.primo.responso 3.in proposita nu.21.& seq. tomo 1.car.4.& Bero.d.cons.168.nu.27. uol.1. Hippol Bonacos. in Tracta. suo inordinato. De præsumptio. in uerbo usurarius car.328.col.3. & dixi supra d.decisio.1.num.110.car.40. & decisio. 2. numero 40.cart. 60. & decisio. 12. num. 18. ubi dixi procedere,etiam quòd esset consuetudo in illo loco faciẽdi huiusmodi contractus, quia solùm à pę-
19 na criminali excusaret † eum,& nõ à restitutione rei,& fructuũ & seqtur Nat.cõs. 498.nume.24.& 25.uol.3.car.38.& Rimi. Seni.cons.450.num.48. uolum.3. Plot.cõs. 10.in fin. Mantua. cons. 11 nume.26. lib.2. Rimi.Iuni. cons.218.num.14.seq.nume. 52. & seq.& nu.89. uol.2.car 309.Ioseph Ludo.commu.conclus.q. 5. uers. quando tamen cart. 110.colum.2.

Et aduertẽdũ est ad unũ in hac materia usurariæ prauitatis,ĩ qua multi decipi uñr,qa cõ
20 uẽtiones,& pacta,licèt ĩnt de ꝑ se † licita,& ꝑmissa,ut est pactũ de retrouẽdẽdo,& recmẽdo affirmatiuum,& Negatiuũ,Locatio, Societas,Assecuratio, Taxatio certi lucri ꝓ rõne nõ reddenda,& quid simile,ut dixi infra,num.26.& notat Auerar. consil.150. car.400.Decian.cons.106.numero.8.uol.3. & cons.2.numero 135.lib.primo.Ias.cons. 153.col.2.uol.4.car.72. Bero. cõs.169.uol.1. Bursa.cõs.117.num.13. uol.3.& Hiero. Ga

bri.

bri.cons.74.car.88.cum alijs similibus: Tamen si coniunguntur cum alijs coniecturis de sui natura licitis, sed suspectis à lege, aut à Doctoribus, & sint vltra duas, trãseunt in vitium, & de licitis fiunt illicitæ, & inducunt præsumptionem fænoris, & vsurarum, aut pignoris, vt dicam infra
21 num.26. & istis † vsurarijs non iuuat Regula illa, quòd Abũdare cautelis nõ nocet, sed potius eos illaqueat, infamat, & grauat, vt pulchrè p Anchara cons.257.col.fi. & Rimi. Inni. cons 433. numero 15 vol.4. car. 272. Etiam quòd contrahentes essent Nobiles, Mercatores reales, Religiosi, Ecclesia, Pius locus, & persona bonę cõditionis, & famæ, ac timoratæ cõscientiæ, quia etiam isti aliquando faciũt Contractus Feneratitios, & Pignoratitios, credẽtes fortasse esse licitos, vt ego pluriẽs * Iudicaui, hic Papiæ, quia nullus excusatur à peccato fænoris & mutui propter pręceptum negatiuũ, etiam si esset Minor doli capax, Rusti-
22 cus, & Mulier, † nec à restitutione rei, & fructuum, quãuis à pęna corporali in iudicio contentioso posset excusari, per ea, quę dixi. supra in Decisio 3. numero 30. & 31. in prima part. & supra in Decisio 2. num. 39. & 40. car. 60. & tetigi infra nu. 33. & 47. Bene verũ est, quòd in istis personis propter eorum qualitatem, coniecturæ deberẽt esse vrgentiores, & duæ non sufficerent (etiã quòd
23 adesset pactum † Negatiuũ, vel paruitas pretij in magna quantitate) propter pręsumptionẽ eorum, quam habẽt pro se, quæ elidit unam præsumptionem, & coniecturam fœnoris, aut Pignoris, iuxta adnotata supra in Repertorio. Decisionum. in uerbo. præsumptio una. car. 1149. col. 1. in prima part. Et ita sunt intelligenda adducta supra in Decisio. 1. nu. ? cart. 10. & hic infra. nu. 33. Aliàs daretur materia Delinquendi, quia istæ personæ possent facere huiusmodi contractus absque labe, & suspetione fænoris, quod non est admittendum, nã & isti non intrabunt in Tabernaculo Domini propter generalitatem præcepti Domini, qui dixit in Psalmo Dauid XIIII. quòd ille intrabit in Tabernaculo Domini, qui pecuniam suam non dederit ad usurã, & Munera super innocentem non acceperit; & ideo si adessent tres, aut quatuor bonæ coniecturæ fœnoris, contractus esset in totum illicitus, & tenerentur fructus per-
24 ceptos non † extantes computare in sortem, & extantes restituere, ut dixi infra nu. . . . . . . . & per Lup. de Sancto Gemi. in Tract. de usur. Comment. 3. §. 6. nume. 143. & 144. car. 136. Caballi. in milleloquio. 538. car. 12. Sebastian. Medice. De compensa. in 1. part. q. 9. nu. 6. in fin & num. 7. in 3. & 4. Amplia. car. 21. ubi dicit singularem successorem etiã teneri illos restituere ex doctrina Bal. in l. 1. numero 2. C. de pign. actio. & ibi dicit notãdum; quæ tamẽ intel-
25 ligo teneri † singularẽ successorẽ restituere extantes, non extãtes teneri suum Actorem, ac si ipse percepisset. l. fructus. C. de usur. & innuit Bal. in d. l. 1. num. 2. tetigi in Repertorio in uerbo. Fructus cart. 985. col. 1. Et in hoc uidetur singularem successorem teneri ad fructus extantes, & perceptos ẽt ante litem contestatam speciali fauore fænoris; quod alter successor singularis non teneretur nisi à die litis motæ pter Titulum, & bonam fidem, Paul. de Cast. cons. 247. num. 6. uol. 1. licet eius auctor. & hæres teneretur ad æstimationem illorum fructuum à principio usque ad litem perceptorum, ut tetigi infra num. 52. & supra, in Decisio. 6. num. 11. car. 131. & in Repertorio, in uerbo Fructus una cũ re. car. 985. col. 5. Mathe. Vesembeci. Oltramonta cõs. 6. nu. 101. & seq. cart. 290. & uide Bar. in proemio. ff. in §. Tertii, & ibi Apostilla. in uerbo. in uita. ubi ẽt Docto. ubi in cõtractu pignoris uidentur tenere oriri Actionem meram personalẽ etiã de iure Canonico, secus in contractu fœneratitio, & illicito, & sic faciunt differentiam inter contractum pignoris, & contractũ fænoris, ut facit Neuizan. cons. 33. sub nu. 7. uide quod dixi supra. Decisio. 2. num 41. & Alex. cõs. 46. nume. 6. uol. 3 Bero. cons. 169. num. 12. uol. 1. unde patet, quòd pacta, & cõuentiones oẽs sunt de sui natura licita, & permissæ, sed transeunt in uitium, propter numerum aliarum coniecturarum, & ger-
26 minant contractum simulatum, & † fœneratitium, Aliàs nullus cõtractus posset iudicari fæneratitius, cùm omnes illæ coniecturæ de per se, & sui natura à lege nõ sint prohibitæ, ita colligitur ex Adductis per Tiraquel. De iur. constituti. in Nona limita. sub num. 3. 4 & 6. car. 146. Lup. de Sancto Gemi. De usur. in comment. 2. § 1. num. 28. & num. 40. uers. intelligas tñ cart. 63. Ioseph. Ludoui. cõmu. conclusio q. 51. car. 815. Didac. Variar. Resol. lib. 3. cap. 8. ad finem, &

nem,& c.9.nume. 3. Anton. Burgos.in repeti.cap.ad nostram.num.4.& 5. De emptio. & vend.cart. 51. Ias.cons. 153.col.3.volum. 4.car.73.late.Hiero.Gabri.consi.74.numero 23.& 24.car.88.sentit Franc.Becci.consil.52.nu 83.& 84.cart.92.Anchara.d. consilio 257.num.2.& 3.& pulchrè facit breuis ratio adducta per Moder. Appostilla. ad Deci.in cōs.210.nu.4.in fin.in uerbo, inæqualitas,ubi dicit,quòd illæ coniecturæ nō inducunt fraudem,sed bene ex pluribus simul iunctis inducitur fraus.

27 Et in pacto de † Retrouendendo non est distinctio, an sit factū in eodem instrumento,uel incōtinenti post instrumentū uenditionis coram iisdemmet Testibus,& Notario eodem tempore,quia uidentur isti duo Contractus Correspectiui,& unus factuscōtēplatione Alterius. Adnotata per Franc. Becci.cons.92.num.8.car.164.Alba. consilio 21.nu.6 non obstante dicto Corne. in consilio ultimo.uol.primo. Immò arguit maiorem suspitionem fœnoris ob astutiam usurariorum Paliantium contractus usurarios, faciendo pactum de retrouendendo post uenditionem eadem die, uel post octo aut certos dies,ut in terminis cōsuluit Crauc.cons.156.nu.3.& 17.uolum.1.cons.991. num.20.uol.3.Rolan.cons.40.numero 32. volumine 2.Rimin.Sen.consilio 451.num. primo & 2.uolum.3.Cagnol.in l.2..nume. 168.C.de pact.inter empto.& uendi. cart. 162.Et in hoc Abbas.in consilio 69.colum. 2.uersi.3.uol.2.non contradicit, quia dicit, quòd Emptor per interuallum in gratiam fecit tale pactum.Nam quando apparet de gratia,& quod à principio uerosimiliter de hoc non potuerūt cogitare bene per interuallū puta sex mensium,aut anni, non inducit præsumptionem aliquam fœnoris, & ita procedunt allegata per Paul.de Cas. in l.pacta Nouissima,num.7.C. de pact. & ita sunt intelligenda,quæ supra dixi.in Decisio.j.nu.7.ut sequitur etiam Octauia.Pedemonta.Decisio.42.nu.5.car.167.Bursat. cons.117 num.8.lib.1.cart.240.& Lup. de S.Gemi.de usur.car.61.num.34. & tale pa-

25 gnetur alio tempore, & † maximè quando consignatio est fienda in tempore ordinario, et in quo illa res nascitur, et solet vendi, et secundum valorem currentem illius temporis, quo debet tradi, et consignari, quo tempore nulla fraus vsurarũ p̃õt colligi, quia pro iusto pretio traditur, si postea differt Debitor sua culpa, & mora, tradere sibi est imputandum, per d. l. vinum. et ibi

Docto.ff.si cer.petat. Rota.Genuę. Decisio 211.car.267.

Vnde finaliter omnibus consideratis primus Iudex D. Vicarius Carrariæ IVDICAVIT * contractum non esse usurarium, et essequendum contra dictum Lottum filiũ, & hæredem dicti Rochi, de anno 1569. Secundus verò iudex appellationis, qui fuit Mag. D Pirus Tharus. IVDICAVIT * esse vsurarium, Tertius verò iudex, qui fuit Mag. D Franciscus Astius, CONFIRMAVIT * primam sententiam, & ualde fuit admiratus, quòd proponeretur tales contractus sapere vsurariam prauitatem, & ita contractus emptionis olei cadorum, & barilorum centum duorum fuit exequutus, quod idem posset dici in Regione castri Terzerii, & Bagnoni, ac locis circunuicinis, si illi contractus fictorum essent à principio iusti. et à lege tollerati, quia possent multiplicari vsque ad alterum tantum, &

26 non ultra per ea, quæ dixi in tracta. de vsufru. numero 210. car. 721. et Rolan. consilio 69. nu 26. uol. 3. nisi facto calculo fieret capitale, ut supra num. 24. sed quia sunt suspectissimi, et penitus illiciti cum contineãt emptionem bonorum, pactum de retrouendendo, locationem dictis met uenditoribus cum pensione, & fictu excessiuo absque solutione oneris, & gabellarum, & positione ad eorum æstimum, & modicitate pretii, ac aliis illicitis conuentionibus, ut est in illis uidere, ideo marcida facta pecus totũ corrumpit ouile, & omnes illi contractus sunt usurarii, & illiciti tamquam pullulati ab infecta radice, & ibi inest Diabolus tanquam Leo rugiens circuens, quem deuoret, & sunt extirpandi, & omnes fructus cũ sorte compensandi, iuxta per me superius adducta in Decisio 2. numero 7. & sequen. & numero 32. cart. 48. & in Decisio. 13. per totum, & maximè, numero 20. & 24. cart. 253. qua de re bene facerent istæ personæ si facerent Census secundũ bulllam Pontificis Pii quinti, ut faciunto hodie in patria mea, & bene, ne ad hoc vt corpus gaudeat, anima crucietur continuo in inferno, quia non possunt appretiare frumentum, & farinam castanearum de mense Maii, & postea de mense Augusti uelle tantũ frumentum, & farinam pro minori pretio, & postea iterum de mense Maii per æstimationem quãti plurimi propter moram appretiare, & sic singulo anno hoc facere, & reducere sũmam unius starii frumenti ad summã triũ, quatuor, & ultra, Adeo quòd Misellus ille debitor illaqueatus fictuarius pro scutis decem soluit quatuor, & quinque staria frumenti, & sic usuram cẽtesimam, quòd quã inhumanum, & diabolicum sit, sentiunt animæ illorum, qui cruciantur in inferno, sicut etiam faciunt illi, qui dant pecunias ante mensem Ianuarii hominibus, ut de mense Ianuarii dent puta cados decem olei pro scuto uno singulo barilo, & si tunc tẽporis ualeret minus pro illo minori pretio, si plus ualeret non sit obligatus soluere nisi illum scutum Aureum, quod fieri non potest ullo modo, quia mens est deprauata, & ex pecunia vult aliquid plus sẽper accipere, per notata per Nata d. cons. 670. vol. 4. & Plot. in d. cons. 74. & Nauarra in suo Manual. confessio c. 17. nu. 225. & sequen. car. 374. cum aliis supra numero 11. allegatis.

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO XV.

## ARGVMENTVM.

Thesaurum, & pecunia repertum in bonis Ecclesiæ medietas est inuentoris, alia Rectoris illius Ecclesiæ, aut Fisci.

Episcopalis cameræ, & non Regis secularis, aut Domini illius loci.

Ecclesia post Donationem Constantini cæpit habere propria bona, quæ non subiacent iurisdictioni Imperatoris, sed Papę.

Nemo potest ire in bonis alterius ad fodiendum, & inueniendum uenas metalli, lapidum, & rerum pretiosarum sine licentia domini, & iusto pretio.

## SVMMARIVM.

1 *THesaurus, aut peculium inuentum in fundo, ut loco publico, uel Religioso debet dari pro medietate Fisco seculari, alia medietas inuentori, Declara, ut numero 5. 10. et 11.*

*Inueniens Thesaurum, aut pecuniam arte Magica, uel reprobata debet puniri, in uenium restituere Fisco, et nil lucrari n. 1 [illegible]*

Eccle-

2 *Ecclesia habet die bona propria, & Fiscum, & non subiacent sub iurisdictione Imperatoris, nu. 3.*

*Bona ecclesiastica non subiacent iurisdiction Iudicis, & Domini secularis, nu. 2.*

3 *Clericus si delinquit, bona mobilia transeũt in Fiscum ecclesiasticum, immobilia patrimonialia ad Fiscum seculare.*

*Fiscus ecclesiasticus confiscat bona mobilia, bona uerò patrimonialia, & prophana Fiscus secularis, nu. 3.*

4 *Emphiteota, & Feudatarius habet medietatam Thesauri inuenti, & alia medietas inuentor, & proferuntur directo Domino, & quid in vsufractuario, & proprietario.*

*Vsufructuarius an proprietarius debeat habere medietatem Thesauri inuenti, nu. 4.*

5 *Clericus est vsufructuarius in uita, & usurius in morte in bonis Ecclesiæ.*

*Ecclesia, cimiterium, & locus sepulturæ dicitur publicus, & commune, & ideo Thesaurus inuentus est Fisci Ecclesiæ, numero 1. & 5.*

6 *Thesaurus, & peculium inuentum in bonis Ecclesiæ cimiterij, & loci sepulturæ, est Fisci Ecclesiastici, uti in loco publico inuentus, si inuenitur in bonis proprijs Ecclesiæ, & Rectoris, medietas est Ecclesiæ, & Rectoris, alia inuentoris.*

*Pecunia inuenta in bonis Ecclesiæ an medietas sit ecclesiæ, & Fisci ecclesiastici, uel Regis secularis, nu. 1. & 6.*

*Bona Ecclesiastica quando, & quomodo dicantur esse in bonis nullius, nu. 6.*

7 *Dictio Forte: prolata à Doctoribus stat affirmatiuè, & non dubitatiuè.*

8 *Doctori distinguenti magis est credendum quàm simpliciter loquenti.*

9 *Quando est Decisio in terminis ulterius non est quærendum.*

10 *Pecunia inuenta in domo empta, uel alterius, an tota sit Domini domus, uel solùm medietas, & alia inuentoris, & an sit emptoris, uel uenditoris.*

11 *Leges ciuiles, & Doctores, ac Statuta loquentes de bonis, & personis ecclesiasticis non ualent. & sunt cassa, & irrita.*

13 *Nemo potest ire in domo, & fundo alterius ad fodiendum, & excauãdum lapides, marmores, uenas metalli, & auri, ac Thesaurũ, & pecunias sine consensu Domini, & sine iusto pretio.*

14 *Possidens quando dicatur quis esse in possessione, uel quasi fodiendi, & extrahendi ex fundo alieno lapides, marmora, Thesaurũ, & quid simile uide hic.*

15 *Vendens simpliciter Damum, an censeatur uendidisse pecuniam, & Thesaurum absconditum, & inuentum in ea uide hic.*

16 *Lex. 2. de Rescind. uendi. an habeat locum in re uendita, si ibi postea reperiatur per emptorem Thesaurus, uel pecunia.*

*Vendens rem si in illa postea reperiatur Thesaurus, uel pecunia; an possit agere Remedio l. 2. C. de Rescind. uend. nu. 16.*

## DECISIO. LXII.

FVit concessa una domuncula Ecclesiæ Sartiranæ, & illius Rectori, ut dictam Ecclesiam ampliaret, & cùm Rector faceret illam destruere in parte, & ædificare d. Ecclesiam. Aliquis ex laboratoribus inuenit urnam, & uasiunculum, in quo (ut fertur) aderant quàm plures scuti, & doblæ fini auri, & massa Argenti, quo audito Dominus Feudatarius fecit carcerare inuentorem, & sibi dare illum uasum cum pecuniis, uti pertinentem ad ipsum, saltim pro medietate, & insurrexit Rector d. Ecclesiæ asserens dictas pecunias inuentas in bonis suæ Ecclesiæ ad se spectare, & pertinere nomine eius Ecclesiæ, & non ad Feudatarium, & Dominum Loci Sartiranæ.

1 Pro parte † Feudatarii allegabatur text. in l. Thesaurus. ff. ad exhib. §. Thesaurus instit. de Rer. diuisio. capitulo 1 quæ sint Regalia, in usib. Feudo. in Verbo. Dimidium Thesauri, ubi latè Andre. de Iser. & Afflict. l. 3. §. finali ff. de iur. Fisci. Aret. in d. §. Thesaurus. Oldrad. consilio 163 quibus in locis distinguendo concluditur, quod si quis laborando, arando, uel fodiendo non causa inueniendi Thesaurum, sed gratia colligendorum fructuum, aut ædificandi, uel meliorandi terram in suo proprio inuenit Thesaurum, uel pecuniam absconditã, quòd si habet dominum Feudatarium, uel Directum medietas est inuentoris, alia Domini sui, & sic Fisci, si uerò hoc fecerit causa inueniendi Thesaurũ, & aliqua arte Magica, uel reprobata, & damnata à iure, tunc totus Thesaurus erit Fisci, & ipse inuentor punietur ultra priuationem pecuniarum propter delictum, & usum talis artis prohibitæ, ut sequitur etiã Ioã. de Platea in l. 1. colum. 3. C. de Thesaur. lib. 10. cart. 22. Bursat. conf. 209. uol. 2. Si uerò in loco publico, Ecclesia, cimiterio, loco sacro, religioso, &

monumento, tunc medietas erit inuentoris, alia medietas Fisci Domini illius loci, ut sequitur tex. in d. l. 3. §. fin. ff. de iure Fisci, & l. 1 C. de Thesau. lib. 10. ubi Luc. de Pęna. Afflict. super Rubr. De offi. secreti, numero 1. & 2. Iacob. de Bello uisu. in sua pacti. Iudicia in Rubri. de Furtis, & Latroni. num. 59. & sequent. cart. 23. & Villalob. com. opin. in uerbo. Thesaurus. numero 3. & num. 113. ubi dicit cōem, & sic ex prædictis uidebatur dicendū Dñm Sartiranę Feudatariū rectè potuisse consequi medietatē dictarum pecuniarum.

Pro parte Ecclesiæ, & Rectoris. Primo dicebatur, qđ Ecclesia post donationē factam
2 a Constantino habet † bona sua propria, toto titulo. De reb. eccle. non alienan. & per Guliel. Rodoan. in suo Tract. eod. titu. quæ bona non subiacent iurisdictioni Imperatoris, sed Papæ. C. si clericus Laicum, et c. cū sit generale. De Foro competen. c. solite De Maior et obedienti, et ibi Docto. l. fin. C. de Sacr. san Eccl. et ideo ad dictam Ecclesiam, et illius Rectoré medietatem pertinere, et aliam medietatem ad inuentorem, et si Rector ipse inuenisset et in loco publico, ut cimiterio. ecclesia, et loco sepulchri, medietatem spectare ad Fiscum cameræ Episcopatus Papiæ, sub cuius diecesi Ecclesia Sartiranæ reperitur: quia etiam Ecclesia habet suum Fiscum. Rota. Decisio. 7. Alias
3 865. Mortuo Titio. De Testam in Antiq. car. 527. Lup in ca. p uestras, in Rubr. §. 39. sub, nu. 8. 9. et 13. de Dona. inter Vir. et Vxor. car 65. q † Fiscus succedit in bonis Mobilib. Clerici delinquentis, ut per Bertachi. in Repert. in uerbo Clericorum delinquentium. cart 357. col. 2. & per Caballi. in Milieloquio 617. in 2. par. car. 35. Ioan. Monach. & ibi in Additio prob in c. cū secundum, nu. 8. & 9. de Hereti. car. 363. Lup. vbi supra. d §. 39. numero 8. & 9 & Egid. Bossi. in practi crimi Rubri. de bonorum publicatione, nu. 64 car 301. licè quo ad bona immobilia patrimonialia uideātur sētire Clericū habere Fiscū secularē, & sic in confiscatione bonorum bona pertinere ad Fiscum Regium, & seculare, licet Lup. in d. §. 39. nume. 8. & sequen. & Bertac. d. verbo Clericorū Delinquentiū. cart 357. teneant contra. & uide Folle r. in pract. iudi. Canoni. in 2 part. c. 5. nu. 13 & 14. car. 68. Si uerò inueniet in bonis suis proprijs, ipse solus acquirit Dniū tāquā rē in bonis nullius existenté, ut dicit Bursa. d. cons. 209. num. 2. uol 2. vbi dicit communem.

4 Secundo dicebatur, qđ † Emphiteota, & Feudatarius; q pfertur in hoc directo dño. p.p utile dñium debēt habere medietatem Thesauri inuēti in eorū utili dñio, & alia medietas erit inuentoris, & usufructuarius (licèt habeat utile dominiū non rei, sed usufructus) debet habere medietatē dicti Thesauri inuenti ad utendum, & fruendum arbitrio boni uiri, & finito usufructu illā medietatem restituere proprietario, ut per Doct. in d. §. Thesaurus. Imol. in c. potuit. nu mero 46. de loca, Oldra. cons. 239. in fi. Pau. de Cast cons. 353. uol. 1. Bursat. cōs. 209. nu. 5. volu. 2. & nu. 7. Benedi. in capitu. Raynutius. in verbo. cetera bona. nu. 29. 30. & 34. in 1. part. De testam. car. 266. Ioan. de Platea. in l. unica. col. 2. versicu. Sed quæro. C. de Thesaur. lib. 10. car. 22. & Cassane. in consuetudin. Burgundi. tit. Des iustices Druit. rubri. prima. §. 1. num. 11. & 17. cart. 23. Crauet. consilio 209 nu. 1. uol. 2. At † clericus,
5 qui possidet bona ecclesiæ dicitur in uita vsufructuarius, & in morte usuarius capit. cæterum. de Donatio. Hostiensi. in cap. ueniens. De transactio. & in c. fi. De pecul. clerico. Guliel. Rodoan. De reb. eccle. non alienam. §. nunc autem. nu. 3. in fi. & nu. 4. cart. 289. & §. sed an contract. reij. nu. 1. & sequ. car. 335. dixi supra in Repertorio Decisionum. in uerbo. clericus, seu prælatus. cart. 899. Ergo uti saltem usufructuarius habere dēt medietatem dicti Thesauri ad utendū, & fruendum, & ecclesia sua habebit proprietatem, licèt in usufructuario. Bursa. d. cons. 209. nu. 7. 8. uol 2. sentiat contra.

6 Tertio, quia iste † Thesaurus, & pecuniæ non sunt inuentæ in ecclesia, cimiterio, & loco publico, & cōmune omnibus quo ad diuina officia, & sepulturam, de quibus loq. tur. §. Thesaurus. insti. de rer. diuisio. sed in domo, & bonis pprijs ecclesiæ dicti rectoris, quo casu non dicuntur bona publica, & cōmunia omnibus, nec i bonis Cæsaris, aut nullius, sed sunt ipsarum ecclesiarum, & clericorum. & dicuntur in bonis nullius, quo ad successionem, quia non transeunt in successionem Titulo uniuersali, & hęreditario, sed mortuo prælato, uel illo remoto stant de per se, & in bonis nullius, & Nou' prælatus a nullo dicitur accepisse per uiam successionis, sed illis acceptis dicuntur bona ecclesiæ, & illius prælati usufructuarii.

ita sentit Abbat.in c.qui 1.v.nu.9. in fi. De iudic. Ergo uti bona propria ecclesiæ,& Rectoris medietas ad inuentorem,alia medietas ad ecclesiam, & Rectorem dari debet. ita expressè,& affirmatiuè tenet in ec.l.si, & concludit declarando.gl.in c.si quid inuenisti.in fi. 14.quæst.v. Summa Angelica, in uerbo.inuenti. uersi.Verũ inueniens Thesaurum.Sũma Syluestri.in uerbo.Inuenta. nu.11.car.104.idẽ tenẽt Faber.Aret.Nicasi. & Doc.ubi Porti.nu.6.in d.§.Thesaurus.Didac.in 3.part Relectio.§.2.sub numero 3. in fi.uersi.Sed apud nos.cart.574. late Cassane.in d.consuetudi.Burgundi.d.rubr.1.§. 1.nu.20.& 21.uersi.Aut quis reponit Thesaurum in loco proprio.carr. 23.idem tenet Ioan.de Platea.in l.1.nu.6. uers. hodie autem.C.de Thesaur.lib.x.col.3. cart. 22. Bursa.cons.209.nu.2.uol.2.& nu.4.Nauarra.in suo Manual.c.17.nu.175.Pract.Papi. in for.libel.Actio.Real.in gl.iure dominii, nu.16.& licet Doct.in d §. Thesaurus. lo-
7 quantur per Dictionẽ † forte,il stat Affirmatiuè in dicto Doctorũ.ut ꝑ Craue.cons. 263.nume.3.libr.2. Franc.Becci.cons. 33. nu.7.car.54.Rodoan de reb.eccl. non alienan car.511.nu.19.& cũ Doctores ita distin
8 guunt,& declarant, magis eis est † credendum,quàm simpliciter loquentibus,ut per Ioseph Ludou.Rota.Luca.Decisio. 29 nu. 80.& seq car.187.Ant.Corat.com.opi.nu. 8.car.87. & cùm habeamus Decisiones in
9 † terminis,vlterius nõ est q̃rẽdũ.Grat. cõs. 105.nu.7.uol.1.dixi.sup.in decis.15.nu.3.4. in 1.par.& in dubio pro ecclesia est iudicandũ Dec.cõs.426.nu.12.& Bero.q.14 num. 2.

Quarto,quia iste non erat Thesaurus,
10 sed † pecunia inuẽta in destructione domus quo fit ꝙ est illius cuius est domus,& non datur medietas inuentori,nec Fisco, Ioan. de Platea. in l.vnica.col.2.C. de Thesaur. lib.10.car. 22.& tetigi infra.nu.14.

Ad ea q̃ ꝑ cõtraria parte ad fauorẽ Fisci Regis,& secularis Dñi adducebãtur;Respõdebatur procedere ante Aduentũ Chri
11 sti,& † de iure ciuili,& gentium, quo tepore omnia loca erant Imperatoris,& Regũ, & ideo loca sacra dicebantur omnia, quæ principis erant,ut per Luc.de Pen.in l.sciãt omnes.uersicu.sacra dicuntur. C. de his, q ex publi.ratio.Mune.lib.10.car.12. Christo porci.d.§.Thesaurus nu.6. Secus post donationem ifactam a Constantino ecclesiæ Romanæ, quia ecclesia cœpit habere propria bona, & bona non subiacent amplius iurisdictioni Imperatoris, sed Papæ ut dixi.supra.numero 2. immo omnes le
12 ges, † & Authoritates ciuiles loquentes de bonis,& personis ecclesiasticis sunt cassæ, nullæ,& irritæ. Abbas,& Deci.ubi Deci. in c.ecclesia sanctæ Mariæ.De constitut.idem Deci.in l.Marius.nu.3.C.unde uir. & uxor. late Iul.Cla.§ emphiteosis.q.37. colum. 8. 9.car.91 dixi sup.in Repertorio Decisionũ in uerbo iudex,car.1024. & ideo hac rõne. Fab.Aret.Nicasi,Porti,& Doc,in d §. Thesaurus.instit. de Rer.diuisio. cõmuniter dixerunt hodie ad ecclesiam pertinere, & nõ ad secularem hanc Thesauri inuenti Medietatẽ:& sic apparere Vilalob.in suis com mu.opinio.in d.uerbo,Thesaurus. nu 111. malè loqui nostris his temporibus.& si omnibus maturè pẽsatis ad fauo ẽ dictæ ecclesiæ Sartiranæ fuit conclusum * DE ANNO 1582.& Dominus Feudatarius remisit Reuerend. Episcopo Papiensi nõnullas pecunias,& doblas pulchras puri,& fini Auri me præsente,& uidente,licèt essent pares numeri,& summæ,& ecclesiæ,ac Rectori traditæ fuere.

Et nemo potest in prædio,& bonis alte-
13 rius ire † ad fodiendum, & inueniendum Thesaurum,& uenas Metalli, Marmorum & lapidum,& aliarum rerum pretiosarum inuito domino loci,& si uadit causa inueniendi, & a Domino detur pretium pro suo labore nil ulterius petere potest. d. §. Thesaurus,& ibi Docto. Ioan.de Platea.d. l.j.C.de Thesau lib.10.car.22. si uerò contra uoluntatẽ domini tenetur ad damna & interesse, & potest puniri,n si esset Feudatarius,& emphiteota,Ioan.Platea.d.l 1.colum.3 car.22.& dixi.supra Crauet.d.consil. 209.nume.1.lib 2.Iacob.de Bello uisu. in sua practica.crim.Titu.De Furt.num.57.& seq.uersi.Circa præmissa est sciendum cart. 23.uel nisi consuetudo esset in contrarisi, & pretium iustum & competens in primis Domino Fundi solui debet,ut est text. in l. uenditor.§.constat.ff.commu.prædio.Pau. de Cast.in l. Diuortio.§.si uir in fundo. ff. solu.mat. Addẽt.Ad Roma singula.617.Regula est Cepol.de seruitu Rusti. prædio. capitulo 22.Rub. de Montibus. pulchrè tradit Didac.in sua pract.q.c.37.nu.3.uer.conducũt.& hoc oẽs leges.car.564.Affli.ct.Dec. 221.n.14.& seq.& uide de uena lapidicinæ Pau.d Cas.cõs.3.n.4.uol.2.& declara Bursa.

d.consi 209.nume.10.vol.2.
Et † quando quis dicatur esse in possessione,
14 uel quasi fodiendi, sublcuādi, & extrahē di lapides, & marmora, & aliud simile, licèt possessio proprietatis sit penes dñm, ui de Cepol.de seruit. Vrb præd.c.17.nu.2. Afflict.d.decis.221.nu.15.& seq. Pau.de Cast. d.consi.3.sub d.num.4. Capici.decisi.96.in causa Magn.Roberti. & Plot.in l.si quãdo, nu.97.uersi.& etiam duobus.C.vnde.vi.
Quando quis uendit † Domũ, & pdiũ, an cē
25 seatur vẽdidisse ēt pecuniã, & thesaurum ibi absconditum, & postea inuentũ, vide doct o.in d.§.thesaurus, summa Rosella, in verbo, inuẽta.col.1.nu.1.cart.293. Cassane.in d.cõsuetud.vbi supr.n.15.car.22.vbi dicũt, qđ sic quo ad thesaurũ, secus quo ad pecuniã de recẽti absconditã, & vide Petr. Gherard.singu.95. Tene mẽti Bursa.d.cõs.409. nu.6.vol.1.& nu.13.14.] vbi declarat Fabiã. de Monte, in tract.de emptio. & vend.cart. 262.num.34.& Ioan.de Platea, in l.1.C.de thesauri lib.10.col.2.car.22.& supra nu.10. Nec põt rescindi venditio uirtute.l.2.C.de
16 † rescin.vend. quia læsio nõ aderat tpe cõtractus, cũ nondũ erat detecta læsio, & thesaurus repertus, ita dicit Crauet.consil. 11. nu.17.vol.1. q̃ sunt intelligẽda qñ ista pecunia non fuit abscõdita ab ipso vẽditore, vel suorum maiorũ, & hoc coniecturis appareat, q a boccalus, & vasus, in quo fuit reperta pecunia, & ēt ipsa pecunia reperiatr corrosus, ruzinosos, & vetustate vestitus, corrosa, & ruzinosa, stãpa antiquissima, qa tũc habetur p thesauro. & dicitur thesaurus ubi pecunia abscondita ab ignoto, vel tantũ tps steterit recondita, q eius memoria non existit, & p derelicta habetur. l.nũ q̃ nuda.§.1.ff.de acq rerũ.dom.& d.§.thesaurus, instit.eo.& ita declarat, Bursa d.cõsi.209.nu.11.& seq.uol.2.car.335.& Oldr. d.cons.163. Alber.in dictionario. in uerbo, thesaurus impropriè, & Ioã.de Platea, & Luc.de Penna, in d.l.1.C.de thesur.lib.10.

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO XVI.

## ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo quandocunque & semper cum iuramento præscribitur spatio triginta, aut quadraginta annorum.

Promittens retrouendere semper, & quandocunque intelligitur intra triginta annos, & currit tempus etiam minori sine spe restitutionis, si cæptum est cum maiore, & finitum cum minore.

Pactum de retrouendendo cum obligatione bonorum est reale, & non personale, & trãsit contra quemcunque tertium possessorem.

Moneta si bonitas est intrinseca, debet solui secundum tempus contractus, si est extrinseca, secũdum tps solutionis, si diminuitur, uel augetur ualor, & ibi plura de materia.

Fructus in pacto de retrouendendo, quando bona reuenduntur quomodo sunt diuidendi, hic declaratur.

## SVMMARIVM.

*1 PROMITTENS retrouendere intelligitur intra decem annos inter presentes, & viginti inter absentes, & si dixerit semper, & quãdocunq; uel in ppetuũ intelligitur intra triginta, vel quadraginta annos; fallit.nume.13. 16.vide nume. 17. & 18.24.25.26.*

*2 Promittens retrouendere venditori intra certum tempus, si emptor uẽdit alteri iuxta dictum tempus, non potest agi con tra secundum emptorem, quia personalis, & non realis nascitur actio. Declara.ut num.6.7.10. 12.13.26.28.*

*Pactum de retrouendendo præscribitur spatio triginta annorum, & est personale, & non transit ad secundum emptorem. numero. 1.& 2.17 & 18 declara.vt num. 6.7.10. 12.13.16.24.& 25.26.28.*

3 *Promit-*

dicitatem pretij, solitum facere similes contractus, soluere collectas, & tenere ad suum æstimum præsumitur usurarius, & simulatus. nu. 25.

Pignus nunquam præscribitur. numero. 25. & 35. in fin.

Tempus immemorabile, & cētum annorū præscribit pactum de retrouēdendo sub quibusuis uerbis conceptum, nisi clarè constet de contrario inter partes. nume. 25.

Denuntiatio euangelica post præscriptionem habet locum, si est læsio nume. 25.

26 Pacta, & stipulatio apposita in principio, & medio contractus ante perfectionem instrumēti dicuntur pars contractus, & transeūt contra quemcunque tertium possessorem.

Pactum de retrouendendo non censetur finitū, & resolutum, finita, & resoluta locatione, & emphiteosi ob pensionem non solutam, nume. 26.

27 Contractus transit ad hæredem & in hæredē licèt in eo nulla sit facta mentio de hærede, quia, intelligitur hoc nisi de natura contractus, aut ex verbis claris non transiret.

Pacta regulariter transeunt in hæredem, & ad hæredes, ēt si de eo non esset facta mentio; nisi ex natura negotij, uel uerbis claris aliud appareret, nu. 27.

28 Tertius an possit opponere de iure tertij ob nullitatem actus.

29 Conditio potestatiua, & mixta transit ad hæredes, quando aliquid est peruenturum ad eum, qui in futurum debet obligari, & quandocunque est ad implendum, & morte præuentus, non adimpleuit.

30 Sciens rem esse alienatam, quam redimere quis poterat, si tacet per annum an possit illam redimere, vide hic.

Venditor, qui potest rem redimere si scit illam alienatam alteri, & intra annum non redimit, an possit amplius redimere, vide hic nu. 30.

Emptor non tenetur reuendere partem vni ex venditoribus, uel ex hæredibus, sed totum tantum, nu. 30.

Hæres unus, si sunt plures, non potest retroemere partem tantum, si emptor non uult retrouendere, nisi totam, sed alijs negligentibus ipse potest integrā partē reemere, nu. 30.

31 Venditor cum pacto de retroemendo, & eius hæres si non potest agere contra secundum emptorem, potest agere contra emptorem obligatum ad retrouendendum ad damna, & interesse.

Obligatus ad retrouendendum si non potest retrouendere tenetur ad damna, & interesse, nu. 31.

32 Emptor cum pacto de retrouendendo non potest durante tempore retrouendendi incidere arbores fructiferas & ad operam, neq; deteriorare bona.

Damnum arboris, quomodo æstimari debet, vide hic num. 32.

33 Venditor cum pacto de retroemendo tenetur soluere, & deponere pretium solutum, & omnes expensas factas in instrumento, & in dictis bonis utiles, & necessarias intra tempus.

Emens cum pacto de retrouendendo si fecit expensas vtiles. & necessarias, & melioramenta potest illas recuperare, & pro illis bona retinere, si sunt liquida, nu. 33.

Melioramenta, & expensas potest recuperare obligatus retrouendere, & potest retinere bona, si sunt liquida melioramenta, numer. 33.

Pactum quòd conductor, & emptor cum pacto de retrouendendo non possit facere melioramenta, & expensas, nisi usque ad certam summam valet. nu. 33.

Melioramenta facta per emptorem obligatum retrouendere debent æstimari secundum tēpus retrouenditionis, & non secundum tempus, quo facta sunt, secus in illo, qui non erat dominus rei. nu. 33.

34 Promittens simpliciter retrouendere intelligitur pro pretio currenti tempore retrouenditionis, idem in prorogatione

35 Tempus ad retrouendendum quando incipit currere uide hic, & quid quando actus ratificatur, & quādo secundus breuis nominat primum.

Ratificatio an valeat ut ex nunc uel ut ex tunc; & tempus quando incipit currere. vide. nu. 35.

36 Tempus prorogatum de retrouendendo incipit currere statim, licet etiam superfit tempus retrouendendi, & non a die finiti primi temporis, & si est simpliciter prorogatum sine tempore, intelligitur tantum secundū tempus in primo contractu expressum, ut hic in fine

37 Prorogatio facta tempore, quo durabat prima instantia, vel dilatio, statim cepit currere, et non a die finitæ primæ dilationis, secus si prius aderat suspensio, quia non currit suspensione durante, nu. 36.

Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis,

gis, & confunduntur in actu uniforme, & non diuerso secus si est suspensio prius, & deinde sequitur prorogatio, nu. 37.

Prorogatio non potest esse maioris temporis, quam sit principale tempus, nu. 37.

Suspensio nihil ponit in esse, & dormire facit tempus, nu 37.

Solennitas, quæ requiritur in electione officialis, & consignatione temporis an sufficiat in prorogatione, & reconfirmatione, uide nu. 37.

Pactum de retrouendendo, & prorogatio temporis potest probari per testes, non autem per coniecturas, & per interuallum nu. 37.

38 Emptor cum pacto de retrouendendo si partẽ recipit intra tempus non tenetur retrouendere si totum non soluitur in tempore, quia non censetur per talem receptionem renuntiasse tempori, secus si recepisset, vel petijsset post tempus.

39 Recipiens intra tempus retrouendendi partẽ pretij non censetur renuntiasse tempori, & ideo si residuum intra tempus non soluitur, non tenetur retrouendere, secus si post tempus partem recepisset, uel pretium petijsset, aut requisisset, nu. 38.

Lex, si quis maior, an habeat locum si ante tẽpus receperit partẽ tantum, & quod si post tempus petierit, vel receperit, uide nu. 39.

40 Depositum ad hoc, ut liberet deponentem, & liget obligatum restituere, et recipere, debet esse integrum, & de bona moneta, & an solui debeat de moneta currente tempore contractus, uel solutionis, & num. 39.

41 Moneta an quando debeat solui de currenti, & usuali ad rationem antiqua, & quando de currenti tempore contractus, aut solutionis si augetur, uel adminuitur, vide hic, & num. 40. 42. & seq. & in verbo, bonitas monetæ.

42 Emens cum pacto de retrouendendo si moneta est aucta, uel diminuta, an & quando teneatur recipere monetam currentem tempore contractus, & quando tempore solutionis, vide hic nu. 40. 41 & seq.

Bonitas monetæ intrinseca, & extrinseca, quæ sit, & quomodo cognoscatur, & an debeat attendi tempus contractus, aut solutionis, in dote, in pacto de retrouendendo, in pensione, in conductione, in datijs, in mutuo, & in legato, vide hic nu. 42 & nume. seq.

45 Debitor morosus tenetur soluere monetam ad utilitatem creditoris à die moræ citra, nisi sit minor.

46 Debitor obligatus soluere de moneta antiqua, & certa specificata, si non reperitur, uel cum magna difficultate, potest soluere de moneta usuali, & currente ad rationem antiquæ.

47 Debitor si tempore obligationis currebant variæ monetæ, & tempore solutionis aliquæ ex illis etiam currerent, & expendantur, potest de illis currentibus soluere.

48 Emens cum pacto de retrouendendo, si res durante tempore retrouendendi deterioretur in totum, vel in partem, tenetur illam retrouendere eo modo, quo reperitur, & pro rata pretij rei deterioratæ.

Periculum, & commodum spectat ad emptorẽ cum pacto de retrouendendo, cum sit dominus rei nu 48.

Venditor cum pacto de retrouendendo, si res deterioretur tempore pacti, non tenetur soluere pretium, nisi pro rata rei non deterioratæ nu. 48.

49 Minor non tenetur adhibere solemnitates à iure requisitas quando retrouendit, uel restituit rem uirtute prioris obligationis, hypothecæ, adiudicationis, & legati.

Solemnitas eadẽ non requiritur in distractu, & in retrouenditione, quæ iam erat in priori obligatione. nu. 49.

50 Bona ecclesiastica alienata cum solemnitatibus possunt alienari de nouo sine solemnitatibus, si non mutatur, vel alteretur forma, & substantia contract. & prima inuestitura, aliàs secus.

51 Fructus pendentes tempore retractus, & retroemptionis debent diuidi pro rata temporis inter emptorem, & venditorem, & quomodo intelligatur hæc rata tẽporis, uide hic.

52 Locatio censetur extincta, & finita reemptione facta, per uẽditorem, cum pacto de retrouendendo, uel francando ante finitum tempus conductionis.

53 Venditor cum pacto de retrouendendo tenetur stare locationi factæ per emptorem durante tempore retrouendendi.

Conductor non potest expelli ab illo, qui reemit rem cum pacto retroemendi. nu. 53.

## DECISIO LXII.

LAZARINVS vendidit Mariano de Canetto, petiam unã terræ pro libris nouaginta imperialibus, cũ pacto de retrouendendi pro eodẽ pretio semper, & quandocunque voluerit venditor, cum iuramento, &

to,& euenit quòd Tonettus Nepos ex fratre Mariani emptoris possidebat dictam petiam terræ, & non erat hæres dicti Mariani, qui nepos illam uendidit Martino del Babbo de Tendula, unde ante tempus quadraginta annorum hæredes dicti Lazarini mouerunt iudicium contra dictũ Martinũ ad recuperãdũ dictã petiam terræ facta oblatione dictarũ librarũ nonaginta, qui Martinus recusabat retrouendere ex pluribus causis, & primo qa erãt trã sancti anni xxx. & vltra, secũdo q̃a erat secundus emptor contra quem non dabatur actio ad retronendendum, cùm ex huiusmodi pacto oriatur ꝑsonalis actio, quæ non sequitur fundum, & sic singularem successorem.

Pro parte dicti Martini adducebat tẽp⁹†de-
1 cẽ annorũ nedũ inter ꝑsẽtes, & viginti ĩter absentes, sed ẽt tẽpus xxx. annorũ inter præsentes esse transactũ cõtra istos hæredes minores effectos maiores; quo casu dicitur præscriptum tale tempus luendi, & retroemẽdi, ꝑ text. in l. fin. C. si qs ignor. min. esse iusse, sine Decreto, Boeri. decisio. 181. num. 13. etiam quòd esset dictum semper, & quandocũque, aut in perpetuũ, quia intelligitur vsque ad triginta annos finitos, non obstante præscriptione decẽ, aut viginti annorum à statuto ordinata ad hoc, vt illa verba aliquid ulterius operentur. Docto. in l. petens, in glos. magna, ubi Ias. C. de pact. Bald. cõsil. 254. uolũ. 2. cõs. 253. uolum. 3. Cassane. consi. xi. Rube. Alexandrin. consil. 3. Boeri. decisio. 182. Didac. uariar. resolut. lib. 1. cap. 9. Cels. Hugo, consil. 58. num. 16 car. 212. consil. 61. nu. 5. Roman. singula. 368. & Petr. Gherar. singula. 18. Bero. cons. 155. num. 9. uol. 1. Ant. Cioffi præceptor meus, in cons. 22. num. 1. & 2. uol. 1. Licèt alii multi teneant contra, quando adsunt illa uerba, quãdocũq;, quotiescunque, semper, aut in perpetuum, quia tunc in infinitũ uidet posse extẽdi, & hic ultra triginta annos retrouẽditio fieri. Paris. consil 92. nu. 25. & seq. & nu. 41. uol. 3. Cepha. cons. 724. num. 81. & seq. consil. 700. numer. 5. & seq. uolu. 5. consil. 40. uol. 1. Mari. Anguissol. cons. 52. col. 2. & 3. & Misingeri. in cõsi. 31. n. 8. & seq. car. 310. & in cẽturia prima, obserua. xv. ubi dicit magis æquã Petrus Gherar. d. singula. 18. nume. 10. & seq. & si hæc conclusio ista ĩ casu indigeret decisione Cæsarea ob tantorũ Doctorũ opiniones, Tamen ut rationes, & auctoritates in ista conflicta a Doctoribus allegatas omittã, priorẽ sentẽtiam sequendo, etiam in sciente & eius hærede, cùm ex natura cõtractos, & obligationis hoc ꝑficiscatur, uti magis uerã, cõmunem, & obseruatã, a qua, in iudicando non est recedendum, dicit longo apparatu Mathe. Vesembeci. cõsil. 2. nu. 48. & seq. & melios nu. 85. & seq. col. 122. & num. 93. uersic. Quamobrem practica. col. 140. & omnes referendo, & contrariis respondendo ita etiã tenet, & sequitur Tiberi. Deciã. consil. 10. num 51. & seq. uol. 1. & in consi. 13. n. 44. & seq. uol. 3. Lup. de S. Geminia. cõment. 2. §. 3. num. 92. & seq. car. 76. quos in contingentia facti legere nõ dedignaberis. Laur. Chirchoui. Centau. opinio. cõclusio. 67. car. 47. Crauet. cõs. 730. numero 15. uol. 4. omissis aliis hincinde, quos scio. & uidebis etiã Francis. Zanet. in Tract. de emptio. & uendi. sub pacto Retrouenditionis. num. 28. & seq. uersi. Tum uideas. car. 375. qui est insertus post Fabian. de Mõt. in suo Tract. de empti. & uenditio. ubi ad partes disputat.

Secũdo dicebat Martinus se nõ teneri ad retrouẽdẽdũ, qa erat secũdus emptor, & singularis successor, & ex ista ꝑmissione solũ
2 erat orta actio ꝑsonalis, & nõ realis, † q̃ nõ seqtur fundũ, & sic secũdũ emptorem, ut originaliter dixit, & tenuit Alex. in consil. 10. Videtur fortasse prima consideratione. uol 1. Aret. in l. si cùm uenderet, ubi dicit hãc esse cõem. ff. de pignor. actio. Ias. in l. ab emptione. num. 8. ff. de pact. Frãc. Zanet. post tract. Fabia. de Monte. de empti. & uendi. sub pacto. de retrouendendo. nu. 71. & seq. cart. 405. Boe. de statuta p̃scriptio. glo. 19. num. 103. uers. unũ singulariter. car. 90. Deci. in l. certi cõditio. §. depositi. n. 6. ff. si cer. pet. Gozadi. ĩ l. 2. C. de pac. inter empti. & uendi. Ferdinan. Loazes. in l. filiusfamilias. §. diui. nu. 450. ff. de lega. 1. Brun. de forma. & solemni. Artic. Quando aliquid censetur pro forma. Cassane. cõsil. 42. num. 7. Cels. Hugo. d. consi. 58. nume. 12. & seq. car. 212. Curti. Seni. consil. 12. Deci. consil. 187. Rube. Alexãdri consi. 50. & consi. 58. Ias. consil. 211. præsens consultatio. col. 6. uol. 2. Neuiz cons. 88. nume. 8. & 9. Andre. ab Axea. in lib. pactor. sub numer. 567. & seq. car. 364 Craue. cõsil. 12. n. 6. & 7. lib. 1. Anchara. Regiẽs. qst xii. lib. 1.

Viui-

Viui.in suis commu.opinio.in uerbo.venditor & esse magis communem.dicit Iacobus Mathei.Patroc.50.nu.9.& 10.& hanc uidetur sequi Hartman.Oltramonta.in pra ct.Forens.libr.2.titul.21. obserua. v. cart. 239.Bero.consil.155.nu.6.33.& 34. vol.1. Tertio,quia hic Marianus primus emptor promisit retrouendere ipsi Lazaro, & non alteri,quo fit,quòd cessionario,neq; hæredi
3 tenetur emptor,& possessor † retrouendere,sed solùm uenditori, quia isto casu tale pactum est merè personale, per illa uerba promisit dicto uenditori retrouendere, & non alteri,nec aliter, nec alio modo,text. est in l.is solũ.§.tale.ff.de lib.lega. Ant.Gomesi.de contractib.cap.2.sub nu.28. uersi. itẽ quæro si tali, car.174.col.2. in fin.Cag. in l.2.nu.44.& seq.uersicu.tertio quæro.C. de pact.inter empt.& uendi.vbi dicit communem.Natta.cõs.163.vol.1.Ceph.latè cõsil.353.vol.3.consil.43.nu.7.& 8.vol.1.Bursa.consi.64.nu.19.& seq.lib.primo.Ripa.responso 19.cart.26. uol.2.Iacob.Nouel.Regula.154.pactum.Natta. consil.163.nume. 7.sequen.vol.1. Tiraquel. de retract. conuentio.§.1.glo.6.nume.2.& seq.& num.25. car.291. & de retract. lignagie.§.26.nu.43. cart.217. & Fabia.de Monte.de emptio. & vendi.num.12.car.365. Hinc uidemus,quòd si papa delegat causam episcopo cum hoc; quòd ipse, uel nutu, uel per se ipsum, aut
4 tibi præcipimus,mandamus,aut † committimus,non potest causam subdelegare vicario suo, aut alteri personæ, quia est electa industria personæ,& illa uerba personalitatẽ demonstrat,adeo quòd solũ potest sibi eligere assessorem.Fely.in consil.35.nu.7.col.2. car.90.Rimin.Seni.cons.612.vol.4.& 5.Deci.in c.si pro debilitare.nu.4 & 5.de off.delega.Capici.decisio.151.nu.6 cart.168.doct. in cap.2.de iudici.Et tãto magis si adessent illa uerba,& non aliter,nec alio modo, qa importarent personalitatem expressam,
5 & formã,adeo † quòd modificatio aliqua, aliave interpretatio à uerbis separata nõ admittitur,cùm sint taxatiua.Rolãd.consi. 63.nume.29.uol.4.Octauia. Pedemontan. decis.164.nume.3.car.676.Soci.Iuni.cons. 181.nu.8.& 9.uol.2.Iul.Clar.§.emphiteosis.q.13. uersicu. bene uerum.cart.218. & tetigi supra in repertorio decisionũ,in verbo,clausula non aliter,nec alio modo.cart. 898.col.1.& Bero.consil.120.nu.4. & seq. uol.1.ubi loquũtur etiam in caducitate bonorum ecclesiasticorum ob alienationẽ sequutã irrequisito dño,cum dictis verbis. Pro parte hæredum.d.Lazari primi uenditoris, allegabatur primo, & quòd pactũ hu
6 iusmodi de retrouendendo † & quandocunque expressum in instrumento uenditionis, cum obligatione bonorum dicitur reale,& non personale,& sequitur fundũ, & quemcunque singularem successorem, & sic secundum emptorem.Bald.in cap.1.§. rursus.colum.1.uersicu.Nota hic.Si de inuest.fuer.contr. adeo quòd facta obligatione,& depositione pretij,statim,& ipso iure dominiũ translatum censetur in primũ venditorem reemere uolentem, cui retrouenditio fieri debebat,uel in eius hæredes, aut cessionarios adnotata per Cagn. in d.l. 2.nume.36.& seq.uersic.deueniamus ad quæstionem.C.de pact. inter empto. & uendi. Franc.Zanet.in tracta.de emptio. & uend. sub pacto de retrouend.nu.6.& 7.doct.in l. 1.§.vsufructuarius ff.de oper. nou.nuncia. Deci.consi.164.in fin.Ias.consi.128.sub nu. 4.uersi.ad idem,quia non est.uol.4.Mathe. Vesembeci.d.consil.2.nu.57.58.59.70.col. 107.& Boeri.consi.3.nu.26.27.car.11.& infra.num.12.& 49.& vide Ias.in consil.128. & uolum.4.carte.42.& Hartman.Oltramõtan.in practi.Forens.lib.2.tit.21.obserua.v. cart.240. & per consequens poterit agere ad ipsam rem contra Martinum secundum
7 † emptorẽ. ita enim tradit Pau.de Cast.in l.si cùm vendere.ff.de pignora.actio.quem sequitur Aret.§.fin.instit. Quib.mod.tolli. oblig.Et ante eos hoc uoluerunt,Ioan.Andr.& archidiaco.in c.cum quæstus.de usur. quam opinionẽ etiam sequitur ibi Ioan.de Anani.Cæpol.de simula.contract.in princ. uersic.secundo casu,Ioan.Fab.in l.1.in fin. ff.Quando lice.ab emptio.discede.Masueti.in pract.sua.titulo,de emptio.& pro hac opinione latè consuluit Soci.consil.80.colum.1.uol.3.allegans ita tenere Cuma. in l.1.in fi.de donatio.& ibi respondet ad Alexand.in d.consi.10.hoc idem etiã tenet Salicet.in l.prędium.C.de ædil.edi. & in hanc opinionem uidetur magis inclinare Alex. in consil.46.vol.3.& magis apertè eã sequitur in consil 67.col.fi.uersic. uel potest respondere.uol.2.Anto.Burg.in c. ad nostrã col. antepenul.de emptio.& uend. Rim.in l.in traditionibus,& ibi Rug.Monta.in repeti.num.45. C. de pact. Moder.Parisiens. in consuetudi. Parisiens. titulu. 7.§.22, sub nu.

sub nu.16.vbi etiā dicit, quod Paul.de Castr.contra Alexandrum latè scripsit, Guid. Papa. consil. 49. Ias.consil.128. volum. 4. Beltran. cons. 86. volum. 4.Cephal. cons. 700.nu.5.vol.5.Crauet.cons.201.nu. 18.& 9.vol.2.& hāc opinionē semp sequutus est Boeri.in cons.3.Iaquellina.car.8.num.26. & seq.cart.11.& in decisio. 182.nume.15. & seq.ubi dicit, quòd ista pars est communior, humanior, & equa.Franc.Aret.consi. 6.col.4.sequitur Cassane.cons.33.& consi. 41.volens ét posse intentari possessoriū cōtra tertium possessorem uirtute constituti, & Aret.in §.adeò.instit. de loca. & in §.itē fi.uersic.& per ista instit.de exceptio.& late Maranta.in disputa.19.nu.18.& per totum, & hanc esse magis communem, & ita obseruari dicit nouissimè Hiero. Magoni. in Rota Luca.decisio.80.nu.1.& seq.ubi refert etiam ita Rotam Lucanam IVDI- * CASSE* & verè est magis communis, ut patet ex prædictis, & etiam est ęquior & rationabilis, quia uenditor, qui uēdidit cū tale pacto, non uendidisset rem si credidisset emptorē eā alienaturū in aliū taliter, q ipse eam recuperare nō posset, & ma
8 ximè, quando res alienata esset †maioris p̄tii, & valutæ ut pręsumitur propter tale pactum retrouēdendi factum in fauorē uenditoris, ob quod emptor non vult dare uerā æstimationē, nisi liberè eam habeat, sed vult tertiā partē, aut quartā partē prætiis retinere, quæ pars p̄tij consideratur ad fauorem emptoris in remedio l. 2.C.de Rescind.vēd.in q̄rela vsurariæ prauitatis, quo ad pœnam criminalem.l.fundi partem, & ibi glos.Bald.& Salic.ff.de contra. emptio. consuluit Soci.consi.15.nu.55.col.fi. vol.1. Rota. Perusi. decisio. 97.in 2.part. Bursa. consi.9.nu.36.cart.41.vol.1.Ruin. cons.66. nu.9. uer. Nam certum est, uol.4.Dec.consil.309.nume.3.& consil.167.nume.3.& sequen.Roland.consi.99.nume.33. & sequē. vol.2.Rim.Iuni.consil.217.nu.117.& 118. vol.2.car.120.Alex.de Neuo. consil. 95.nu. 21.& 22.Didac.variar.resolut.lib.3.cap.10. nume.1.Caballi.in tract.de usurp.questio. 35.nume.267.versi.Non potest melius, & quæstio 5.nume.116.in fin.& Tiraq. de retract.conuentio, in præfatio.num.20.& sequen.uersi.Quartā q in ea, quod secus est in causa usurarum, quo ad restitutionē rei cum fructibus fauore animæ, quia tūc nō est pars pretij, & attenditur solùm pretiū numeratum, & ęstimatio uera illius temporis, & si est ęstimatio maior auget coniecturam fœnoris, & non diminuitur, nec augetur hæc tertia, aut quarta pars, ut dixi supra in decisio.1.nume.25.26.27.& 28.cart. 16.Ari.Pinel.in l.2.part 3.cap.4. nume.19. C.de rescin.uend.car.194.Lup.de S.Geminia.comment.2.§.5.num.123.de usur.cart. 84.& Hier.Gabri.consil.74.nu. 21.cart.87. & ideò adducta per doctores in materia usurarum pro contrario sunt concilianda, quo ad pœnam criminalem, & corporalē, non quo ad restitutionem, & pœnā animę & ita etiam est conciliandus Abbas, in cap. in aliquibus, nu.2.de decimis, & Ias. in consi.153.col.4.vol.4 aliàs malè loquerent per supradicta, & nullus contractus ferè haberet modicitatē pretii, cū tertia pars sit magna lęsio.& in casu usurarū (quo ad animā, & restitutionem rei) consideratur sexta, quarta, quinta, & tertia, ut dixi in d.decisi. 1.nu.21.& nu.66.Soci.Iuni.consil.48. nu. 22.uol.1.Neuiza.consil 89.Lup. de S. Geminia.ubi supra.d.nu.123. sicut etiam ui-
9 demus conciliari, q † in dubio contractus præsumitur licitus, & nō fæneratitius, quo ad causam criminalem, quo ad delictum, & pœnam, & infamiā, secus quo ad restitutionem rei, & fructuum fauore animæ, qa præsumitur potens usurarius, & pignoris quam licitus, & uenditionis, vt dixi supra decisio.13.nume.18.& 19.cart.252. & hæc
* NOTA*, & liga digito, quia multi Baccalares se decipiunt intelligendo pactū de retrouēdendo esse partē pretij indistinctè, & doctori distinguēti magis est credendū, & quando alias opiniones conciliat alijs p̄ualet Anton.Cioffi.consil.27.nu.8.cart.48. lib.1.Nam distinctiones contrarietates soluūt, & opiniones saluant, ut dicit Hostien. in summa, de sent.excommunic.§ q.s possit absoluere, car.294.col.3.ver.distinguendum, quia & sentit Rota Genue.decisi. 20. nume.5 car.78.col.3.& tetigi in repertorio, in uerbo doctori distinguenti.car.933. in 1.part.Ferrant. Gargia patroci.30.in fi. cart.210.

Secundo, quia in instrumento uenditionis Marianus emptor promisit p stipulatiōē retrouendere dictā petiam terræ sub obligatione omniū bonorū, cū illa clausula, p quibus omnibus, & singulis firmiter obseruādis dictę partes obligauerunt se, & om-
10 nia eorum bona p̄sentia, & futura quæ † solet

let communiter ita apponi, & extendi per Notar os, adeò quòd ita extensa, & apposita censeretur, si per errorẽ nõ esset appo sita, vel esset ceterata. l. gallus §. idem credendum, ff. de liber. & posthum. & ibi Do cto. Ias. in l. Errore, & ibi Bal. & Paul. de Castr. C. de testam. per quam obligationẽ, & hipothecam bonorum res alienata dicitur obligata, & alij casu dictum Alexan. in d. cons. 10. uol. 1. & sequacium non procedit, immo dicunt. Tertium possessorem posse conueniri ad retrouendendum, etiã qđ sit hipotheca generalis, quia impedit trãslationem Dominij, l. si creditor. §. fin. (secundum veram literã Pisanã) & ibi Bar. & omnes ff. de pignora. actio. & licet Doctores intelligant illum textũ, quando res fuerit ad hoc specialiter obligata (ut ẽt Roland. cons. 6. vol. 1. Rota Bonon. decis. 77. num. 4. & etiam sentit Roderic. Soarez in Repetit. l. post rem iudicatam, in declara. regis Regni. §. ibique Ias. num. 7. & ibi Appostilla. ff. de re iudic. cart. 579 vbi dicit, quòd in intellectu illius literæ, & paragraphi. Bart. & Bald. fuerunt in cõtrouersia, & quòd Barto. & Fran. Accur. miserunt PISAS * pro uidẽda uera litera in libris Pandectarum, & Gomesi. in §. super est. num. 3. in fin. & nume. 4. inst. de actio. dicit, quòd Bal. fuit ob hoc punitus.) Tamen idem est quando obligatio est generalis, ut per Bar. & Paul. de Monte Pico, in Repeti. l. filius familias §. diui ff. de leg. 1. glo. & Bart. in l. creditores, in 4. quæst. princ. uersic. dubitatur, quid de singulari successore iuncto uersic. Sed pone quòd debitor non solùm dedit licentiam de pignorib. Alex. cons. 85. uol. 6. cons. 67. col. fin. uers. uel potest Responderi, uol 2. Angel. cõsil. 207. col. 2. circa medium, uersic. Ad hoc autem dicendum moueor, Bart. & Ias. in l. Nemo paciscẽdo. ff. de pact. Rapha. Cuma. cons. 155. col. 3. uersicul. Ad secundum, sequitur Boeri. decis. 182. sub num. 53 Gozadi. cons. 23. num. 9. Brun. cons. 66. Soci. Iun. cons. 129. uol. 2. Octauia. Pedemõta. decis. 65. num. 2. car. 230. Rube. Alexan. cons. 58. sub num. 5. & Ias. in consil. 21?. Præsens consultatio, col. 6. lib. 2. ubi dicit magis communem, & nouissimè sequitur Ant. Cioffi præceptor meus, in cons. 96 col. 1. uol. 1. Et tanto magis in casu isto, quia per pactum de Retrouen
11 dendo res dicitur specialiter † OBLIGATA * l. creditor § post diuisionẽ, & ibi Bar. & Bald. ff. qui potior in pignor. haber. Bal. in l. creditores, in fin. C. de pignori. ubi illum tex. dicit singularem, & in cons. 200. Tria sunt, in 2. dubio, uol. 4. ubi & illum tex. dicit quoque notãdum, & nuncupatim loquitur de hoc nostro pacto de retrouẽdendo, cùm ceteri loquantur de uendẽdo, hoc idem tradit Cępol. de simula. contract. col. 1. num. 5. & ita prædicta adducit, & declarat Tiraquel. in tracta. de Retract. conuentio. §. tertio, sub num. 7. & 8. & in §. finis. sub nu. 125. & dicit subd. nume. 8. quòd propter hoc frustra de hac re in nostro pacto Reuendendi quęrimus an possit agi contra Tertium possessorem, cum res censeatur specialiter obligata, & precipuè existente constituto, per quod impeditur Dominij trãslatio in aliũ, Bart. & Docto. in l. Absenti. §. 1. ff. de Acquir. poss. Ioseph. Ludo. commun. conclu. quæst. 74. cart. 155. uersic. Fallit tertio, cart. 155. & infra num. 26.

Tertio, quia iste Martinus possessor cõuentus non habet causam a Mariano primo emptore, nec ab eius hæredibus, sed a Toneto Nepote ex fratre dicti Mariani, qui non fuit, nec est hæres Mariani, & ideo habuit iste Martinus causam a tertio occupatore uitioso, cùm de illius petię terrę titulo nõ appareat, unde facta oblatione, & depositione pretij hæredibus Mariani fuit Retro translatum Dominium, quod adhuc penes eos erat, in hæredes dicti Lazarini pri-
12 mi uẽditoris, & quãdo † alienatio nõ fuit facta in secundum emptorem ab obligato retrouẽdere, cessat difficultas, de qua supra per Doctores, & cum Dominium reperiatur penes obligatum retrouendere, facta oblatione, & depositione nullum est dubium, quòd retrotrãsfertur ipso iure in eos, qui habent ius reemendi, ut omnes tenent, & præsupponunt, & dixi supra num. 6. & infra nume 49. & pro hoc facit, quod tradit Bart. in l. fideiussor. §. Meminisse. ff. de lega. 1. ubi hærede dãnato per Testatorem ad uendendum facta oblatione pretii, si hęres recusat, uenditio nihilominus est perfecta, & Dominium translatum, propterea, quia Res illa erat obligata uẽditioni, & sic in casu isto res est in portu, qđ Martinus tenetur restituere dictam petiam terræ dictis hęredibus Lazarini primi uenditoris, & sentit Roland. consil. 60. numero 61. & 62. uol. 4. cart. 122.

Quarto, quia iste Martinus possessor sciebat

istud

istud petiũ terræ sub esse pacto de retrouẽdẽdo tanq̃ pignoratũ Mariano, cũ esset testis in instrumẽto faciẽte mẽtione de retro uẽditione isti⁹ petię terrę, ꝓpter q̃ sciẽtiã apparet de eius dolo, & mala fide, & q cum illo onere emerit. & sic promisisse tacitè velle retrouendere, quo casu non po-
23 test aliquo legitimo titulo se iuuare,† nec aliqua præscriptione triginta annorum.c. qui contra. de regul.iur. in 6. Anto.de Fan. de pignorib. in 2. par. memb. 3. numero 34. Mathe Vesembeci. cons. 2.num.90.col. 95. & num.86.col.126.vbi dicit, non procedere in tempore immemorabili vltra centum annos, per quod tempus præsumitur probabiliter opinari potuisse illud ius reemendi interijsse; & extinctum fuisse, & allegat Tiraquel. in tracta. de retract. cõuẽtio.§.1.glo.2. num. 27. & in tracta. de retract Legnag.§.12.gl.1.num.7.nisi ex instrumento appareret de contrario, Paris.cons. 114.nume. 10. & seq.vol.1. Hinc videmus
24 quòd uenditor uendẽs prædium† plenum fructibus, præsumitur etiã fructus uẽdidisse, & etiam portionem spectantem ad colonum partiarum, uel fictuarium Ios.Lud. in decis.Perus.decis. 83. in 2.part.Tñ si emptor sciuerit adfuisse colonum, & inquilinum, tunc pars colonica censetur excepta, & nõ uenit in uẽditione,& colonus, partiarius potest suam medietatẽ fructuum,& seminis deducere, & cum illo onere præsumitur emptorem emisse. Ias.in l.cũ filiusfamilias.num.180.uersic.Amplia etiam,& numero seq.ff.de leg.1.sicut etiam quando uendit saluo iure coloni, & emptor scit nullum colonum reperiri,nisi ipsum uenditorem, quia tunc ipse uenditor habet ius coloni,& cum illo onere & iure coloni,& uenditoris censetur emisse propter huiusmodi scientiã, ita Ias.in l.si quis legauerit. nu.8.ff.de legat.1.Secus si ignorauerit emptor nullum colonum adesse, quia tunc si nullus laborator† colonus, & inquilinus
25 repetiatur propter Dominum uenditorẽ, tunc talis reseruatio nihil operabitur, Craue.consil.15.numero 2.Ias.d.l. si quis legauerit.nu. 5. & seq. Alex consil. 28.num.5. & 9. uol.1. Barsat. cõsil. 71. colu. fin.in fi. uol.1.Fabian. de Mõte. de empt. et uendi. quęst.6.principa.nu.74.car.292.et Hippol. in l.q ignorãs.nu.4.ff.ad leg.Corn.de Fals. ad ea, quæ pro contraria parte dicebantur, respondedebatur prout infra. Nam quo ad primum fundamentum de præscriptione triginta annorum, non obstantibus uerbis quandocunque, semper, & in perpetuum. primo dicebatur conclusionem esse dubiam,& multi tenere cõtra-
cons. 142. nu. 11. & seq. uol. 2. & Mandosi.
de signatu. grati. uers. si in euidentem, car.
69. col. 1. & faciunt notata per Innocen. in
c. pen. de censib. & Card. Zabarel. consil. 8.
vbi bona data Capellano pro dicendis
66 missis in oratorio non dicuntur ecclesia-
stica, sed prophana, quia non tenebatur
dominus oratorium dotare, quod est no-
tandum pro oratorio Sanctæ Catherinæ
Illustrissimi Domini Comitis Sancti Se-
cundi Domini mei colendissimi. secus
in Ecclesia, & capella, ac altare, seu hospi-
tale posito in aliqua ecclesia, cũ qualita-
tibus

tibus supradictis per supradicta, quia debet dotari a fundatore ante consecratio-
67 nē, & † pōt precisè cogi ab Episcopo. postea quam cōstruxerit ecclesiā, uel capellam, c. cū sicut, & ibi gl. & Doct. de cōsecra. ecclesi. & Altar. Abbas in c. ad audientiam il 1. in 3. notabili, in fi. de eccle. ædifi. & in cons. 89. col. 1. uol. 2. & in cons. 107. uol. 1. Bald. Nouel. in tract. de dote, in 1. par. princi. col. 1. num. 2. & ratio est, quia faciendo, & constituendo ecclesiam, capellam, uel altare censetur quis se tacitè, & eius hæredes obligasse ad dotem, quemadmodū pater carnalis obligatur ad dotem competentem filiæ dandam. l. fi. C. de dot. promis. Bald. Nouel. ubi supra, sub d. numero 2. nam qui fecit ecclesiam, uel capellam construi quodammodo censetur pater, cū deduxerit eam de non esse ad esse, ut per Abba. d. cap. cum sicut. Et in rub. de iur. patrona. & bona assignata sacerdotibus censerentur nomine dotis concessa, non ap-
68 parēte de alia † dotatione. Bal. de Nouel. ubi supra d. nu. 2. uers. Immò dicebat ibi Petrus, intellige, ut per Fel. cons. 41. & cōs. 45. Ripa responso 8. de iur. patro. lib. 2.

In fraternitate, & scholis batutorum, & disciplinatorum prędicta non procederent, quia sunt potius priuatarum per-
69 sonarum congregationes † ad orandū in facie ecclesię, quàm religiosorū & locus dicitur potius secularis, quàm pius, & religiosus, & ideo sub iurisdictione iudicis secularis potius subiacent istæ personæ, q̄ ecclesiastici, c. 2. in fi. & ibi Fely. & Doct. de foro compe. Roma. cons. 377. Bar. in l. 1. §. sed Religiosi. ff. de collegi. illici. Paris. cōs. 34. uol. 4. Rota Perusi. decis. 9. num. 5. 9. & 41. in 1. par. & decis. 93. nume. 55. in 2. par. Anto. Gabri. commu. opini. tit. de pia causa conclus. 1. lib. 6. Tiraq. de priuileg. piæ causę in præfa. uers. item relictum fraternitatibus, car. 4. Mandos. de signatu. gratiæ, car. 69. uers. Quid autem dicendum in uerbo, si in euidentem, quamuis uideatur tutior opinio, quod sit locus pius, si non est Religiosus, quia ibi opere charitatis principaliter exercentur, & diuina officia celebrantur, ut per Abba. in consilio 32. vol. 2. Quicquid sit circa personas, & negotia, ac bona eorum scholariū, & hospitalariorum est dicendum esse seculares, & coram iudice laico debere conueniri, & ita sunt intelligēda adducta p̄ Doct. in cap. 2. in fi. de foro compe. ubi Fely. circa uerò negotium tangens dictam scholam, & exercitium opere charitatis, & bona communia dictæ scholæ, & confraternitatis, ac hospitalis sunt cōueniendi corā iudice ecclesiastico, & maximè cùm confraternitas, & schola est annexa alicui Sancto, uel ecclesiæ, quia cura, & executio dictorū bonorū communiū spectat ad iudicem ecclesiasticum, sicut spectat cura bonorum ecclesiasticorum, & eodem tempore præscribuntur. Bald. in l. si is, qui ad declinandum. §. in omnibus, nume. 19. in fi. uers. deinde quæritur ibi, nec tamen est negandum. C. de episco. & cleri. & Tiraq. de priuileg. piæ causæ, priuilegio 149. car. 173. & priuileg. 139. car. 166. facit Abbas in cap. dudum, nu. 3. de decimis, & in cōs. 54. uol. 2. & ita communiter obseruari distinguit, tenet, & declarat doctus Lamberti. de iur. patrona. in 1. par. in 10. artic. nu. 4. 5. & 6. car. 9. Menoch. de recuperan. possess. remedio 15. q. 5. numero 24. & seq. car. 138. uel saltem haberet locum pręuentio, cum sit de casibus mixtis, attento quòd ex dispositione Sacri Concilij Episcopus potest uisitare omnia loca pia, & hospitalia, & facere reddere rationem, ut tetigi in decisio. 28. num. 45. in 1. par. & tangit Tiraq. ubi supra d. priuilegio 149. in fi. & OB-
* SERVATVR * Mediolani, & Papię, & quando esset altercatio inter iudicem ecclesiasticum, & secularem, & quis nam illorum deberet esse iudex, competens cognitio ad iudicem ecclesiasticum tanquā
70 maiorē spectaret, & non † ad secularem. Lancellot. de attenta. 2. par. c. 20. num. 78. q. 3. car. 399. Dec. in cap. ad audientiam, nu. 3. de appella. & Fernand. Vasq. lib. 3. §. 22. num. 69. limita. 17. car. 548. Abbas in c. nouit. num. 19. 20. de iudic. sentit Egidi. Bossi. pract. tit. de foro compe. numero 21. car. 40.

Et oblationes, eleemosinæ ac pecunię, quæ offeruntur in istis locis, non sunt di-
71 sciplinatorū, sed Rectori † ecclesiæ parochialis illius loci, quia laici non possunt talia accipere, & de illis disponere ad eorū libitum, etiam cum licentia Episcopi, licèt Episcopus possit, & parochus illis dare, vt in reparationem ecclesiæ distribuant, & in usus pios, ut per Abba. in cap. quamuis, in 2. notabi. de decimis. Alphons. Mendoc. in tract. de incompatibil. benefi. c. 24.

nu.70.in fi.car.101.per tex. in cap. nouerint.10.quæstio.1.Octauia.decis.99.numero 16.& seq.car.390.Rebuf.in tract.de decimis, car.6.q.1.nume.26. & seq. vers.nec ualet consuetudo, latè Ferret. consi.141. num.1.& sequen.vol.1.car.119.vbi declarat non procedere, quando Episcopus daret illis,vt distribuerent in pios vsus, & in reparationem ecclesiæ, & quandò esset consuetudo immemorabilis, quæ haberet vim priuilegij,quòd compatrones, & Fabricerij reciperent,custodirent,& dispensarent ad beneficium ecclesiæ, & in vsus pios, non autem vllo modo in proprios vsus,& ad libitum eorum,quæ sunt notanda per & contra disciplinatos, hospitalerios, & administrantes locos pios,ut non comedant,bibant,ditentur,& expendant introitus confraternitatum, & hospitalium,sed bene administrent,& dispensent in vsus pios & fabricæ, & contra compatronos bonorum iuris patronatus,loquitur Abb.in c.cùm uos,num.4. de offi.iudi. ordina. ubi dicit, quòd consuetudo debet esse approbata a Papa, & uide infra sub numero 83.

Et quando apparet de fundatione, & redditus ac dotatio non sufficit ad onera
72 imposita, an Episcopus †possit diminuere onera,& missas,iuxta redditũ,& quantitatem fructuum, aut hæres teneatur de suo supplere,& quid in mercede constituta capellano per testatorem, si non vult missas dicere pro illa mercede declarata, uide quod latè dixi in Repertorio decisionum,in uerbo, uerba,in dubio, car.1238. ubi num.6.etiam posui an Episcopus possit commutare in alium vsum pium, ubi etiam quamplura alia de materia dixi, & in uerbo ius patronatus, & in legato ad vsum pium relicto, loquitur Bertachi. in tract. de Episco. in 4.lib. num. 52. & seq. car.89.& in proposito loquitur Lambert. de iur.patro.artic.21.q.5.princi. in 1.par. lib.1.num.21.car.47.col.4.& lib.3.artic 6. & 7.q.6.car.27. & Ioseph. Ludouic. commun.conclusio.q.42.car.101. colu.2.uers. ampliatur decimo, qui loquuntur in principio fundationis, & dotationis, quando dotatio non erat sufficiens oneribus capellæ iuris patronatus, quod uidetur secus, si a principio erat sufficiens, & postea tractu temporis mutatione uiuendi, aut casu fortuito, non esset sufficiens, quia isto casu non uidetur hæres posse cogi ad supplendum redditum, sed in aliam causam Episcopus posse mutare,uel diminuere numerum missarum,& reducere onera,iuxta competentem mercedem,& redditum, ut dixi supra in d. Repertorio car. 1238.n. 6.& per totum Pau.Burgos.in tract.de irregularita.in 6.par.rubr.de iur. patro.nu. 5.car.199.& uide Lamberti. de iur. patro. lib.3.artic.6.& 7.q.6.car.28.& per quæ patet legatum relictum capellano, de Florenis quadraginta, pro eius mercede singulo anno pro missis dicendis,non posse alterari per Episcopum, nec hæredes cogi ad augendam mercedem, si capellanus non vult omnes illas missas pro illa mercede celebrare,ut dixi in d. Repertorio in d. uerbo,uerba in dubio, car.1238. & ita dicit Bertachi.ubi supra,sub d. num.52.car. 89. ibi. Nec tunc potest Episcopus, quia non sumus in dotatione, & etiam a principio sufficiebat.

Tandem omnibus supradictis perpẽsis, & præcipuè quæ tangunt principalẽ articulum, an sit probatum ius patronatus, ex dotatione, uel fundatione Magnificorum Dominorum de Media Barba, & de Philibertis fuit per me IVDICATVM* de anno 1582.ius patronatus subsistere,& secundum mentem Sacri Concilii fuisse satis sufficienter probatũ,& R.D. Io.Paulum Philibertum,qui habebat alia tria beneficia attenta, illorum, & istorum tenuitate potuisse,& posse cũ dispẽsatione Episcopi mediante tantùm cõsensu illius qui habetur pro dispẽsatione præsentari,& institui debere in istis quatuor cle-
73 ricatibus parui redditus,& sic † plura potuisse habere beneficia non excedentia uictum,& uestitũ, & alimẽta secundũ eius qualitatem,& dignitatem,secus si excederent alimenta, quia tũc requiritur dispensatio a Papa exprimendo omnia beneficia per infra dicẽda,& per Lamberti.in tract. de iur.patro.lib.2.par.1.artic.15.nu.14.& 15. q.7. car.66. ubi dicit se obtinuisse potuisse retinere triginta septem beneficia pp illorum tenuitatem, & modicitatẽ introitus, quæ non sufficiebant ad eum alimentandum, secundum qualitatem suã, & sequitur Alphons. Mendo.in tract. de benefi.incompatibili.c.21.in 1.par.& in 2. par.c.1.& in c.19.& 20.in 1.par. ubi dicit idem in pluribus pensionibus subtitu-

lo

lo concessis in eadem ecclesia uni, uel diuersis personis.& Mandosi. in sua praxi de signatu. grati. & iusti. in uerbo, dispensatio ad plura beneficia, car. 46.

Et licèt quis posit retinere, & habere plura beneficia non excedentia alimenta ipsius impetrantis, c. dudum, de elect. c. si motu proprio, de præben. in 6. tamé debet
74 facere mentionem de omnibus † beneficijs expresè etiam tenuis, & simplicibus, ad hoc ut impetratio, & collatio ultimi beneficij impetrari ualeat, & ipse non sit in dolo, & mala fide, & furtum non committat, ut præsumitur tacendo Dominic. conf. 128. factum tale est, col. 1. uers. item dicédo, aliàs impetratio, & collatio illius beneficij non ualeret, & esset ipso iure nulla, nec sufficeret alia priora demittere, c. de multa. de præben. & ibi gl. & Doct. c. dudum, il 2. & ibi gl. in uerbo intitulatã, ubi etiam Abb. & Doct. de elec. c. is cui, ubi gl. & c. si motu proprio, de præben. lib. 6. nisi motu proprio, & non ad instantiam alte-
75 rius Papa conferet † beneficium, qa tũc primum dimittere debet, si de illo non fecit mentionem, & si non dimittit primũ, Papa in excedentibus alimenta, & in non excedentibus Episcopus potest alteri beneficium impetratum conferre, priuando etiam illum possessione mediante citatione, aut positione ad dicendum causam, quare non dimisit primum beneficium, posteaquàm adeptus fuit possessionem secundi beneficij si nullam iustam causam allegat, nec probat, c. licèt Episcopus, & ibi in summario, & gl. fi. in d. cap. is cui, de præben. lib. 6. & Abb. in c. dudum, num. 7. per illum tex. de elect. & per alia iura supra allegata, ubi etiam declaratur, quomodo intelligatur beneficium collatum motu proprio, & maximè in d. c. si motu proprio, in fi. nec censetur dispensasse Papam, aut Episcopum super alijs beneficijs expressis non canonicè obtentis, quia ta-
76 lis † dispensatio non refertur ad beneficia minus canonicè adepta, nisi aliter fieret expressio magis specialis, tex. est menti tenendus, in c. si gratiosè, in fi. de rescrip. lib. 6. quem refert, & sequitur Abb. in d. c. dudum, il 2. n. 16. uers. nota, prope fi. de elect. car. 177. & nu. 5. ubi dicit, committere furtum graue, & effici infamem, & nu. 19. dicit teneri ad restitutionem fructuum, & hoc sentit etiam Rebuf. in praxi benefi. tit. de rescrip. & perinde uale. num. 47. & 48. car. 242.

Et licèt collatio huiusmodi beneficij esset facta a Papa, & Episcopus, & sic in-
77 ferior non posit apponere † manum alteri conferendo, & annullando gratiam, & collationem per ea, quæ dixi supra in decis. 4. nu. 30. & seq. in hac 2. par. car. 91. & per c. 2. de confir. util. uel inutil. gl. fi. in c. 1. eo. tit. Crau. cons. 813. nu. 1. car. 127. cõ si. 767. nu. 4. uol. 5. tamen ratione peccati, (in quo reperitur ille, qui tenet beneficiũ huiusmodi non canonicè, ut notat text. in c. is cui, & c. si motu proprio, de præbend. lib. 6. & Alphon. Mendo. in tract. de incõpatibili. benefi. in 1. par. cap. 19. col. 1. & 2. car. 48. per gl. in d. c. dudum, in finalib. uerbis ibi, sed credo, quòd si primum beneficium de electio.) potest ordinarius ex officio irritare processum, & per denunciationem Euangelicam remouere illum a peccato citando, ad dicẽdum causam, quare non relaxat beneficium obtentum falsa, & subreptitia collatione, tacendo alia beneficia adnotata per text. in d. c. licèt Episcopus, & ibi per glo. & summarium, in prin. & gl. in c. is cui, in uerbo dimittat, de præben. libr. 6. & ita declarat Abb. in c. ad audientiam, il 2. nu. 7. & nu. 11. & ibi, Imo. sub nu. 8. uersi. si autem uitium, car. 90. & Fely. nume. 21. uers. fallit octauo, col. 807. de rescrip. nam ex causa, & ubi est pericu-
78 lum † animæ, & in mora, potest Episcopus, & ordinarius apponere manum per modum prouisionis, remittendo postea finalem cognitionem causæ ad superiorẽ. Rom. cons. 428. nu. 13. & seq. gl. in d. c. 1. & tex. in d c. 2. & ibi Dec. de confir. util & inutil. & ideo ratione scandali euitandi potest inferior apponere manum propter periculum moræ. Fely. in c. 2. nu. 2. in 15. speciale, de præscrip. col. 167. & etiã quãdo esset defectus potestatis, & iurisdictionis, ut per Rom. consi. 335. nu. 11. & seq. & Grat. consi. 36. ut fructus, in fi. lib. 2.

Et si post collationem, & possessionem adeptam iste, qui obtinuit hoc beneficiũ subreptitiũ, supplicauerit Papæ, & omnia beneficia expresserit, & obtinuerit confirmationem collationis cum clausula, (per-
79 inde † ualere) talis confirmatio non præiudicabit iuri alteri quæsito, nec si omnia in priori collatione narrata, uel postea narranda, & possessionem, ac perceptio-

nem fructuum, nõ expresserit, Dominic. in cons. 11. lite pendente, & cons. 128. factum tale, per totum, & col. fi. per c. quamuis, de rescript. lib. 6. & Rebuf. in praxi benefi. in rubr. de rescrip. & perinde ualere, nu. 29. car. 240. & nu. 38. & seq. & num. 45. 52. 63. & 64. nisi esset posita clausula generalis, (vt perinde † in omnibus, & per omnia acta, & gesta valeant, ac si de his expressa mentio facta fuisset) quia tunc ualebit gratia, & confirmatio, licèt narrata, & narranda in prima gratia, & secunda non essent expressa, dummodo ius tertio non sit quæsitum, quia Papa potest fingere expressum, quod in primis literis non est expressum. Ant. But. cons. 2. refert Rebuf. ubi supra, nu. 59. vers. & quando ponitur, car. 243. & de ista clausula (perinde ualere) quando valet, & in quibus casibus conceditur tale remedium tradit Rebuf. vbi supra, de rescript. & perinde ualere n. 2. & seq. car. 237. & seq. & Mandosi. in praxi signatu. & Grati. in verbo. Perinde valere, car. 17. & seq. & retrotrahitur, & ualet

80

31 † vt ex tunc, non ut ex nunc, qñ in medio non est obstaculum, & respicit sicut argustetio,, & valet a die primæ gratiæ, si nulli fiat præiudiciũ, secus si in medio est obstaculũ, aut alteri fit prẹiudiciũ, quia ualet ut ex nũc, & non vt ex tunc, & ita differt a confirmatione, quæ conualidat actum inualidum, vt ex nunc, non ut ex tunc, ita declarat Rebuf. vbi supra, nu. 4. & nu. 32. car. 241. & sentit Io. de Sylu. in tract. de benefi. in 1. par. q. 6. sub nu. 11. & nu. 15. car. 65. & ideo si duo fuerunt præsentati,

32 † uel habuerunt collationem beneficiorum, & vnus non haberet alia beneficia, & alter alia plura, & non expresserit omnia, erit præferendus ille, qui obtinuerit beneficiũ, & præsentationem sine aliis beneficijs, & sic ille, qui nulla alia habuerit beneficia, licèt alter postea obtineat confirmationem cum clausula (perinde ualere) quia prima electio, præsentatio, & collatio erat inualida, & nulla, & non erat in consideratione, & non faciebat concursũ, per tex. in c. quod aũt, in fi. de iur. patro. ita dicit Dominic. in d. cons. 11. & cons. 128. & Rebuf. vbi supra, etiam ꝙ haberet minorem partem eligentium, & prẹsentãtium per ea, quæ dixi in Repertorio decisionum, in uerbo, eligens, & præsentans, car. 948. col. 2. & sentit tex. in cap. quoniã in quibusdam, & ibi Doct. de iur. patr. & faciunt adducta per Lamberti. de iur. patrona. artic. 5. q. 7. principa. 2. par. lib. 2. car. 179.

Et si intra quatuor menses laicus, & sex ecclesiasticus compatronus non docuerit de suo iure patronatus & legitima

83 præsentatione, † siue litigauerit cũ alio cõpatrono, siue cũ extraneo, post mortẽ Rectoris, & Capellani, a die scientię uerę, vel pſumptæ, poterit Episcopus appellatione remota de præsbytero prouidere saluo iure vincẽtis, ne ecclesia patiatur in diuinis, & lite finita (licèt compatronus vnus obtineat) non remouetur institutus, & prouisus ab Episcopo, sed a cõpatrono obtinente represẽtetur, vt suã obtineat possessionẽ, & ipse erit obligatus recognoscere istum compatronũ in dominum, ita hæc probantur per tex. in c. quoniam, in fi. c. si verò ordinatio, c. cum p p laicorum, & in c. cũ te decet, de iur. patro. & per Lancel. in sua insti. canoni. §. quod si ita, de institu. & iur. patro. car. 59. si uerò lis, & contentio esset inter patronos, & Episcopũ, uel inter cõpatronos post præsentationẽ, & inter quatuor, aut sex mẽses nõ esset lis finita, nõ poterit ob hoc Episcopus, uel habẽs instituendi prouidere de Rectore, sed tantùm ponerẽ Economũ, qui habeat curam fructuum, & bonorum, donec cõstet de iure Vincẽtis, & fuerit prouisus de Rectore. Nam huiusmodi Economũ solùm potest ponere ille, qui habet ius instituendi, & non ordinarius, adeò ꝙ si capitulũ, vel Abbas, aut plebanus ex fundatione habet ius instituendi ad ipsum & nõ ad Episcopum ordinarium, spectat ius ponendi Economum, glo. & Abbas, in c. cùm uos, per illũ tex. de offi. iud. ordina. & ibi Doct. Lap. allega. 78. nu. 18. car. 79. & ibi Mandosi. & laicus cõpatronus non potest vllo modo retinere dicta bona, nec in aliquo se impedire in dictis fructibus, sub pęna, excommunicationis, sed solùm habet defendere ius patronatus, glo. & Abbas in d. c. cùm uos, nu. 4. & Lap. d. allega. 78. nu. 18. & ibi Mandosi. secus in patrono ecclesiastico, ut sequitur Lancellot. in d. sua instit. car. 59. §. eirt enim de inst. & iur. patr. car. 59. & ibi glo. quod est notandum contra illos de Landriano, qui lite durante supra uiribus iuris patronatus Vidigulphi noluerunt soluere fructus, & fictus dicti bene-

beneficii, & sibi retinere ét quod pluries fuissent requisiti, & licèt ad capitulũ, uel Abbatem, & Plebanum spectaret ius prouidendi de Rectore præsentatione nõ facta per compatronos, ob eorum simultates, & discordias, tamen Episcopus poterit præsentare Rectorem capitulo, & capitulum prouidebit, & instituet. ita dicit Lap. in d.allega.78.nu.15.car.79. & si cõtrarius pręsentauerit unum clericum idoneum,
84 & Diocesanus † Episcopus noluerit eum admittere, postea alium idoneum pręsentatum instituerit, & admiserit, qui possessionem tenuerit corporalem, iste secũdus, & non primus præsentatus præferetur, & non remouetur, quoniam antequàm præsentatio per Diocesanum Episcopum approbetur, ratum non est, quod a patrono fuerit inchoatũ, tex. est in c. quòd autem, & in cap. pastoralis, de iur. patr. vbi dicit, ꝙ si Episcopos clericũ idoneum primo loco præsentatum malitiose recusauerit, & secundũ admiserit in pęnã eũ de competenti beneficio prouidere erit obligatus, & cõpelli potest. & Lambertin. de iur. patro.art.8.q.7.par.2.li.2. car.163. quod est notandum per ecclesiam illam Tordonẽsem uacantem iuris patronatus illorum de campo Beato, & notat Pau. Lancelo. in insti. Canoni. §. sed si laicus, & §. sunt tamẽ. de inst. & iur. patr. car.57.col.1. & 2. & ibi. gl.1. secus si non malitiosè, sed ex causa, quia sit aliqua infamia notatus, rixosus, processatus, aut clarè tunc non constet de iure patronatus, & quid simile, ex quibus
85 colligitur, quòd laicus potest uariare in† præsentatione antequam præsentatus sit admissus, quia nullum ius est præsentato acquisitum ante institutionem, secus in ꝑsona ecclesiastica, quæ non potest uariare, & ideo primus præfertur præsentatus, & in pari uoce locus est gratificationi Episcopo. d.c. quòd autem consulis, & ibi gl. & in c. cùm autem aduocatus, de iur. patr. & licèt laicus potest uariare, tamen hoc
86 intelligitur † cumulatiuè non priuatiuè in idoneo, nam primo præsentatus habebit uocem. Adeò quòd præfereretur secũdo, si haberet etiam uocem alterius compatroni, uel ipse pręsentatus esset unus de compatronis, & consentiret præsentationi, & electioni de se factæ, quia haberet ius pinguius alterius secundo loco præsentati, ita declarat Lamberti. de iur. patro. art.8.q.5.princ.2.par. lib.2. per totum, & numero 3. & sequen. car.163.13.art. quæstio.7. numero 2. & 3. car.186. col.3. & art. 5.q.5. numero 2. car.162. faciunt, quæ dixi in Reper. Decisionum, in uerbo ius patronatus, numero 2.13. & 14. cart.1045. tex. in c. per nostras. ubi Abb. de iur. patro. & Pau. Lancelot. in sua insti. Canoni. §. si tamen, & ibi glo.1. & 2. de insti. & iur. pat. car.57. ubi extendit ad clericos patronos, qui habent ius patronatus seculare, & tetigi in decis.40.num.4. in 1. par. quæ fac, ut intelligas in præsentatione, & sic in actu perfecto compatroni, quo ad variationẽ cumulatiuè, & non priuatiuè, secus in nominatione ad præsentandum, nam antequàm præsentetur actus, non est perfectus quo ad compatronum, quia restat aliquid perficere, hoc est præsentare, quæ spectat solùm ad compatronum, & institutio ad ordinarium, & ideo poterit uariare priuatiuè, & sic uerti ad inchoandum alium actum, & reuocare mandatum ad nominandum, & præsentandum, antequam nominet, & præsentet procurator, ita declarat Lambertin. de iur. patro. art.2. quæstio.7. princip. par. secunda, libro secundo, numero 5. uers. tu considera, car.178. col. 3. & 4. ubi dicit procedere etiam in personis ecclesiasticis, quia non dicitur propriè uariatio hæc, sed noui actus inhoatio, & translatio ad alium actum, quæ sunt notanda, quia quotidie contingunt, & habeo de facto in iure patronatus illorum de Lumello Sartirana ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ, vbi aliqui constituerunt proceratorem ad nominandum, & præsentandum, & ante præsentationẽ reuocarunt mandatum, & alium nominarunt, alii reuocarunt præsentationem de primo, & alium præsentarunt compatronum, qui consentit electioni de se factæ, & obtinuit.

Et circa patronũ ecclesiasticum, ꝙ non possit uariare, quia eius ꝑsentatio habetur pro institutione & electione, in q bus non admittitur uariatio, ut supra dixi, nu.85. & sequitur Pau. Lancelo. in institu. Canoni. §. sunt tamẽ, glo.1. intellige qñ isti clerici, & Religiosi habẽt ius patronatus ecclesiasticũ, & sic eis cõpetit præsentatio iure ecclesiæ, secus si cõpeteret iure patrimonii, & sic esset ius patronatus seculare, nã tunc haberentur illi clerici pro seculari-

bus, & possent uariare, & intra quatuor mēses tenerentur præsentare, per ea, quæ dixi in decis. 22. num. 16. in 1. par. car. 320. col. 2. & ita declarat Pau. Lancelot. in sua insti. Canoni. §. si tamen, in glo. in uerbo, statuitur. car. 57. col. 2. & dicit hoc notare Abba. in d. c. cùm aūt. de iur. patro. & idē dicit Abbas in c. cum uos, n. 4. de offi. iudi. ordina. ꝙ est notandū, quia pauci iuuenes hoc considerāt, & mortuo Episcopo præ-
87 sentatio, & collatio † beneficiorū nō pōt fieri per capitulum, sed solùm hēt ponere custodē, & œconomum, qui habeat curā fructuū, & bonorū dicti beneficii, & (creato Episcopo, & collatione facta) postea restituere fructus, & bona Rectori prouiso de dicto beneficio, qui habeat in utilitatē ecclesiæ, & pro alimentis suis dictos fructus cōuertere, si uerò præsentatio fuerit facta coram Episcopo, eo mortuo, bene sede uacante poterit capitulum instituere, ita hæc notantur in c. cùm uos, & ibi Abbas, nu. 2. de offi. iudi. ordina. Pau. Lācelo. in sua institu. canoni. §. dissimiles sunt, de institu. & iuris patrona. car. 60. quod esten
88 dit ad Vicariū Episcopi † si non haberet in suo priuilegio speciale mandatū, quia licèt non possit recipere præsentationes, tamen posset instituere factis præsentationibus coram Episcopo, & sequitur Appostilla ad Abba. in c. cum uos. in fi. de offi. iudi. ordina. per tex. in c. pen. & fi. de off. Vicar. lib. 6.

Et est aduertendum, ꝙ licèt clericus habeat sex, & laicus quatuor menses ad præsentandum, tamen facta præsentatione, & docto de iure patronatus, iuxta supra allegata, debet edictum proponi cum
89 termino ad † opponendum, aliàs institutio esset nulla, cap. fi. de electio. in 6. & ibi glo. & Doct. Lamberti. de iur. patro. artic. 12. 16. q. 6. princi. in 2. par. lib. 2. car. 170. & post tempus edicti fiet institutio, quā primū fieri poterit, & Episcopus poterit statuere terminum ad instituendum præsentatum, ne ecclesia, uel capella patiatur in diuinis, cum a iure non sit cautum intra quantum tempus debeat fieri institutio,
90 † & si intra statutum tempus compatronus non instituat præsentatum, ipse Episcopus poterit instituere. Lambertin. de iur. patrona. artic. 6. q. 2. princi. in 3. par. lib. 2. nu. 2. & 3. car. 21. & Abba. in c. pastorales, super glo. 1. de iur. patrona. & durā-
91 te termino edicti non poterit † deueniri ad institutionem. & si deuenitur, erit nulla institutio, tanquam facta in termino suspensæ iurisdictionis institutionis, qa sententia, & actus factus per iudicem tpe suspensæ iurisdictionis, est nullus, ut dixi supra in decis. 24. nu. 8. car. 338. in 1. par. & in decis. 16. nu. 37. in hac 2. par. car. 337. & habetur in proposito per Docto. in d. c. fi. de electio. in sexto, & comprobat Lambertin. ubi supra, in artic. 24. & 25. q. 6. in 2. par. lib. 2. car. 175. ubi dicit, ꝙ si nullus comparuerit intra terminum præfixum, in edicto, ꝙ bene institutio facta intra ter-
92 minum † edicti confirmabitur, & ualebit ut ex nunc, non, vt ex tunc, quia a principio non ualebat, & non retrotrahitur ad tempus inualidum, & nullum, quia habetur pro non scripto. C. quid autem, in fi. de iur. patr. quod est notandum ad confirmationē quęstionis nostræ supra propositæ in decis. 16. sub num. 35. car. 336. col. 1. uers. & ideo dixi uenditionē in hac 2. par. ubi dixi tempus sex annorum ad retrouendendum datum maiori uendendi nomine suo, & suorum fratrum minorum, pro quibus de rato promisit ad omnē simplicem requisitionem emptoris, non cæpisse currere (quo ad ipsos fratres minores, & postea pronuntiatos maiores) nisi a die ratificationis, & noui contractus, quia a principio uenditio illa facta a fratre maiore respectu partis diuisibilis fratrum minorum sine mandato, & solemnitate, erat ipso iure nulla, & non potuit retrotrahi, & ualuit ut ex nunc, non ut ex tunc, & allegaui tex. pulchrum, in c. dudū, de decimis, & quamplures alias allegationes, & præcipuè ibi in uers. & sic incipere a die confirmationis, a car. 339. col. 1. in fi. & sentit Geminia. in c. si pro te, nu. 8. & ibi Fran. nu. 3. de rescript. lib. 6. Cassiador. decis. 3. nu. 17. de præben. & pulchrè paucis uerbis sentit Anto. Gomesi. de contract. tomo 2. c. 2. sub num. 17. in fi. car. 167. & in proposito de ratificatione facta ab uxore in uenditione facta a marito, qui non habebat mandatum, loquitur Iacob. Beret. cons. 50. num. 12. car. 99. ubi ostendit esse communem.

Et si post terminū edicti cōparuerit alter ex cōpatronis, poterit si uoluerit ex ur-
93 banitate instituere † habēs & re integra audire cōtradictorem, & compatronum,

&

& cognoscere de omnibus, si uerò non vult, non potest cogi, & transacto dicto tẽpore nullus debet audiri, cũ in edicto adsit peremptorium glo. in d.c. fi. in uerbo, peremptoriũ, de electio. in sexto, pulchrè Oldrad. cons. 3. inci. cum causa electionis, & Lamber. artic. 26. q. 6. in 2. par. lib. 2. car. 174. num. 2. nisi huiusmodi edictum esset contra formam d.c. fi. de electio. in 6. & iure canonico factum, & sic esset nullũ, quia tunc quis potest post terminum edicti cõponere, & dicere de nullitate, & excipere. Lambertin. d. artic. 26 col. 2. sub nu. 2. car. 174. ubi dicit idem, si fuisset contradictor impeditus, uel ignarus, & ponit num. 4. & 5. causas impedimenti, & ignorantiæ, & circa nullitatem faciunt, quæ dixi in Repertorio decisionum mearum, in uerbo, folla facta, car. 974. col. 2. & Mari Angussol. consi. 275. nu. 12. & seq. car. 477.

Et ista institutio potest fieri in quocunque loco, & die feriata, & etiam extra ter
94 ritorium, licèt † cognitio causæ, & diffinitio (quando adsunt cõtradictores) debeat fieri in sua iurisdictione, Lamberti. arti. 9. 10. & 11. q. 1. in 3. par. prin. lib. 2. car. 217. ubi col. 2. dicit etiam, quid in præsentatione, & maximè accedente licentia ordinarii illius diœcesis, nam Episcopus potest ẽt ordinare suum clericum in diœcesi aliena, & alia facere, cum dicta licentia, aliàs nõ. 70. distinctio. c. 2. & 3. Bertach. in tract. de Episc. in 3. par. 3. lib. nu. 5. uers. incidenter hic, car. mihi 48.

Et institutio faciens mentionem de p̃sentatione in antiquis, si nõ appareret de præsentatione, & tempus esset sexaginta
95 annorum, & ultra, probaret † præsentationem, & tanto magis si diceret, & exprimeret tempus, locum, & notarium, & diceret uidisse, & legisse instrumentum præsentationis, ut per Lamberti. de iur. patro. arti. 4. q. 10. per totum, & nu. 10. & artic. seq. car. 196. in 2. par. lib. 2. quia si probatur ius patronatus per instrumentum institutionis non antiquum faciens mentionem de instrumento fundationis ab eo viso, & lecto, cum anno, & notario, ut supra dixi, nu. 4. quãto fortius instrumento institutionis antiquo, quod intelligo in institutione facta ab Episcopo, uel eius Vicario, & sic ab ordinario, secus si a capitulo, ab Abbate, uel præposito non ordinario, sed habẽte authoritatẽ instituẽdi ex fundatione, uel p̃scriptione, qui non possunt p̃iudicare iuribus ordinarij in institutione, quia qñ instrumentũ institutionis est factũ ab ordinario, tũc dr̃ factũ inter partes, hoc est inter cõpatronos, & p̃sentatũ ex una, & ordinarium respectu suæ iurisdictionis ex altera, & qñ sententia, & instrumentũ est lata, & rogatũ, & enũtiat alia instrumẽta, citationẽ, laudũ, & processum, licèt de illis nõ appareat talia enũtiata ꝓbant, & præsumũtur producta, & uera, & enũtians ꝓbat, & sibi p̃iudicat, qñ fuit p̃sens, uel sibi enuntiatũ, intimatũ, Corn. cõs. 22. col. 2. uol. 3. sicut uidemus in s̃nĩa, ut tetigi, & declaraui, in Repertorio decisionum, in uerbo, uerba enuntiatiua, car. 1237. in 1. par. & Dec. & Doct. in c. quoniã contra, n. 42. de prob. quod est notandum ꝑ Rectores circa bona ecclesiastica cõtra peruersos emphiteotas volẽtes vsurpare bona Christi, asserentes nõ apparere de inuestitura, licèt aliquę confessiones aut recognitiones faciãt de illa mentionem, & contra auaros clericos, q uolunt bona auferre emphiteotis possidẽtibus sub prætextu, quod sit finita emphiteosis, & facta ad tẽpus posteaquã de inuestitura perpetua nõ apparet, nisi per cõfessiones solutionũ Canonis, uel recognitiones faciẽtes mentionẽ de instrumẽto inuestituræ ꝑpetuæ, modo quo supra, qa cùm inter partes, & p̃sentes sit facta ista enũtiatio, sibi ipsis p̃iudicat, & p̃sumitur uisa, & lecta ac ꝓducta, aliàs non est credendũ notariũ fecisse de illa mentionẽ, cum anno, & notario, si nẽ uidisset, & fuisset ꝓducta, nec Rector, aut emphiteota supportasset, ut patet sensui, & tetigi supra, n. 1. bene uerũ est, quod si in s̃nĩa, vel instrumẽto rogato parte p̃sente, uel ei intimata nõ fieret mentio de omnibus qualitatibus, & pactis positis in dicta enunciata inuestitura, quòd solùm
96 † enuntiatio probaret enuntiatũ solùm in eo, in quo loquitur, & sic ꝙ inuestitura adsit, & quod sit perpetua, & per Corn. cõs. 22. col. 2. uol. 3. & si nihil aliud enũtiatur, præsumitur perpetua vsq; ad tertiam generationem tantũ, & sine clausula cui, uel q̃bus, adeò ꝙ nõ trãsibit ad extraneas ꝑsonas, cùm non p̃sumatur facta contra ius canonicũ, nisi in enũtiatis, ad hoc, ut sit minus p̃iudicialis ecclesiæ, ꝑ ea, quæ in simili latè deduxi in decis. 45. n. 17. seq. in 1. par. car. 685. & ꝑ Alex. cõs. 103. n. 8. uol. 3.

DE

## ARGVMENTVM.

Matrimonium contractum inter maleficiatum, aut frigidum, uel impotentem, & nõ impotentem, nec maleficiatum, si post triennium remanet maleficium, aut statim appareat de impotentia naturali, & perpetua, potest dirimi matrimonium.

Dos, iocalia, uestes, & donamenta restituuntur soluto matrimonio propter impotentiam, & affinitatem, & quæ, & quomodo, uide hic.

## SVMMARIVM.

1 *Maleficiatus non potest contrahere matrimonium, si est perpetuum, et post triennium peracta pœnitentia a die monitionis iudicis dissoluetur matrimonium.*

2 *Impedimentum coeundi, quando prouenit a natura, & statim appareat de impedimento perpetuo facit dirimere matrimonium, incontinenti non expectato triennio.*

3 *Impotens propter naturam arctam si ope medicorum sine periculo mortis potest liberari, & fieri potens non potest dirimere matrimonium, aliàs secus, & statim, tunc dirimitur.*

4 *Medicus, qui promisit liberare podagrosum, & infirmum pro decem, non potest illa decem petere, si liberauit, sed postea reuersa est eadem podagra, & infirmitas.*

*Curasse non dicitur, cùm non durat curatio, num. 4.*

5 *Frigidus quando non potest contrahere matrimonium, & contractum dissoluit, uide hic.*

6 *Habens uirgam erectam, & non emittens semen, non potest contrahere matrimonium.*

*Senex potest generare, & matrimonium contrahere, num. 6.*

7 *Matrimonium quando ante triennium, & quando statim potest dirimi ob impedimentum, & impotentiam, & numero 1. & 2.*

8 *Maleficiatus, & impotens, si post matrimonium dissolutum efficitur potens, & non maleficiatus, an possit reuocare eius coniugem, & alteri copulatam, uide hic.*

9 *Matrimonium contractum per verba de præsenti copula carnali non sequuta, potest dissolui altero ingrediente monasterio, & professionem faciente uoluntariè.*

10 *Dos, iocalia, & donamenta non repetuntur per illum, qui dolosè contraxit matrimonium inualidum, et soluendum ex defectu impotentiæ, & maleficij, & nu. 23.*

11 *Dos, & iocalia, ac donamenta restitui debẽt pretiosa, & festiua quando matrimonium soluitur per mortem, uel impotentiam, & intra triennium soluuntur alimenta, & nu. 12. & seq.*

12 *Iocalia, uestes, & donamenta donata ab uxore marito, & econtra solùm pretiosa, & festiua restituuntur, & quæ sint, uide nu. 13. 18. & seq.*

14 *Lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, & non quæ de raro contingunt.*

15 *Donatio præsumitur facta secundum morem ciuitatis.*

16 *Conuentum præsumitur, quod est solitum.*

17 *Doctor debet melius uestiri, quàm Scholaris, Abbas, quam Monachus, Dominus, quàm seruus.*

19 *Iocalia missa per sponsum sponsæ cum his uerbis, quòd donat uestes, & iocalia, non præsumuntur uerè donata, sed data ad utendum, ut ornatior incedat.*

20 *Iocalia, uestes, & donamenta data sponsæ non confirmantur morte, nisi uerè sint donata.*

*Donamenta uerè facta per sponsum sponsæ, & econtra, ualent, si iuramento sunt uallata, nu. 20.*

21 *Iocalia, & donamenta facta a consanguineis uiri sponsæ, & ab illis uxoris sponso dicuntur facta contemplatione mariti, aut uxoris, & sunt restituenda uiro, aut sponsæ secundum facti speciem.*

22 *Iocalia, & donamenta præsumuntur extare, & qui dicit consumpta, debet probare, & quomodo probatur.*

*Iocalia, donamenta, & uestes quando sunt restituenda, debent restitui talia, qualia repe-*

*reperiũtur, nisi sint data æstimata, nu. 22.*
*Vestes, & iocalia donata quando, & quæ restituũtur, & quãdo æstimatio facit emptionem, uide nu. 12. & seq. & nu. 22. & 23.*
23 *Iocalia, uestes, & donamẽta soluto matrimonio per impotentiam, uel affinitatem, & ipso sciente impedimentum non restituuntur, secus si ignorauerit, & nume. 1.*
*Dos restituenda per solutionem Matrimonij, propter impotentiam coeundi, gaudet priuilegio vere dotis, nume. 23.*
24 *Maritus non lucratur dotem datam, si uxor moritur ante solutionem Matrimonij, propter impedimentum impotentiæ, & quando dos est putatiua.*
*Statutum de lucro dotis non habet locum in Matrimonio soluendo propter Maleficiũ, impotentiam, aut affinitatem, nume. 24.*
25 *Maritus lucratur fructus dotis, licèt soluitur matrimonium propter impotentiam, uel affinitatem, bona fide existente.*
26 *Matrimonium non dissoluitur, licèt quis sit leprosus, Eticus, Tisicus, hidropicus, malè oleat, et laboret morbo Gallico, sit furiosus & mẽte captus, et an fiat separatio Thori.*
*Dos restituitur quãdo fit separatio Thori ꝑꝑ leprã, morbũ Gallicũ, furorem, demẽtiam, Adulterium, & quid simile, nume. 26.*
*Matrimonium quando separatur per diuortium, dos restitui debet, num. 26.*
27 *Iudex Ecclesiasticus est iudex cõpetens super dote, et Alimẽtis, quãdo accessoriè de illis, & principaliter de matrimonio cognoscit.*
27 *Vxor an teneatur redire ad uirum eam uerberante, & sæuientem in eam, uide hic.*
29 *Maritus non habet annum ad restituendam dotem, quando soluitur Matrimoniũ ꝑꝑ impotentiã, vel restituitur iusta de causa.*
30 *Vxor ante Restitutionem dotis lite non mota, nihil potest petere pro interesse, & alimentis, nisi esset pauper, & non haberet vnde uiuere posset, et qũo dicatur nõ habere.*

## DECISIO LXIIII.

D. A. Contraxit Matrimoniũ cum B. Tintore S. Angelis, & cum pluries simul dormiissent, dictus eius uir nũquã potuit illã carnaliter cognoscere, & sic Mẽbrũ mittere intra Vuluã, licèt ex sui parte fecisset oẽ conatũ, nec uxor poterat pati introire d. Mẽbrũ ultra os cũni, & cũ uir instaret corã me Vic. Papiẽse, ut dictũ Matrimoniũ dissoluere uellẽ ob impe-
1 dimẽtũ † ꝑpetuũ d. mulieris seruatis seruãdis, misi quatuor mulieres obstetrices, & ꝑsonas ꝑitas in arte a partib. electas, ut viderẽt, tãgerẽt, & referrẽt hmõi impedimẽtũ, & an sit reparabile, vel nõ; & tandẽ oĩb. uisis, & consideratis, retulerũt inuenisse os cũni Mulieris fuisse uulsũ, Archatũ, & curuũ ita, & taliter, ꝙ ne digitũ qui dẽ minimum mittere potuerũt, neq; Mulier poterat hoc pati, & hoc euenisse iudicarũt ob aliquã per cussionẽ factã, qñ erat in ętate infantili, quo tp̃e os ille erat tenellus, & ętate crescente os creuit, & fecit os supra os durũ, & immobile, & iõ nullo mõ posse dictũ uirũ carnaliter cognoscere dictã Mulierẽ, & ꝙ si forte fortuna per claustra (semine emisso) dicta Mulier fieret granida, ꝙ impossibile esset parturire, nõ scisso uentre, aut uulua, & ipsam moriturã aiebant, qua de re dictũ Matrimoniũ
* fuit dissolutũ & ita IVDICAVI * Papiæ de anno 1583. & partes acquieuerũt. Et quidem hoc Matrimonium rectè fuis-
2 se dissolutum ego existimaui, non † expectato triẽnio; quia licèt qñ impedimentum Matrimonii proueniat a maleficio & frigiditate debeat expectari tp̃s trium annorum, si fuit maleficiatus ante Matrimonium cũ ieiuniis, orationibus, pęnitentia, confessionibus, & cõione deuotè coeundo, si possunt simul cõpati habitatione & amplexu, aliàs secus si maleficiũ esset ita iniquum, ꝙ illi cohabitando, & coeundo alter cõiugũ incurreret periculũ uitæ, quia tunc pñt seorsum & separatim habitare, & nõ coire, sed cũ pęnitẽtia expectare triẽniũ, adnotata per Ang. in uerbo delictum cõiugale n. 3. & Appostilla ad Bertaz. cõs. 228. nu. 19. lit. D. car. 302. col. 3. & dixi supra in Repert. Decisionũ, in uerbo, Matrimoniũ filios. car. 1091. per tex. in c. 1. & ibi Henric. Boich. & Doct. de frigid. & malef. & Capel. Tolosa. dec. 380. Tñ quando fri-
3 giditas, & † impotẽtia est natura, & irremediabilis, aut ab accidẽte effecto immutabile, & irreparabile, nisi cũ uitæ periculo, & statim pt̃ apparere, & uerificari absq; spe habilitationis, tũc nõ est expectãdũ triẽniũ cũ penitẽtia, sed statim est matrimoniũ dirimẽdũ. Henric. Boich. in d. c. 1. & 2. & idẽ si natura Mulieris adeò est arcta, ut Mulier alteri carnaliter cõmisceri nõ possit nisi ꝑ incisionẽ ꝑiculosam ad Matrimonium contrahendum non dẽt idonea Mulier iudicari, at in casu isto hæc mulier tã arcta erat, ꝙ alteri carnaliter commisceri

non

non poterat,& cum periculo mortis,ergo ad Matrimoniũ contrahendũ idonea non erat,c.fraternitatis,in fi.de frigi.& maleficia,& ibi Doct. Lancelot.in sua institu.Canoni.§.item frigiditas,& ibi glo.de frigi.& malefi.cart 96.secus si incisione,& ope medicorum sine periculo mortis, posset fieri hæc mulier habilis, & alteri carnaliter se immisceri,quia tunc posset contrahi Matrimonium,nam modicam uexatione, & molestiam dñt cõiuges sustinere,ut matrimoniũ sortiatur effectũ.c.fraternitatis,& c.ex literis de frigi.& malefi.& Lancelot.in d.§.idem frigiditas in glo.in uerbo,ope Medicorũ,qđ ego intelligo si ope medicorũ, & incisione remaneat habilis ad coeũdũ perpetuo alio nõ superueniente de nouo impedimẽto, secus si statim facta incisione, uel ope medicorũ alteri carnaliter cõmisceri posset per breue tp̃is spatiũ arbitrio iudicis iudicãdũ,& postea ex eademmet cã primęua arcta adeo reuerteretur,uel impotens,ꝙ alteri immisceri nõ posset, uel nisi cum mortis periculo,quia tunc idẽ esset,ac si a principio adesset impedimentũ, & arcta esset uia,ut per Doct. in d.c.fraternitatis, & c.ex literis.de frigi.& malefi.quia non dicitur cessare impedimentum,quando non durat,sicut non dicitur medicum curasse infirmũ, iuxta conuenta,qui liberauit, sed statim intra modicum tp̃s uulnus,& † morbus idem ac podagra eadẽ rediit,quia non dicitur curasse, cùm non durat curatio,sed solum fecit cessare angustias infirmitatis, non autem eas extinxit, ita dicit glo.unica in l.Maritus.ff.loca.& condu.& ibi Bar.& Docto.si

4 (margin, beside "dicum tp̃s uulnus")

5 uero frigiditas † esset in minoribus quindecim,decem & octo,aut uigintiquinque annis, quia posset ętate crescente crescere caliditas,ideo esset expectandũ trienniũ a die pęnitẽtiæ factæ, & iudicis monitione, quod triennium non potest iudice abbreuiari c.fi.de frigi.& malefi. Henric.Boich. in d.c.1.nume.1.eod.tit.quòd idem est di

6 cendum in eo,qui habet † uirgam erectã, sed non potest semen emittere, de quo loquitur Abba.in capi.quod sedem,eod.tit. & Lancelot.in sua practi. Canoni.§.item frigiditas,in glo in uerbo, natura,car 96. nisi essemus in sene,cum quo potest contrahi Matrimonium,quia senibus Matrimonium dicitur esse legis obsequium, & humanitatis solatium, & quandoque habet habitum reducibilẽ ad exercitium, sicut spado,qui habet unum testiculũ,Lancel.d.§.item frigiditas,in d.glos in uerbo, natura, Soci.in conf.65.uolum.3.in principio,ubi loquitur in octuagenario, ubi dicit,quod potest generare,licet ex aliis cõiecturis teneat,quo ad successionem,filiũ illum non potuisse esse illius senis, & latè cõsuluit Parts. consi.29. Catto.& consi.26. uolu.2.& uide Petr.Duen.in Regula.350. filius naturalis, nu.1.limi.1.& nume.10.& dictum Socini sequitur Neuizan. in consil.34.& faciunt tradita per Roland.a Val.de luc. dot. quæstio. 14. nume.18.ubi dicit,ꝙ nemo est adeo senex, quin aliquando calere possit natura, uel Artificio,& generare potest, cùm sit aptus ad coeundũ, & maximè quando est podagrosus, quia talis infirmitas reddit uiros magis luxuriosos, & aptos ad generandum, ut aiunt Phisici,& sequitur Neuizan.d.cõs.34.sub nume.10.11.& 18.& Menochi.de arbit.iudic.casu. 89.cart.163.& in septuagenario

* fuit IVDICATVM * Fiuizani, & Florentiæ ad fauorem Ioannis Angeli filii Magistri Ioannis Marci excellentis Artium Doctoris Podagrosi de Mezana de Fiuizano, & Iacopinus Patruelis meus generauit in anno octuagenario quarto,& in nonagesimo,andaua a Caccia a piedi,& portaua le rete in spalla,ut manifestum est in Patria mea, & ita facit hodie Ludouicus septuagenarius filius. Et sic cõcluditur,ꝙ in maleficiatio ante Matrimoniũ,ut præsu

7 mitur,& in frigido dẽt stari per † trienniũ a die penitentiæ factæ, & monitionis iudicis,in impotente ob mẽbrũ paruũ,uel nimis grossum, aut carnosum,ob arcturam naturæ,& scissionẽ ꝑiculosam,& alio impedimento nãli perpetuo, si statim põt cõstare de hmõi impedimẽto,dẽt quam primum dirimi Matrimonium,si autem non potest constare per peritos,& euidentiam facti, dẽt cum pęnitentia expectari triennium,ut per tex.in capi.1.capi.fraternitatis,& capit.ex literis, de frigi.et malefi.et ibi Henric.Boich.et doct.Sed oriri p̃t pulchrum dubiũ,et maximè inter potentes, an si aliquo casu miraculoso, uel incognito, aut assidua copula, et continuo coitu de arcta fieret lata et larga natura, et de grosso,et carnoso fieret mediocre,et habi

8 le mẽbrũ,et sic de impotẽte † potẽs,et de maleficiato liber, et sanus an cõiunx talis

debeat

debeat reuerti ad primam uxorem, uel ipsam factam habilem remanere cũ secũdo viro, te remitto ad notata per Doct. in d. c. fraternitatis, ubi Henric. Boich. n. 12. & seq. de frig. & malefi. & per Angel. de Castro cons. 30. nu. 3. & seq. volu. 1. consiliorũ matrimo. diuersorum, car. 76. Cautela tamen esset, meo quidem iudicio, (remittendo tamen semper me ad id quod tenet sancta Mater Ecclesia) quod alter coniu-
9 gum facta solutione matrimonij † ingrederetur uoluntariè religionem, faciendo professionem, quia tunc alter poterit liberè contrahere matrimonium, non sequuta copula carnali, (ut semper hoc in casu præsupponitur) secus si non uoluntariè, sed cum protestatione, & in uitã ingreditur Monasteriũ, adnotata in cap. ex parte il 1. cap. cùm sis, & cap. vxoribus, de conuersa. coniug. Lancelot. in sua institu. Canoni. §. sciendum est, de diuorti. car. 105. & ibi glo. Fel. in cons. 26. Abba. in c. 2. nu. 5. de sponsali. Hugo. Cels. cons. 105. num. 11. car. 359. & Purpura. cons. 437. consultus, vol. 2. car. 59. quia ecclesia decepta fuisset, vt per Angel. de Cast. d. cons. 30. numero 3. car. 76. quæ sunt notanda, quia sæpissimè eueniunt tam ex defectu frigiditatis, & impotentiæ, quàm ex defectu maleficiorum, & præcipue in Lombardia, quãdo in ecclesijs desponsantur coniuges.

Et dissoluto matrimonio propter impotentiam, & maleficium debent data, & recepta restituta coniugibus, si ignorarunt a principio huiusmodi impedimentum, si verò alter eorum dolosè cõtrahit, & sciat
10 impedimentum, non potest † repetere datum, & tenetur acceptum restituere, & maritus dolosus non lucraretur doté, nec mulier dolosa iocalia, & dotationes propter nuptias, ut dixi supra in Repertorio decisionũ, in uerbo matrimonium, vltra filios, car. 1091. col. 1. ubi allegant scientiam, & dolũ incumbit onus probandi, & infra nu. 23. & durante triennio si nõ possunt simul cohabitare, debet maritus de
11 fructibus dotis uxorem † alimentare, cùm stet separata lege permittente, & nõ culpa sua, & idem si litigant super matrimonio, ut per appostillam ad Bertazzol. in d. cons. 228. sub num. 19. lit. D. car. 302. sentit a contrario Roma. cõs. 146. ista quæstio. sub nu. 2. in fi. & Angel. de Castr. cõs. 31. & cons. 32. uol. 1. cons. matri. diuerso. car. 78. sentit Pau. de Castr. cons. 65. in fi. vol. 1. triennio transacto, & soluto matri-
12 monio hinc inde data, & † recepta debẽt restitui iugalibus, & pater nõ habet vsumfructum in donatis iugalibus, quia sunt data ad utendum adnotata per Crot. in l. frater a fratre quæst. 29. ff. de condi. indebi. & illa donamenta, & iocalia ueniunt restituenda tantũ pretiosa, & festiua, non autem uilia, & vsualia, considerata persona cui donata sunt, & qui ea donauit, quia se-
13 cundum † qualitatẽ, & dignitatem personæ reputabuntur ista donamenta vsualia, vel p̃tiosa, sicut uidemus in matrimonio soluto per mortem mariti, uel uxoris, ut per Corse. singula. in uerbo, conditio personæ, appostilla ad decisio. Tolosa. q. 88. vbi dicitur ꝙ uestes, & alimenta debent esse secundũ dignitatem illius, cui sunt præstanda, & illius, a quo debent præstari, ergo si ista donamenta fuerunt uxoris Ducis, Marchionis, Comitis, aut Baroni, qui non sint nulla tenẽtes, de quibus loquitur Ias. in l. id quod apud hostes, nu. 12. & seq. ff. de lega. primo, certum est, ꝙ uestes panni fini, subtanæ sericeæ, zimaræ, mocaiardi, grossæ granæ, & ormesini, ac colanæ paruulæ, gorzeræ, pendentes, & alia non valoris notabilis non erunt restituenda, quia vsualia censerentur in huiusmodi muliere, & idẽ in uiro de donatis ab vxore, & parẽtibus uxoris, alia uerò pretiosa bene restituet coniux, si uerò erit uxor Doctoris, nobilis, & ciuis diuitis, tũc erit considerandum an sint de ciuitate aliqua Nobili, & magnanima, ut est Florẽtia, Roma, Neapolis, Venetia, Mediolanum, & quid simile. & quomodo in dictis ciuitatibus uestitur in domo, & in ecclesijs, & tripudijs, & in diebus festiuis, & ferialibus, & secundũ d. Ritum debent tales uestes, & iocalia reputari vsualia, & pretiosa, quia istæ mulieres aliquãdo in domo uestiuntur de subtanis sericeis, & pannis finibus nõ affloratis, nec recamatis, si aũt sunt de ciuitate inferiori, & mediocri, & castellis grossis, & nobilibus, tũc humilioribus, & vilioribus vestibus induuntur, & uestes ornatæ panni fini, & serici, ac annuli magni valoris, & iocalia erũt restituẽda uti pretiosa, cõsiderato ritu illius loci, si erit de villa, ac Castro basso, & parũ ciuile uestes pãni colorati alicuius ualoris, & anuli aurei excedẽtes summã scutorũ quatuor, &

rezzi,

uezzi, ac ꝑlę, & alia iocalia erũt restituenda, & sic omnia ista erũt usualia, uel preciosa habita consideratione personarum, locorũ & morũ, arbitrio iudicis, ut cõsiderat Doctus, & bene ordinatus Dominus Menoch. in suo Aureo tracta. de Arbitr. iudic. lib. 2. centur. 3. casu. 218. cart. 299. & Iul. Clar. §. donatio. quæstio. 10. cart. 63.
14 quia † lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, & non quæ de raro contingunt. Auct. ut sine prohibi. Matr. debi. §. quia uero. col. 2. uers. Non ꝙ raro, & dona
15 tio ꝑsumitur facta secundũ morẽ † ciuitatis. §. officium. ff. de Tuto. & Ratio. distra. Bart. in l. nemo est, qui nesciat. ff. de duob. Reis Deci. in l. semper in stipulationibus, nu. 12. ff. de Regul. iur. & ibi Cagnol. nu. 9.
16 & illud quod est solitũ † præsumitur conuentum. Cagno. d. l. semper in stipulationibus, nu. 9. Afflict. decisio 315. per totum, & nu. 14. & 15. Nam quę sunt ex usu quotidiano habentur pro expressis l. fi. C. de fideiussori. Corne. consi. 28. uolum. 3. Bald. in l. error. C. de fideiussor. & Corneli. Benincas. in tracta. de pauperta. quæstio. 8. in specia. 8. nume. 12. car. 151. & confirmantur prædicta per Dyn. & Bald. in l. sed, & si quidem §. primo. ff. de usufru. ubi dicũt, quòd Abbas debet melius uestiri, quàm Monachus, Magister in Theologia, q̃ alii
17 fratres, & † Doctor, q̃ Scholaris, & Dña, q̃ Donzella, & serua. & sequitur Appostilla ad decis. Tholosa. q. 88. Corne. cons. 81. in 1. par. Affl. deci. 315. quæ sunt notãda per hæredes Mariti, & uxoris, quando hęc
18 iocalia, & donamenta † restituuntur per mortem coniugum, et de materia loquitur Barto in l. in his rebus. §. 1. et ibi longa Appostilla, ubi etiam Docto. ff. solu. matr. in l. sed si plures. §. fi. de uulga. et pupilla. in l. et qui. §. si is, qui, ubi etiam addentes. ff. de munerib. et honor. Roma. consil. 147. colum. 2. Alexand. consil. 42. uolum. 5. consil. 31. nume. 4. uolum. 4. Roland. cons. 10. nume. 11. et seq. uolum. primo, Aret. §. fin. nume. 9. insti. de societa. in §. fuerat, numero 26. instit. de actio. Christo Porci. in §. Est et aliud, nume. 9. instit. de donatio. Sylua. Nuptial. lib. 2. num. 63. car. 164. Cagnol. in l. cõtractus, nu. 44. ff. de Regul. iur. Boer. in additi. ad Dyn. in c. certũ. de Reg. iur. in sexto, Iul. Clar. de donatio. quæstio. 10. uers. successiuè quæro, cart. 179. et Capella Tholosa. decisio. 387. et decisio. 388. ubi dicit procedere etiam in uestibus, et iocalibus existentibus apud sartorem, et nondum satis, sed destinatis iugalibus, et sentit Alberic. de statut. in 2 par. q. 205. car. 44. et faciunt quæ dixi in tract. de usu fru. sub numer. 85. car. 436. et numero 93. cart. 454. Ias. in l. huiusmodi. §. legatum, numero 6. et sequen. ff. de leg. primo, car. 133. nisi esset anulus sponsalitius, qui non potest repeti, ut dicit Roman. dict. consil. 146. colum. 3. sub numero secundo, uersiculo Nunc uero in isto.

Et prædicta procedunt etiam, ꝙ fuisset dictum per iugales, uel nuntium portan-
19 tem † iocalia, et donamenta, quòd talia donamenta sponsus donat; Nam præsumuntur magis concessa ad usum, ut ipsa honestior, et ornatior incedere possit, q̃ donata, et tale uerbum impropriatur propter communem usum loquendi, ut per Benincas. in d. tracta. de pauperta. in 5. q. spetia. primo, de Cõtractibus num. 6. cart. 114. vbi dicit cõmunem secundum Corne. in d. consi. 81. col. 3. uol. 1. Cardinal. consil. 14. Appostilla ad Barto. in d. l. in Rebus. §. seruus, Alexand. consil. 55. nume. 11. uolu. 7. Roland. d. consi. 10. nume. 15. uolumine primo, Ioan. de Amic. cons. 68. colum fin. licèt Roma. in cons. 146. sub num. 3. teneat
20 contra. Nec talia † donamẽta morte confirmantur, aut solutione Matrimonii ob causam licitam, quia (ut dixi) non donata, sed ad usum concessa censentur, ut dicit pract. Papi. in form. libe. pro hære. uel Re. singu. di. in glo. communiter, nu. 22. et 23. uers. ex his patet. Roland. d. cons. 10 num. 11. quia quod non est donatum, non potest morte confirmari, Bar. in cons. 87. uolum. 2. secus si appareret uerè, ꝙ sponsus, aut consanguinei sponsi uoluerint donare, quia tunc morte confirmarentur talia donata, nisi appareret de tacita, aut expressa reuocatione ita distinguit Ro. cõs. 146. nu. 1. Cagnol. in d. l. contractus, num. 44. et seq. ff. de Reg. iur. et Iul. Clar. in d. §. donatio. d. quæst. 10. uersi. successiuè quæro, colum. fin. nisi iuramento esset uallata hmõi donatio per ea, quæ dixi supra deci. 30. nume. 28. cart. 420. in 1. part. Et non solùm tenentur iugales alter alteri restituere ista iocalia ad inuicem data, et missa ꝑ nuntios, et parentes, sed etiam quæ dede-
21 runt, et donarunt agnati, et affines † mulieris uiro, et illi uiri uxori, quia contemplatione

platione Mariti fuerunt ab eis data uxori. & idem econtra, licèt contrariũ teneat Alciat. de præsumptio. regul. prima, præsumptio. 17. & ibi ad dentes, facit dictũ Odofred. in l. cùm in te. C. de donatio. ante nupti. car. 282. quia cõis opinio est in contrariũ, ut dicit Villalob. cõmu. opi. in uerbo, donata nu. 155. Roland. d. conf. 10. nu. 8. 9. & 11. uolu. primo, Tobi. Noni. consil. 111. nume. 6. & seq. Corne d. conf. 81. in dubio lit. G. uolu. primo. Iul. Clar. d. §. donatio. quæst. 10. Paul. de Cast. pulchrè in consilio 428. uol. 2. Rimi. Iuni. consil. 42. nume. 83. & seq. lib. primo, ubi de datis uxori, & marito, & per istos affines, & socerũ, & soceram loquitur. & Cagnol. in l. contractus, nu. 48. ff. de Regul. iur. Ias. & Dec. in l. ut liberis. C. de collatio. & Ias. in l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de uulga. & pupill. Et si ab uxore, uel a Marito, aut ab eorũ

22 hæredibus diceretur talia donamẽta † nõ extare, & esse consumpta, sibi incumberet onus probandi, cum semel extiterint. Ro. consil. 254. Ruin. consil. 69. num. 4. uolum. 2. Alciat. de præsumptio. Regula. 2. præsumptio. 25. Plot. in l. si quando num. 750. & num. 752. C. vnd. ui, Afflict. decisio 13. nume. 1. & nume. 27. Quæ probatio quomodo sit fienda, colligitur ex traditis per Afflict. d. decisio. 13. nume. 27. & in consti. cum noua. nume. 9. car. 163. Corset. singula. in uerbo, mors, nume. 5. Alexand. conf. 45. sub nume. 3. uersicul. probatur autem. lib. primo, Franc. Marci. decis. 818. in fi. in 1. part. Roder. Soarez. tit. de las guanancias, numero 24 in fin. cart. 367. Bartò. in leg. quod ad præsens. Cod. de murilegul. lib. 11. Et restitui debent eo modo, quo

23 reperiuntur, cum fuerint † data ad utendum. Pet. de Vbald. in trac. de duob. fratri. in 6. part. q. 20. nu. 21. car. 73. pro ut etiam dicitur de bonis paraphernalibus, secundum Aret d. §. fuerat, sub num. 26. insti. de actio. Tiraq. de Retract. conuentio. ad finẽ tit. nu. 86. Fran. Crem. sing. 142. si Paraphernalia sentit Afflict. decis. 247. Sylua. Nuptial. lib 2. nu. 71. car. 167. Deci. in d. l. contractus, nu. 25. ff. de Regu. iur. tetigi in tracta. de vsufr. nu. 246. car 595. & deci. 11. nume. 6. & 7. car. 196. in hac. 2 par. Soci cons. 9. postremo volu. 4. Laur. Silua. consil. 37. nume. 3. & Paul. de Castr. consil. 242. colum. fina. uolum. 2. nisi æstimata essent data quia tunc æstimatio faceret emptionẽ, & ueniret in restitutione, ut per Pari. consil. 64. nu. 17. & seq. volum. 4. & Sylua. Nuptial. lib. 2. nume. 71. car. 167. & supra in d. decisio. 11. sub num. 7. Et quamuis aliqui uideantur tenere prædicta de Restitutione iocalium, & donamentorum non habere locum in casu isto, quãdo Matrimoniũ de præsenti esset contractum cum uiro nõ potente, & maleficiato, quia tali casu nul-

23 la † iocalia restituuntur, vt videtur text. in l. ante penul. ff. de donatio. inter uir. & uxor. Roma. d. consil. 146. nume. 2. & 3. & Appostilla ad Bart. in d. l. in Reb. §. seruus. ff. sol. matri. & per alios supra allegatos, & per Hippoli. in singula. 481. communis opinio. & Ruin. consil. 58. nume. 24 uolu. 2. Tamen prædicta procedunt in sciente impedimentum impotentiæ, quia tunc uidetur donare, & uti dolosus non repetit. l. si quis alumnam C. de nupti. Docto. in d. l. si cum dotem. §. si mulier. ff. solu. matr. & in l. auunculo. ff. de condi. sine causa. Phanuci. de luc. dot. glo. 3. a num. 11. usque ad finem. Bello. cons. 84. Roderic. Soarez. tit. de las ganancias, nu. 27. versicu. cogitabam, cart. 359. Iacob. de Bellouisie. in sua practi. tit. de iniur. nume. 36. cart. 16. & dixi supra nume. 10. secus si ignorauerit factũ, & non ius, & existimauerit se esse potentem, & actum ad Matrimonium cõtrahendum, quia tunc est in bona fide, & ille, qui est in bona fide prædicta iocalia. & dotem, ac paraphernalia repetit iuxta supradicta, & in dote cõsuluit Purpura. cõs. 366. nume. 3. vol. primo, cart. 342. Cephal. consilio 444. uolum. 3. Abba. capitul. 1. de dona. inter vir. & uxor. & Bald. in consilio 3. car. 4. in fin. volum. primo, consil. matrimo. diuersorum, per tex. in ca. 2. de coniu. seruo. ubi dicit, quòd diceretur quasi dos, & esset priuilegiata sicut uera dos, uti dos putatiua. adnotata etiam per Bart. Alex. & Docto. in l. si cùm dotem §. si mulier. ff.

24 solu. matri. licet † Maritus non lucraretur dotem, secundum statutum, si uxor moreretur ante solutionem Matrimonij, ut in maleficiato consuluit Ias. consi. 58. ad idẽ, & consilio. 59 uolum. primo, cart. 59. & de materia loquitur Abba. in d. c. 1. & ibi Appostilla, lit. F. de donatio. inter vir. & uxor. vbi latè Roderic. Soarez. titul. de las ganancias, nume. 10. & seq. & nume. 16. cart. 357. & Phanuci. de luc. dot. gl. 3. sub nu. 19.

25 cart. 172. Fructus † uero dotis bene Maritus

tus lucratur ante solutum Matrimonium uti bonæ fidei possessor, & ignorans impedimentum. Roland. de luc.dot. quæst. 97. nume. 9. Alexand. & Paul. de Castr. in d. §. si mulier, & Phanuci. d. glo. 3. nu. 19. & in non uiro potente loquitur Ioan. Bocca. singul. 5. & ibi addentes Cin. in l. 1. §. exactio. colum. 2. uersic. Quarto, quæritur. C. de Rei uxor. actio. car. mihi 189. facit dictũ Curt. Iun. consi. 275. nume. 76. uolum. 3. secus si non ignoraret factum, sed ius, quia tũc nihil lucratur, ut per tex. in d. l. si quis alumnum. C. de nupti. & dixi supra, n. 23. Et aduerte, quòd si impedimentum non esset impotentiæ, & coeundi ante Matri-
26 monium, sed uirtute † Morbi, & infirmitatis lepræ, morbi Gallici, aut esset eticus, tisicus, hidropicus, furiosus, mẽtecaptus, uel malè oleret, aut Adulterium committeret, quòd non propter hunc morbum solueretur Matrimonium, sed solùm fieret separatio Thori, & non redderet debitum sanus, si periculũ vitæ immineret, & separatione facta arbitrio iudicis, bene dos esset restituenda, ut de leproso, morboso, & etico loquitur capi. horrendus, & capit. seq. & ibi glo. 32. quęst. 6. Natta cons. 24. volum. primo, latè Appostilla ad Bertazzol. consil. 224. lit. C. & D. car. 302. de morbo Gallico loquitur Natta d. cõs. 24. uolum. primo, Appostilla ad Bertazzol. d. cons. 228. lit. D. ubi latè car. 302. De illo, qui malè olet loquitur c. si quis uxorem. 32. quæst. 5. cap. primo, & quæst. 7. cap. qui sani, & Lancel. in sua insti. Canoni. §. fi. de sponsali. cart. 90. de furioso, demente, ac mentecapto, loquitur Rota Luca. decisio. 22. in 1. part. & latè per Bertazzol. d. consil. 228. nume. 18. & seq. & ibi Appostilla cart. 301. vbi etiam habetur quomódo probatur furor, & dementia, & Alexand. consil. 54. Ad quæsitum, volu. primo, & Decian. consil. 127. nume. 30. uolum. 3. & in Adulterio loquitur Bero. consil. 45. num. 5. uolum. 1. Hieron. Gabri. consil. 161. cart. 203. Ferrant. Gargia. patroci. 97. cart. 406. & latè de modo agendi loquitur Claudi. Cantiuncul. consil. 31. & 32. cart. 497. & idem in uitio sodomitico, si Maritus tentaret vxorem, quia posset petere diuortium, & sic separationem. Deci. in l. si qua mulier, nu. 8. C. de secund. nupt. Emanul. Soarez. commu. opinio. in verbo, sodomia, seu uitium; Nec teneretur vxor redire ad uirũ,
27 si illam † verberasset acriter, & propter sæuitiam uiri Adulterantis, etiam quòd uir uellet dare fideiussorem de bene eam tractando, & non verberando, quando esset periculum de morte, vt per Riminald. Iun. consi. 189. nu. 23. vol. 3. Rimi. Seni. cõs. 174. vol. 2. Craue. consil. 31. vol. 1. Emilia. cons. 151. nu. 6. & 7. car 266. Alex. consil. 115. viso nu. 2. & 3. vol. 4. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. centu. 2. casu. 139. cart. 206. & Sylua. Nuptia. lib. primo, nu. 36. & seq. car. 34. licèt contrarium sentiat idem Rimi. Iuni. cons. 174. volu. 2. & in consil. 81. inter consilia Matrimonialia. li. primo, diuerso. car. 260. Paris. consil. 54. numer. 7. & sequent. & nume. 54. & seq. uolum. 4. Roland. consil. 27. volum. 3. car. 64. Tamen hoc totum erit remittendum arbitrio prudentis iudicis, qui considerata qualitate sæuitiæ, & verberum, ac causæ, poterit iubere vt mulier redeat, vel nõ, ad virũ cum bona cautione, & an vir sit diues, & habeat in bonis, vel non, & an sit solitus minas mittere executioni de facili, & caueat ab istis furfantonibus pauperib. & concubinarijs, ac lusoribus, qui sæpissime verberant, vulnerant, & malè tractant pauperculas mulieres, quando domum reuertuntur pleni potu, & cibo, bursa vacua, & blandimentis concubinarum, & ab istis inhonestis santolastris, & bassis mulieribus, quæ a Dominis, Bertonis, Amasiis, & concubinarijs maritantur, vt videantur ab hominibus viro copulatæ, & ad bonam frugem reuersę, & statim ad vomitũ reuertũtur, & curant tossicare Maritum, & dicunt ei mille iniurias, & faciunt a Bertonis, & brauis, ac Amasiis percutere, & electo exire dictum misellũ Maritũ, quia his oĩbus considera tis dẽt bonus iudex prouidere, et nihil talib. personis dolosis restituere, iuxta supra allegata. Et in casu dotis restituẽdæ secundum supra deducta, vir talis non haberet
28 † annum ad dotem soluendam, & restituendum, sed statim illam restituere haberet, quia non gaudet priuilegio dotis in restitutione, licèt mulier habeat in recuperatione priuilegia dotis, vt dixi supra, nu. 24. ita dicit Roland. de luc. dot. q. 97. nume. 7. et faciunt adducta per Abba. in d. c. 1. et ibi Appostilla, de donatio. inter vir. et uxor. Roderic. Soarez. tit. de las ganancias, nu. 10 & seq. et nu 16. car. 357. Phanuci. de luc. dot. d. gloss. 3. nume. 19. cart. 172.

Et

Et ista mulier deberet petere suas dotes
29 instanter, & lite mota poterit † petere interesse,& usuras,& non ante ullo modo, ut per Roland consi.55.uolum. 2.ubi dicit magis communé,& dixi in decisio.3. num. 30.& in reperto. in uerbo, interesse, in 1. part.nisi esset pauper, & non haberet aliū de unde uiuere posset,quia tunc potest pacisci cum uiro,aut hrde,ut donec dotes restituet ꝑ aliméntis soluere habeat quinque, uel aliquid, nam cū nihil habeat unde uiuere, nisi suas dotes, & illas habere non possit,& non teneat laborare, nec stare cū alijs ad seruiendum, potest licitè aliméta conuéta honesta consequi,& petere, ut latè cōsuluit Bertaz.in cons.226.& cons.227. & ibi appostilla,car.296.ubi ostēdit bis ita * IVDICATVM * & latè ꝑ Didac.variar.resolu.cap.1.nu.8.uersi.6.lib.3. Plo.in l.si quando,nu.465.in fi.& Afflict. decisio. 284.ubi dicit ita IVDICATVM * q̄ sunt notāda per mulieres pauperes Ianuēses,& illas q̄ dant suas dotes ad cēsum, aut ponunt super monte; & loco, ubi recipiūt aliquid pro alimentis.

Et in restitutione dotis,iocalium,& corredorum esset iudex competens iudex ec-
30 clesiasticus,quando † una cum solutione, uel separatione matrimonij & Thori iudicaret, & sic causa dotis esset accessoria, & solutio, uel separatio Thori principalis, aliàs secus, si solū de dotis restitutione, & alimētis ageretur, cap.2.de donatio. inter et uir.uxor. Ang.de Vbald.in consil.44.nu. 57.& 58.lib.1.cons.matrimon. diuersorū, cart.121.Sylua.Nupti.lib.1.nu.46.car.371. Bernard.Diaz.in pract.canonica.criminal. in rubr.stupri.cap.77.column.4. cart.76.& ideo omnibus supra Perpensis * IVDICAVI * hoc Anno 1583. impedimentum irreparabile esse, matrimonium soluendum, dotem, & iocalia restituenda modo quo supra habita qualitate istorum coniugum artificum, & ita acquieuerunt.

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO XIX.

## ARGVMENTVM.

Statutum Finizani de venditione fienda in Agnatos,& confines,& participes, & superficiarios quomodo intelligatur, hic late discutitur.

Scientia uenditionis, uel alicuius rei quando est probanda est publicam uocem, & famam, & quomodo est probanda tunc temporis fama, & scientia,uide hic.

Scire quando quis dicatur perfecte, uide hic.

Dominus soli,& dominus superficiei, qui dicātur ad hoc ut habeat locum statutum in uenditione, & alter eorum præferatur emptori, uide hic.

Tempus scientiæ in statuto ad retroemendum quando dicatur currere,uide hic.

## SVMMARIVM.

1 *FRATER Patrueles secundum decreta iuris canoni.sunt in secundo gradu.*

2 *Venditio dicitur facta inscio agnato,quādo de aliqua denunciatione, seu notificatione non constat.*

3 *Dictio aliqua comprehendit quamlibet rem, & eius partem quamtumcunque minimā, quod procedit etiam si sit posita in statuto.*

4 *Statutum cum facit differentiam inter solum,& ædificium,tunc non potest uerificari,nisi in altero eorum, & sic in dominio soli tantum,siue in domino, ædificij, uel superficiei tantum,& nu.34.*

5 *Feudatarius emphiteota, uel superficiarius, qui domini utiles dicuntur, præferuntur cæteris,circa ius congrui.*

6 *Alienatio partis inducit separationē unius partis ab altera,ut puta ex una domo, & fundo fiunt plures separationes.*

7 *Particeps propriè dicitur ille, qui habet partem pro indiuiso cum uendente,& ita intelligitur statutū ꝑferes particepe i certo casu.*

8 *Sequentia declarantur per præcedentia.*

9 *Statutum aliquos casus,tantum excipiēs,cæteros qui remanserunt sub regula, & generali dispositione confirmare dicitur.*

10 *Ablatiui absoluti resoluuntur in cõditionem.*
11 *Tempus currit a die scientia, non autẽ a die contractus celebrari in iure congrui.*
12 *Venditor non est idoneus testis pro emptore.*
13 *Testis non est idoneus, quando agitur de se exonerando.*
14 *Nemo credere tenetur de facto alieno.*
15 *Notificatio non potest fieri ab alio, quàm a domino, vel à procuratore habente speciale mandatum.*
16 *Mandatum debet ostendi, legi, ac eius exemplum per procuratorẽ tradi, ad hoc, ut operetur scientiam.*
17 *Testis unicus de se tantum deponens nihil probat.*
18 *Denũciatio, & notificatio, nihil releuat, quã do non continet ea qua habent substantiare ipsum actum.*
19 *Publica vox, & fama a statuto requisita nõ dicitur probata, quando requisita ad eius probationẽ non fuerunt ꝓbata, nec deducta.*
20 *Ignoratis principijs, necesse est ignorare, qua determinantur ab eis.*
21 *Vicinus prasumitur scire facta uicini, quando est publica vox, & fama in uicinia, & ita debet intelligi de scientia agnati.*
22 *Publica vox & fama, quo ad faciendam plenam probationem vigore statuti, plura requisita ex postulat, q̃ al às nõ reqreretur.*
23 *Idem est probare famam uenditionis, quod uenditionem per famam, quo ad effectum.*
24 *Scire factum non dicitur qui nescit eius substantiam, & qualitates.*
25 *Scientia presumpta inducitur ex publica uoce, & fama, post cursum temporis limitati a statuto, & non aliter, quo termino elapso nihilominus remanet alius terminus statutus agnato ad recuperandum.*
26 *Terminus prafixus a statuto ad recuperandum debet intelligi a die scientia habita uẽditionis perfecta, & sic a die traditionis rei, & non prius, & nume. 82.*
27 *Nemo restituere potest quod non habet.*
28 *Tempus appositum in contractu uenditionis ad soluendum pratium, non currit nisi a die traditionis facta.*
29 *Statutum facilius adaptatur ad ea q̃ frequẽter, & facile accidunt, quàm ad ea qua de raro contingunt.*
30 *Dominus soli dicitur qui est dominus terra, cum solum terram significet.*
31 *Statutum seruandum est, prout iacet.*
32 *Verba statuti necessario trahi debent ad illũ casum, cui verba conueniunt.*
33 *Specialis prouisio ubi facta est, non potest adaptari ad alium casum.*
34 *Statutum Fiuizani de retractu, intelligitur in domino soli tantùm, & supra nu. 4.*
35 *Condemnatio in expensis non fit, ubi probabilis dubitatio adfuisset sup itellectu statuti.*
36 *Pars superior cedit parti inferiori.*
37 *Verba debent intelligi per prius, & in potentiori significatu.*
38 *Statutum loquens de confine, intelligitur de primo proximo, & immediato.*
39 *Verba debent intelligi in specie, & non in genere.*
40 *Statutum tantum disponit, quantum loquitur, maximè cùm sit odiosum, & exorbitãs.*
41 *Vendere, nec alienare quis potest ius suum sine domino directo, & tenetur ei emere uolenti uendere.*
42 *Ædificium cum exprimitur a lege, intelligitur de adificio super solo alieno, & sic quod unus habeat solum, alter adificium quod cedit solo.*
43 *Vẽditor ad modicum tempus, nullum ius habet in re conducta, secus est in conductore ad longum tempus, prout in emphiteota, & feudatario.*
44 *Superficiarius dicitur qui habet adificium sup solum alienum, quia sui soli, & proprietatis nemo est superficiarius.*
45 *Nemo est uassallus sui ipsius.*
46 *Quis non potest obligari sibi ipsi.*
47 *Nemo potest se ipsum recompensare.*
48 *Vendens partem adificij, dicitur uendere eã iure proprio, & liberè sine aliquo onere, & seruitute.*
49 *Vendere uolens tantum superficiem habet uendere cum pacto, quod non transeat dominium, aliàs non impeditur translatio ipsius dominij.*
50 *Traditio alicuius rei uel partis per dominũ, tunc facit dominum ipsum accipientem.*
51 *Emptor succedit in locum uenditoris, respectu dominij, & proprietatis.*
52 *Emẽs partem efficitur, & dicitur uerus dñs.*
53 *Aditus non uenit in diuisione facta inter plures fratres alicuius domus, uel fundi, nisi hoc specialiter sit conuentum.*
54 *Domus plures fiunt de una & eadem domo diuidendo in plures, & qualibet pars dicitur vna domus.*
55 *Dare, est dominium transferre.*
56 *Veditor cedens oĩa iura emptori eũq; faciẽs procuratorẽ in rem suam dicitur vendidisse omne ius ꝙ habet, adeo quod in emptorẽ*

transeunt

transeunt directa actiones.

57 Statutum loquens de simplicibus, non habet locum in casu misto.

58 Tex. in l si super ædes, loquitur in habente cenaculum supra alienum iure superficiei.

59 Differentia inter partem superiorem iure superficiario, & de habente eam proprio iure pleni dominij probatur in l. si fundum.

60 Dispositio contrahentis facit cessare dispositionem legis.

61 Diuisio facta per solaria, & mansiones partẽ vnam separat ab alia, & pro diuiso habetur, & quelibet pars facta est vna domus, & nume. 54.

62 Diuisio domus per solaria admittitur, & tũc solarium loco parietis habetur.

63 Emptor succedit in omnibus loco venditoris, & nu. 51.

64 Venditor non admittitur ad retractum.

65 Appellatione rei in statuto uenit etiam pars.

66 Domus refirmata in emphiteosim hoc modo, refirmamus tibi in emphiteosim talem domum, videlicet solum iure emphiteutico, superficiem iure proprio, nihilominus tota domus est emphiteota, quia nõ potest alterius esse ædificium, quàm eius cuius est solum.

67 Quando res conceditur diuerso iure inducitur imperfectio.

68 Pactum contra substantiam, & naturam cõtractus non valet.

69 Cornei consultatio non uidetur procedere in casu, de quo loquitur author, quod an sit uerum, quod quando diuiditur domus per solaria habens partem inferiorem, habeat dominium directum in parte superiori.

70 Dominium directum, & vtile habet, qui tenet domum pro indiuiso.

71 Dominium directum, & utile per diuisionem factam transfertur ad inuicem per diuidentes, & quilibet transfert omne ius suum in alium, quia una pars vicissim in locum alterius succedit.

72 Diuisio habet uim permutationis.

73 Solarium quasi solum dicitur, soli enim vice fungitur, & eundẽ effectum quod solum operatur, quando domus venditur, uel diuiditur per solaria.

74 Domus habet quasdam partes substantiales, & integrales, & quasdam accidẽtales; substantiales sunt solũ, & superficies, accidẽtales sunt camera, sala, coquina, & similia.

75 Dominus soli qui admittitur, & præfertur agnato uirtute statuti, pariter de iure communi anteponitur.

76 Accidentales & quotatiuæ partes ex quo separari possunt destinatione, & terminatione patrisfamil. & domini, possunt esse alterius, quàm sit solum, & inferior pars soli.

77 Sapientis est mutare propositum, & consulere veritatem detectam.

78 Consors volens vendere rem aliquam immobilem non haberet reemere volens tempus trium annorum, secundum statutum Florẽtinum.

Confinans a duobus, & tribus lateribus non potest cogere vicinum, & confinantem ad retrouendendum, secundũ dispositionẽ statuti Florentini in foro Fiuizanense; nu. 78.

79 Agnatus, & confinans si post uenditionem, et sibi ius quæsitum moritur, transmittit ius congrui, & recuperandi suo ad hæres nisi statutum aut consuetudo obstaret.

80 Ius congrui, & retractus an possit cedi extraneo, & maxime in præiudiciũ alterius agnatis, & confinantis, vide hic.

81 Proximior agnatus, & magis confinans potest retrahere ab alio proximo, & confinante, & pares admittuntur æqualiter.

Agnatus, & confinans præstans consensum in venditione an, & quando possit retrahere non obstante consensu, nu. 81.

82 Statutum non præfigẽs certum tempus ad retractum intelligitur intra annum, si est facta uenditio alteri agnato, aut confinanti, si est facta extraneo intra triginta annos, & si agitur contra tertium possessorem intra decem inter præsentes, & uiginti inter absentes.

83 Venditio facta sine notificatione requisita a statuto est nulla, & potest infringi ab agnato, & confine quandocunque.

84 Rubrica declarat nigrum, & econtra.

85 Agnatus, qui est etiam confinans præfertur agnato non confinanti.

86 Minor habet restitutionem aduersus tempus retractus elapsum usque ad 25. annum siue ueniat ut hæres, siue ut ex propria persona, nume. 90.

Idem si esset in vtero tpe venditionis, quia haberetur pro nato, secus si non esset in vtero, sed intra tempus fieret, nu. 87.

88 Agnatus nõ natus tpe mortis illius de cuius hæreditate agitur, non succedit cum alijs natis illo tempore, & nu. 87.

Filius nõ natus tempore mortis aui, uel patrui non succedit cum alijs natis illo tempore dicto auo, & patruo, nu. 87. 88.

89 Maior succedens minori, a cui erat ius quæsi-

*tum, retractus debet intra tempus statuti retrahere, quia sibi statim currit restitutio.*

90 *Quadriennium Restitutionis an detur minori effecto maiore post xxv. annum in tempore retractus, an solùm tempus a statuto concessum, uide hic.*

91 *Statutum potest abbreuiare tempus ætatis, xxv. annis, & reducere ad xviij. & xx.*

*Restitutio in integrum datur etiam maiori pnuntiatio a statuto, si de illa statutum non facit mentionem, nu. 91.*

92 *Etas Minor potest abbreuiari à statuto, tamen datur restitutio in integrum, & non cōprehendit, nec tollit solemnitates iuris in alienationibus rerum Minorum, si de illa, & illis non facit expressam mentionem, nu. 91.*

*Statutum faciens maiorem minorem. 25. annis, non tollit restitutionem in integrum, nec solemnitates iuris in alienationibus bonorū talis minoris, nisi de illa, & illis faciat expressam mentionem, numero 91. & 92.*

## DECISIO. LXV.

IAcopinus Antonii de Fiuizano habens stabulum seu caneuetam, super quo Zanettinus de Seffalbo habebat domum, uendidit de mense Maii anni 1505. dictum stabulum dicto Zanettino absque eo, quod prius denuntiaret Domino Iacopo Filippi Nante eius fratri Patruelli Agnato, qui Iacobus uirtute statuti Fiuizani, sub Rubrica, de uendi. fien. in Agnatos, & confines facto deposito intra mensem a die scientię petiit d. Dominus Iacobus sibi retrouendi dictum stabulum, seu caneuetam, qui Zanettinus opposuit non teneri ad retrouendendum, quia est superficiarius, & præfertur cuicunque agnato, & cofinanti, & cum lis sub iudice esset, Venerandus Pater meꝰ Dominus Carolus ad fauorem d. Domini Iacobi consuluit d. Zanettinum teneri ad Retrouendendum, & causa missa per bonos uiros, & partiales Fiuizani ad consiliū sapientis fuit RELATVM * petita per D. Iacobum fieri non debere, absoluendo dictum Zanettinum a petitis. condemnādo uictum uictori in expensis, a qua sententia fuit reclamatum, & appellatum ad Rotam Florentinam, modo uidendum est, quis tutius figit pedem, & an Agnatus possit virtute dicti statuti Retroemere domum emptam ab isto superficiario, & ne uidear aliis pennis, & uestibus uelle me indui, & uestiri, ideo adducta pro utraque parte per Honorandum Patrem meum in medium deducam, nonnulla locis opportunis addendo.

Intentio Iacobi Agentis fundata est super statuto Fiuizani sub Rubrica de immobili diuidendo, & de uenditione fienda in agnatos, uel confines, & patet esse probatam, iusta qualitates dicti statuti, Dum tractat de fienda in Agnatos, quia constat, quòd Iacobus Filippi, & Iacoponus Antonii sunt † fratres Patrueles, qui secundum decreta, quæ sunt illa, quæ continent iura canonica, sunt in secundo gradu consanguinitatis, ut habetur in capitulo finali per glo. & Docto. de consangui. & affini. & est apertus tex. propriè in decreto, in causa 35. quæstione secunda. & tetigi supra, in decisione 12. numero secundo in hac 2. parte. & apparet de uenditione facta per Iacoponum Zanettino de parte domus pro pretio scutorum 25. per instrumentum publicum, & etiam per confessionem ipsius Zanetti, prout in actis, & constat uenditionē de ea factam fuisse ipso Iacopo inscio, & ignorante, eo ipso, quod de aliqua denuntiatione facta, seu notificatione per dictum Iacoponum dicto Iacobo Filippi non constat † & scientia eius non extitit probata capitulo ignorantia de regulis iuris in 6. & l. uerius. C. de probatio. & etiam cōstat quod statutum habet locum in uenditione facta, ne dum de toto, sed de qualibet eius parte; quia dicit (dum tractat de dicta uenditione fienda Agnato) quod si contingat aliquem uelle uendere aliquam domum, ædificium terram, seu possessionem aliquam, uel aliquam eius partem, & per quam dictionem † aliquam includitur, quælibet res, & eius pars quantumcunque minima, quæ uendi contingeret per glos. in clementina prima de foro competen. & tradit Felyn. in capitulo pastorali, sub numero 8. de officio. delegatis & tradit dec. in l. prima. ff. quod quisque iur. & in l. secunda. numero 46. C. de edendo, & latissimè per And. Tiraquel. in repet. l. si unquam. in uerbo, omnia sub numero 14. & 15. C. de reuoc. dona. & in Reperto. decisionum, in uerbo, dicto aliquid, cart. 930. in prima part. & fundata intentione agentis, uidendum est de intentione excipientis, & solùm insistendum uidetur circa quædam excepta

per-

per dictum Zanettinum, an obstent, uel non Et quidem nullo modo obstare videntur.

Et primo non obstat, quòd dictus Zanettinus allegauerit, & ia probauerit se esse confinem a parte superiori dictę parti inferiori vēditę, & statutum (dum tractat de vendi fienda in confi. in vers. & codē modo) disponat, quòd Dominus soli pręferatur in habendo ędificium supra positum, & Dominus ędificii in habendo solum, & antecedat quibuscunque aliis, etiam si essent agnati, vel confines, aliquo alio capitulo nō obstante, per quod videbatur Zanettinum habentem partem superiorem, hoc est solarium superius debere præferri agnato; Quia Respōdetur, quod statutum in d. versi. loquitur de Domino soli, & de domino ædificii, & sic eo casu, quo quis est Dominus soli, qui est ille, qui tantùm est Dominus Terreni, & de Domino ędificii, qui est tantùm ille, qui est Dominus superficiei istius statuti. Nam domus conficitur ex solo, & superficie, & cum statutum differat
4 †solum ab ædificio, & ædificium a solo non potest aliter intelligi, nisi de Domino ædificii, hoc est superficiei tantū per tradita ꝑ Ias. in l. si fundū, sub conditione. §. qui fundum, sub nu. 2. & in l grege. ff de leg. primo per Cæpol. tract. de seruit., rubrica, quibus possit constitui seruit. cap. 14. & rubrica in quibus rebus capit. 16. & per Bero. quæstione 95. & verificatur talis dispositio in Feudatario, emphiteota, conductore ad longū tempus, in habente seruitutem, rem communem, & in superficiario, aut alio, qui ædificasset in mero solo alterius, qui ædificium per eos factum alienasset, vt Domin⁹ soli tunc præferatur, vel econtra, quando Dominus soli alienasset, vt talis feudatarius
5 †emphiteota, vel superficiarius, qui domini vtiles dicuntur, præferantur tunc cæteris, vt de his casibus habetur per Afflict. in tract. prothomis. in §. tertio noto, et per And. Tiraq in tract. de retract. §. 1 glos. 3. et glo. 7. numero 55. et seq. et §. 21. et per Alexand. cons. 27. vol. 6. Iacob. Nouel. de iur. ꝓthomise. § 2. numero 134. et numero 136 cart. 13 ; et in §. primo nume. 226. et seq. cart. 84. Boeri decis. 107. nume. 1. Ias. in l. 3. nume. 12. C. de iur emphi. Maranta. disputa. 8. numero 29. et seq. et nu. 40. car. 222. Hippol. singula. 441. num. 2. Anchara. consilio 150. et late loquitur Franc. Vegi. consilio 2. numero 5. 6. et seq. et nume. 18. et seq. cart.

10. Sed nos non sumus in his casibus, sed in Domino partis domus inferioris, qui erat Dominus soli, et superficiei ipsius partis, et tali casu præferatur agnatus, et non confinans partis superioris, et verificatur statutum supra in princi. dum loquitur de alienante aliquam domum, vel aliquam par-
6 tem eius, vt supra dixi. Nam per †alienationem partis separatur vna pars ab alia, et ex vna domo, et fundo separationes fiunt. plures. l. locus, & l. appellatione. ff. de verb. significatione et in l. plane. §. fin. ff. de lega. primo, l. si qui duos §. si quis partem, et ibi Bart. ff. commun. prædio. et infra decis. 20. numero 4. hac 2. part. et de tali parte agitur, in qua statutū præfert agnatū etiā confinantibus a quocunque latere, cùm verificetur in qualibet parte vendita, vt supra deduxi per gl. in d. clem. 1. de foro compet. & per alios in locis supra allegatis. num. 3.

Nec secundo obstat, quòd Zanettinus videatur particeps, & statutum præferat participem in certo casu, quia statutum loquitur in participe, qui propriè dicitur ille
7 qui habet †partem pro indiuiso cum uendēte, ut not. Ang. in l. hoc quod dictum. §. si ex tribus. ff. de seruit. vrba. prædi. vbi dicitur, quòd commune dicitur propriè, quod est pro indiuiso cum alio, & impropriam esse locutionem dicere commune pro diuiso, & sequitur Dec. consilio 388. numero secundo & uide Paul. de Castr. consilio 334. volumine secundo Corne. consilio 184. volumine primo, & idem videtur esse in partecipe, quia mihi videtur, quod habens aliquid commune, uel esse participem, sit idem, & statuta sunt propriè intelligenda. l. 3. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. & l. quicquid astringendæ, vbi Ias. ff. de uerborum obligatione & ista pars alienata est diuisa, & ita fuit per plures annos ab aliis partibus dictæ domus aliàs alienatis per dictum Iacoponum, unde de ea non loquitur & etiam quia talis particeps non præfertur agnatis, sed solùm confinantibus; Nam statutum dicit, ac etiam præferuntur, & præferri debeant quibuscunque confinantibus, non agnatis de quorum singulis in specie supra particulariter disposuerat, quod primo uendere uolens tenetur uendere agnato & agnato nolente emere; confinanti, & solū in casu isto ꝓuidet, ꝙ particeps ꝓferatur cōfinantibus, & nō in casu, quo ad retractū ueniat agnat⁹, quē prio su-

pra uoluit omnibus præferri in uenditione alicuius rei, uel alicuius eius partis, excepto quando concurreret dominus soli, hoc est terreni, & sic directus, & dominus superficiei, & sic utilis, ut supra dictum est, & declaratur, quia supra proximè, & immediatè, dum disposuit de dominis directis, & utilibus, quòd præferantur quibuscũque aliis, exprimitur etiã si essent agnati, uel confines, & aliquo modo & continuatiuè sequitur, & dicitur, ac etiã præferantur, & præferri debeant quibuscũq; cõfinibus, non agnatis, participes domus. Illa enim uerba, Non agnatis importare uidentur, qđ præferantur quibuscunque cõfinibus, qui non sint agnati, tum quia indistinctè tales agnati etiã non confines præferũtur cõfinibus, ut supra distinctè de eis dixerat, & † sequentia declarantur per præcedẽtia, l. qui filiabus, & l. qui seruus. §. fui. ff. de leg. primo, & l. utrum. ff. de peti. hæred. tum etiam, qui multo magis, in confinantibus agnatis procedere debet cùm exceptio de participibus facta fuerit solùm de simpliciter cõfinantibus, qui essent agnati. & per hoc nõ uidetur, nec dici potest, quòd debeant præferri participes agnatis simpliciter, quia tantùm de simpliciter confinantibus loquitur, & exceptio facta in uno casu, nõ trahitur ad alios, sed cæteri remanent sub regula generali præcedenti facta a statuto, quæ fuit, & est, quòd primo agnatus simpliciter, & postea confinans admittatur ad recumpram rei alienatę eis insciis, & ignorantibus, à qua regula statutum excipit Dominos directos, & utiles, quos uult præferri quibuscunque, etiam si essent agnati. Item excipit, participes, quos uult solùm præferri cofinantibus, qui non sint agnati, & nihil aliud excipit † unde cæteri casus sub regula, & generali dispositione remanserunt, & censentur in ea confirmari, ut habetur per Dec. & Cagnol. in l. 1. ff. de reg. iur. tetigi in decis. 38. nu. 12. in 1. par. maximè qa illa uerba, nõ agnatis, cùm sint † ablatiui casus, resoluuntur in conditionem, idest si non sint agnati. l. a testatore. ff. de condi. & demonstra. dixi supra in decisio. 21. n. 4. in 1. par.

8 (margin, at "dixerat")
9 (margin, at "non sint agnati")
10 (margin, at "tis, cùm sint")

Nec etiã obstat, q̃ tẽpus mẽsis datũ à statuto agnato ad recũprandũ rem uenditã, fuerit lapsum cùm ex tenore instrumenti appareat factã fuisse uenditioné de dicta parte domus, sub die 31. Maii, & Iacobũ egisse ex processu, appareat die 10. Septembris, & sic nedum lapsus sit unus mensis, sed tres, & ultra. Quia respõdetur, quòd tẽpus dicti mensis non currit a die contractus celebrati, sed a † die scientię; Nam dicitur (si uerò alienatio facta esset de rebus p̃dictis, uel aliqua ipsarum dicto agnato inscio, uel ignorante teneatur ille, in quem facta est alienatio, rem ipsam restituere dicto proximiori agnato infra mẽsem a die scientiæ alienationis dictæ computandũ) & constat, quòd dicta alienatio facta fuit ipso Iacobo inscio, & ignorante, eo ipso, quòd de scientia non extitit probatum, ut supra dixi nu. 2. & etiam probatũ est p̃ iuramentum ipsius Iacobi, per qđ etiã tali casu probatur talis ignorantia, ut habetur per Doct. ubi Dec. in ca. cùm omnes, de cõstit. tetigi in repertorio decisio. num. 1 in uerbo, ignorantia præsumitur, in 1. part. cart. 991. Nec obstat, quòd Zanetinus uideatur uoluisse probare per Iacoponum uẽditorem, quòd ei fuit facta denuntiatio p̃ eum, si uellet emere dictam caneuetã, tum quia † uenditor non est idoneus testis pro emptore, ut not. glo. in l. nullus. Cod. de testib. Cyn. Bal. & Paul. de Castr. in l. omnibus. C. eod. Paul. de Castr. cons. 74. in causa mota, sub num. 2. uolum. 2. licet Ioan. de Amic. in cons. 146. colum. 7. uersic. Nec obstat teneat cõtra, tamen quod uenditor non sit testis idoneus ad fauorem emptoris post cessionem, & rem traditã tenet Bart. in l. facta §. si hæres. ff. ad trebel. Paul. de Castr. cons. 134. num. 2. uolum. 1. Alexã. cons. 176. nume. 3. uolum. 6. Paris. consil. 19. num. 59. uolum. 3. Iacob. Machel. patroci. 29. nu. 1. Bero. cons. 124. numer. 28. consil. 187. num. 5. cons. 153. num. 76. consil. 152. numero 10. uolum. 1. Paris. cons. 58. numero 8. & seq. consil. 19. num. 59. & seq. uolum. 1. Affilict. decisio. 163. nume. 5. Iacob. Nouel. in regula. 216. in uerbo, uenditor, nu. 16. Bald. in auct. quod obtinet. C. de proba. Bart. in l. si partem ff. quemadmo. seruit. amitta. Roland. cons. 58. cons. 85. numero 7. uolumine 2. & Hippol. Riminal. cons. 37. nu. 52. & 53. uol. 1. & uide Afflict. decisio. 369. nume. 6. & seq. & Crauet. consil. 282. sub num. 6. uers. Non obstat quintum uol. 2. & ita aliàs in contingentia facti super tali retractu occasione dicti statuti fuit consultum uenditorem non esse idoneum testem pro emptore, p̃ excell. Virũ

11 (margin, at "lebrati")
12 (margin, at "quia † uenditor")

D. Matthcum

D. Mattheum de Nicolinis ciuē, & Aduocatum Florentinum, & ita IVDICATVM per dictos bonos uiros inter Simonē olim Francisci de Vercusio Agentem ex una, & Blaxium quōdam Lazarini de Collegnaco conuentum ex altera, nam non potest negari, quin uēditor teneatur ĩterpellare, & requirere agnatum, si uult emere, & si non facit, facit contra dispositionē statuti, & ne uideatur ita fecisse agit de se exone-
13 rando, quo casu † testis nunquam uidetur idoneus, ut tradit Bar. ĩ l. deferre, ff. de iur. fisci, & Crauet. cons. 112. num. 10. & tradit deci. cons. 256. nu. 7. tum quia etiam dictus Iaconus nihil de hoc deponit, sed tantum dicit (che Lodouico suo figliuolo gli ha detto, & referto, che andò a trouar Iacopo del Parmesano, & li disse, come esso uoleua alienare, & uendere la detta Caneuetta, & pregollo che la pigliasse, & detto Iacopo recusò, & disse nō la uolere, & che per questo poi la uendette a Zanetino) & ista non arguunt aliquam scientiā dicti Iacobi. Nec obstat, quòd Ludouicus examinatus dicat, quòd ipse ita dixit dicto Iacopo, quia non dicit, q̄d cōmissione dicti Iaconi ita dixerit, sed dicit (che tornando esso testimonio da Bagnone andò a trouare l'articulato Iacopo, & li disse, come lui uoleua uēdere la caneuetta articulata, & che uolendola comprare lui glie la darebbe, & che all'hora detto Iacopo li disse non la uolere; ma che uoleua li suoi dinari, & che Iacopone suo Padre l'haueua fatto procuratore suo; ma che non li denuntiò tal caneuetta per special cōmissione di suo Padre) & per hoc non infertur, quòd Iacobus fuerit requisitus, nec habuerit scientiam aliquam q̄ Iacoponus ipse uellet uendere, quia Ludouicus diceret quòd ipse uenderet dicto Iacobo ad eum non spectabat uendere, sed ad dictum eius patrem, & ideo licitè potuisset recusare, cū ipse Ludouicus nō posset uendere, & quia Iacobus non tenebatur ei credere, cùm
14 quis alicui de facto alterius credere † non teneatur, ut tradit Bal. cons. 27. uolum. 2. & sicut Iacopono non crederetur de dicta notificatione, ita Ludouico de ea credi nō debet. Crauet. consil. 6. num. 67. lib. 1. Purpura. consil. 154. numero 5. & seq. cart. 158. tetigi supra in decisio. 1. nu. 47. cart. 22. in hac 2. par. Et etiā esset nulla, quia nomine proprio, & non de cōmissione pa-
15 tris dicit eam fecisse, Nam † notificatio nō potest fieri ab alio, quàm a domino, uel a procuratore habente speciale mandatū, per tradita per Bart. & Doct. in leg. non solùm. §. morte. ff. de nou. oper. nuntia.
16 Et requiritur in ꝓcuratore, quòd † ostēdat mandatum & legatur, & eius exemplum tradatur ad hoc, vt operetur scientiam, ut dicit Bar. ibi in materia protestationis, & in l. qui in alterius. ff. de reg. iur & sequuntur Doct. maximè Ripa. in capit. cū Marcus Ferrariens. de constit. & tradit Andr. Tiraq. in tract. de retract. §. 1. in glo. 10. nu. 99. & in §. 36. glo. 2. sub nume. 3. & tetigi in decis. 14. numero 17. cart. 291. Bursa. cons. 233. nume. 10. uolum. 3. & Simon. de Pretis cons. 132. nu. 85. cart. 254. Item dictus Ludouicus nihil probat, quia est unicus, & interrogatus de præsentibus dixit
17 de se teste tm̄, & dicto Iacobo, & talis † testis non probat etiam semiplenè quantumcumque magna fulgeret dignitate, ut tradit Mari. Soci. in cap. fin. de iuriuran. & dixi supra in Reperto. decisionum, in uerbo, testis unicus, car. 1222. in 1. par. Et dicta
18 † denuntiatio, & notificatio fuit etiam nulla, quia non substātiat totum fiendū, nam debet continere ea, quæ habent substantia rei ipsum factum fiendum, aliàs illa nihil releuat, ut tradit Afflict. in tract. 11. de iure prothomis. in §. ut infra triginta dies, & Tiraquel. de retract. §. 36. glo. 2. nu. 30. & seq. & Octauia. Pedemonta. decis. 174. nu. 3. & 4. cart. 711. Nam requiritur, quòd ipse Iacoponus denuntiat ipsi Iacobo se uelle uenderē dictam domum, seu cellam uinariam pro scutis 25. & si uellet eam emere ei uenderet pro tali pretio, aliter denuntiatio nō ualet, & nō dicitur quem constituere in scientia, quia non sufficit scire factum, sed requiritur scientia cum eius modo, & qualitatibus, ut ibi tradit Afflict. Alexand. in consil. 114. in primo uolum. Felyn. in cap. quo ad cōsultatione, num. 2. & 23. de re iudi. Ias. in l. qui Romæ. §. duo fratres, sub numero 108. ff. de uerb. oblig. & in proposito tradit Dec. in cons. 222. sub nu. 5. & etiam tradit Aret. cōsi. 68. & latè Tiraq. in tract. de retract. §. 36. in glo. 2. sub num. 30. & dicam infra num. 24. tetigi in decisio. 12. nume. 37. & seq. in 1. part. Nec etiam obstat, quòd uideatur constare de scientia saltim præsumpta, quæ inducitur ex publica uoce, & fama a statuto, quia ta-

19† lis publica vox, & fama ĩ effectu nõ uidetur probata, quoniam requisita ad eius probationem, de quibus per Bart. in l. de minore. §. plurium ff. de quæst. per Dec. in c. 1. de app. & in cons. 36. & in cõs. 57. & tetigi supra decisio. 12. numero 26. & seq. in 1. part. non sunt probata, nec deducta, Nam aduertẽdum est primo, quòd capitulum, quod est decimum in ordine capitulorum dicti Goratij, in quo talis fama fuit, & est articulata, non est uerũ, quatenus dicitur, quòd uẽditio facta fuit sub die 21. Maii, quia, ut patet per instrumẽtum dictæ uenditionis, fuit facta die 31. & sic ultima die dicti mẽsis Maii, & ꝙ ꝓpterea omnes testes deponentes, quòd ipsi sciuerint talem uenditionẽ fuisse factam ex eo, quia sibi dictũ fuit de mense Maii, & talem famam fuisse, & incępisse de dicto mense necesse est, quòd deponant falsum, cùm de necessitate qs nõ possit scire actum nec de eo oriri publica vox, & fama, antequam illud actum factum fuerit, & potissimè cùm dicant se sciuisse, & audiuisse talẽ publicam vocem, & famã, post tres, aut quatuor dies facta uenditione, vt de se patet. Secundo aduertendũ est, quòd tales testes non deponunt, quòd talem famam audiuerint à maiori parte, nec quòd eam audierint in vicinia Iacobi, & sic ĩ tali loco, & dicunt nescire diem factæ uenditionis, & ꝓpterea nullo modo possunt dicere ꝓbare aliquam famam, quia si nesciunt diem factæ uenditionis, non possunt dicere, quòd post tot dies post factam uenditionẽ talis fama nacta fuerit, quia ignorato principio, nõ potest certè determinari quot dies
20 ab eo cucurrerint, quia † ignoratis principiis, necesse est ignorare, quæ determinãtur ab eis, & ideo infertur, quòd denuntiatio, accusatio, & querella sine die, & mẽse non ualet, quia nõ potest apparere de ueritate, neque de contrario, Alex. cons. 72. inspecto num. 7. & seq. versic. his pręsuppositis, volum. primo. Plot. in l. si quãdo, n. 824. versic. vigesimosexto, C. vnde vi, & vide glo. in l. in causis, in verbo, secretarium. C. de accusa. & inscript. Et cùm agatur de scientia agnati, videtur debere intelligi de publica uoce, & fama, quæ esset in ui
21 cinia ipsius agnati, quia tunc † uicinus p̃sumitur scire facta uicini. l. octaui gradus. ff. unde cogna. l. 1. §. 2. ff. de flumi. & tradũt Doct. in l. 1. ff. si cer. peta. & declaratur ex dictis Socy. in cons. 187. col. 5. uolum. 2. & per Alexand. cons. 151. colum. penul. uersic. subiungo, uolum. 5. Roland. consil. 3. num. 16. & sequen. uolum. 3. & testis, qui non deponit se audiuisse a maiori parte, non probat publicam uocem, & famam, ut per Bart. in d. §. plurium, & ideo testes, qui deponunt se audiuisse a pluribus personis, & pluries, non probat, ut not. in l. 3. §. eiusdem ff. de testib. & per Bart. in d. §. pluriũ, & Franc. Curt. in l. admonendi, sub nume. 182. ff. de iure iuran. & pulchrè Bal. in consil. 407. nume. 3. in 1. part. & quidem non probat testis ita, ut supra simpliciter deponens audiuisse a pluribus personis, & pluries, sed etiam si dixisset audiuisse a pluribus personis publicè dicit, non probat famã, quia potuit dici publicè ab uno, uel duobus, ut dicit Bart. in d. §. plurium, ut ꝑ Dec. & Matthe. Nerruci. in d. cap. 1. ubi supra, de appel. & etiam sequitur Alexand. in cons. 184. nume. 8. uolum. 7. dum expressè dicit, quòd testis licèt dicat, quòd audiuit a pluribus personis publicè dici, non probat, & ibi num. 11. etiam dicit, quòd testis, qui deposuit, qđ audiuit dici mille uicibus, & ultra publicè à multis, & diuersis personis, non probat publicam uocem, & famam, & idem tradit etiam Alexand. in consil. 2. numer. 16. in consil. 24. uolum. 6. in cons. 35. num. 6. & in consil. 123. uolum. 7. & passim ubique in multis aliis sequitur, & idẽ etiam tradit Corne. cõs. 68. ubi dicit, quòd testis, qui deponit, quòd est publica uox, & fama, & ita audiuit dici à maiori parte hominum de prædictis notitiam habentiũ, & in causa scientiæ respondit, vt supra, quia uidit, audiuit, & interfuit, nõ probat & idem in consil. 232. in 2. part. & in cons. 128. litera F. & seq. in 4. par & Bald. etiam prædicta sequitur in d. consil. 406. numero 3. in 1. part. in cons. 267. in 3. part. & in cons. 467. in 4. part. Paul. de Castr. in consil. 141. nu. 6. & 7. in 1. part. & in effectu omnes sequuntur Bart. in d. §. plurium, & tetigi supra decisio. 12. num. 26. & seq. in 1. par. Rolan. cons 11. uolum. 4. Decian. cons. 4. numero 48. & 49 uolum. 3. & App. stilla ad Bertazzol. in consil. 162. lit. B. cart. 221. Item nõ probat testis, qui interrogatus a quibus audiuit, dicit se non recordari etiam si prius audiuisse dixisset à maiori parte, ut dicit Bart. in d. §. plurium nu. 23. sequitur Alexand. cons. 3. uol. 4.

in conf.101.num.9.uersi. tertius testis, oin 6.uolum.Dec.& Nerruci.in d.ca.primo, de appel.Dec.d.consilio 36.& in consilio 429. numero 9. Item non probat testis, qui dicit pluries,& multoties audiuisse dici,& ita credit per tradita per Ias.in rubrica. ff. de iureiurando, & etiam si dicit, quod fuit publica vox,& fama, non probat, quia testis non debet esse iudex, an ex tali auditu resultet publica uox,& fama, sed habet testificari,& deponere de his, quæ sunt facti, & percipiuntur sensu corporis. l. qui testamēto.§.fin.ff.de testam.& ratio reddita per testem debet de necessitate concludere, capitulo in præsentia, de proba.l. neque natales.C.de probatio.& l.unde hoc.C.unde legit.& dicit Alex.in consi.59.nu.3. volumine 6.& talem rationem concludentem testis deponens de fama etiam non interrogatus debet assignare,& dicere, à quibus audiuit, aliàs non probat famam, ut dicit Bart.in d.§.plurium, sub nume.23. cum simili, ut per Dec.in d.c.1.ubi supra, & in d. consilio 36.& Franc.Curt.in l.admonendi sub numero 182.& etiam per alios in locis supra allegatis, (sed quid quādo per numerum septē, aut decem testium esset probatū hanc publicam uocem & famā informem, uide Bald.in auct.q̄d locum, col.fi.numero 13.uersi.decimo, quæritur. C. de collatio. Hippoli.singula.477.in testibus.Bero. ca. 1. nu.55.& 56.de appella.Alba.consilio 72.numero 4.Roland consi.82.numero 60.uolumine 2.Tobi.Noni.consilio 111.nu.5. Burs. conf.87.nu.45.lib.1.Grama.conf.57. num. 18.& 19. ubi dicunt probare famam informem, licèt Paris.conf 67.nume.108.uol. 3. Natta conf.473.nu.22.col.2.& Bursa. consilio 35.num.25.teneant contra)& in casu istius statuti consuluit Anto.Cioss. consilio 14.num.9.& seq.uolum.primo, car.34. qui an bene retulerit colliges ex ista decisione.

Tertio aduertendum est, quod etiam d. publica uox,& fama nullo modo potest di-
22 ci probari, quia hoc casu agitur de probatione† publicæ vocis,& famæ, quo ad faciēdum plenam probationem, uigore dicti statuti, quo casu etiam in casu, quo fama aliàs sufficienter posset dici probata, non dicitur probata, nec probatur, quia statutum strictè intelligitur, adeo quod plura requisita sunt necessaria, quæ aliàs non requirerentur probari, Nam requiruntur sex ad probationem huiusmodi famæ. Primo, ꝙ fama probetur saltē duobus testibus, & stante dicto statuto vnus nō facit semiplenā ꝓbationē. Secundo, q̄d adducāt rationē nō interrogari. Tertio, ꝙ ꝓbetur, ꝙ talis fama originē habuerit a personis fidedignis & ex causis probabilibus. quæ populum ad sic credendum inducunt. Quarto, quod testes qui tali casu inducuntur ad probandū famam, sint fidedigni, & optimæ opinionis, quia talis probatio irregularis & specialis, ac priuilegiata est, & tali casu quando testes optimæ opinionis requiruntur, illa qualitas articulari,& probari debet. Quinto, quod de contraria fama non probetur. Sexto, quòd per famam id, quod per eam probandum est, immediatè probetur, secus in aliis adminiculis, quia illa debent legitimè probari, ita latè probant Ceph.conf. 65.nu.52.& seq.uolum.1.Dec. & Nerruci. in d.cap.1.de appel.Angel.in l. 2.§. dic autem.ff.quemadmo.testa.aperian.Ancha. cō silio 254.Alexand.consilio 272. uolumine 1.& pulchrè loquitur Anchara. Regiens. quæst.55.in 1.par.Arnol.cpito.14.Hippoli.singula.188.Menoch.conf.175. numero 100.volumine 1.car.241. ubi reddit rationem Dec.conf.37.numero 8.& num.11.& per totum faciunt adducta per Paris.consi. 24.nume.13.& seq.uolum.3.Bero.consilio 95.nu.8.consi.87.num.44.uolumine 3. Roland.conf.3.nu.55.& seq.uolum.1. & Menoch.de adepis.posses.remedio 4. quæstione 77.nu.66. Septimo, requiritur quod deponant de perfecta uenditione, uidelicet de certo pretio, & qualitate in uenditione contenta, ut dicit Alexand.consilio 20. in causa, nu.11.uer.secundus testis, uolumine 4.Dec.consilio 57.num.5.Boeri.consi. 18. numero 13.& Hippoli.singula.38.licèt in casu nostri statuti uideatur sufficere solam scientiam venditionis absque alia qualitate, cùm det statutum modum & formam sciendi factum emptionis, ut per Hippo.d. sing.38.Rimi.iun.conf.7.uol.1.& uide Petr. de Mōcha.in addit.ad Io.Crot.de testib.nu. 396.& seq.Alc.2.Reg.præsumpt.2. tū hoc idē nō uidetur sufficere, qa idē est dicere, ꝓbare famam uenditionis, quàm uenditionē per famā,& sic debere probari cū suis qualitatibus, & pretio iuxta supradicta,& ita in proposito nostri statuti loquitur decis. consilio 222.numero 5.& est similis glo.in cle.1.de procura.quam allegat, & ex multis

tis comprobat Aret. in consil. 68. pulchre Bal. de iur. prothomis. colum. 4. uersic. sed pone, et Afflic. de iur. prothomise. §. 2. uersic. ut infra triginta dies. Alexan. d. consil. 20. num. 11. uolum. 4. Abba. cons. 42. uolu. 2. et Rimin. Iun. d. cons. 7. num. 52. uolum. 1. et tetigi supra in decisio. 12. nume 32. et seq. in 1. part. car. 167. Et testes examinati in pluribus requisitis deficiunt, nam nullam bonam rationem adducunt, nec dicunt, quòd talis fama habuerit originem a personis fide dignis, eas specificando, et ex probabilibus causis, item de qualitate testium, quòd essent optimæ opinionis, nõ fuit nedum probatum, sed nec capitulatum, nec ullo modo allegatũ. Et ulterius testes non deponunt, q talis fama esset, q dicta caneuetta fuisset uendita pro tanto pretio, et cùm pretium sit de substantia uenditionis, et ad hoc ut uenditio probetur, requiritur, q testes deponunt de eo quod non sufficit simpliciter deponere, de uenditione sine qualitate pretii, et qñ probatio dēt fieri per famã, ita pro singulari tradit Hippol. in singul. 38. qui allegat Alexand. in cons. 20. in causa appellationis in 3. uol. et dixi mox supra, et in dec. 12. nu. 32. et seq. in 1. par. car. 168. Nec põt dici aliud esse probare uenditionem per famam, aliud famam uenditionis ad effectũ sciẽtiæ prędictæ præsumptæ, quia uerba statuti ita expresse cantant (et intelligatur sciuisse si probatum fuerit per publicam uocem, et famam, fuisse in uicinia, quòd dicta res fuerit uendita) et sic statutum disponit expresse uenditionẽ debere probari per publicam uocem, et famam, sicut loquitur Hippo. d. sing. 38. post alios, quos ibi allegat, et tetigi mox supra i uersic. octauo requiritur, et quia ẽt si statutũ disponeret famam uenditionis etiam probandam, idem dicendum esset, quia quo
23 ad effectum idem est † probare famam uenditionis, q uenditionem per famam, nec iudicio meo capitulari, et probari potest unũ, quin alterius probatio resultet, et licèt agatur ad effectum sciẽtiæ præsumptæ, tamen non potest dici, quòd non sit necesse probare substantiam uenditionis, quia quando agitur de probanda scientia alicuius facti, non sufficit probare factum simpliciter, sed est necesse ꝓbare eius mo-
24 dum et qualitates, quia non dicitur † scire factum, qui non scit eius substantiam, et qualitates, ut est glo. notab. in c. cohortationi, in uerbo, sciuit, de appellat. quam sequuntur Doct. ut supra dictum est, et eam comprobat Aret. in cons. 68. et Dec. d. cõsi. 222. sub nu. 5. Octauia. Pedemonta. d. decis. 174. num. 3. et 4. car. 711. tetigi supra, num. 18. et in decisio. 12. num. 23. et seq. car. 168. qui enim nõ habet scientiam earum rerũ, quæ sunt de substantia, non dicitur scire, sed ignorare. l. multũ. ff. de condi. et demonstra. l. sed si de sua. ff. de hæred. actio. uendi. et ita in proposito tradit Bald. in consti. de iure prothomis. colum. 4. uersic. sed pone, et ita etiam in terminis nostris, quando agitur de probanda scientia præsumpta, tenet Afflict. in d. §. ut infra triginta dies sentit Tiraquel. de Retract. §. 36. gl. 2. nume. 30. et seq. aliàs cùm casus occurreret, consuluit Pater meus, cui consilio se subscripserunt excellentissimi Viri D. Lazarius de Arnolphis de Luca. D. Alexander Malagonnella, et D. Bardus Altouita, et maximè prædicta procedunt etiam, quia dicta uenditio fuit facta clam, cùm facta fuerit in Apotheca d. Zanetini, et coram testibus forensibus, per tradita per Bart. in l. prohibere. ff. quod ui, aut clam, & in l. 2. C. de his, qui ex pub. ratio. lib. 11. cum similib. Sed quid plura, quia etiam si talis scientia præsumpta fuisset probata, nihil releuaret, quia statutum non inducit talem scientiam a die publicæ uocis, & famæ habitæ in uicinia simpliciter, sed postquam lapsi fuerint tres menses a dicta die publicæ uocis, et famæ. Nam dicit, (et intelligitur sciuisse, si probatum fuerit fuisse publicam] uocem, et famã, quod dicta domus, siue possessio fuerit uendita, si agnatus fuerit præsens, postquam elapsi fuerint tres menses à die dictæ habitæ fa-
24 mæ connumerandi) et sic † scientia præsumpta inducitur ex publica uoce, et fama cum concursu trium mensium, et non aliter, et postquam inducta est talis scientia, et sic post dictos tres menses elapsos statutum uult, quòd habeat mensem ad recuperandum rem uenditam ab emptore. Vnde ad hoc, ut agnatus exclusus dicatur, requiritur, quod lapsi fuerint tres menses ad inducendum scientiam, et unus alius ad recuperandam rem uenditam, et sic in totum requiruntur quatuor menses, et non tres, et quòd fiat connumeratio a die factæ uenditionis, quæ fuit facta, ut dictum est, die 31. et sic vltima Maii, ergo non fuerunt elapsi,

psi, quando Iacobus petijt recumpram, & fecit depositum, quia hæc facta fuerunt sub die 10. Septembris, & sic in die 10. Mensis dati ad recumperam, ut patet ex processu, & sic nihil releuaret.

Præterea aduertendum est, quod Mensis, qui datur a die habitæ famæ ad retrahendum rē uenditā ab emptore, non debet intelligi ita simpliciter, sed debet suppleri, ꝙ currat
26 † a die scientię, & factæ traditionis rei, qa debet intelligi de scientia habita uenditionis ꝑfectæ, & uenditio ꝑfecta non dicitur nisi postquam est facta traditio rei uenditæ, maximè in terminis statuti nostri, de quo agitur, quia statutum ꝓuidet in duobus casibus. Primò, quando uenditor uult uendere, antequam uendat contra uenditorem, & disponit hoc casu (ꝙ teneatur uēdere eius agnato pro eodē pretio, & modis, & formis, quibus reperiret uendere alteri personæ posse.) Scd'o, statutum prouidet quando uenditor uendit rem, & tali casu disponit contra emptorem, (quod teneatur rem restituere pro eodem prætio, & modis, & formis, quibus emit) & isto casu, quo statutum contra emptorem prouidet, prouidet eo casu, quo translatum fuit dominium in eum, & possessio, quia dicit (si uerò alienatio facta sit) & alienatio facta dicitur, quando dominium est translatum in emptorem, & illud translatum non dicitur, nisi facta traditione. l. alienatum. ff. de uerb. significa. & l. traditionibus. C. đ pact. quod etiam patet, quia statutum mandat, quod emptor teneatur rem restituere agnato. Nam ad hoc, ut emptor rem restituere possit, requiritur, quod prius effe-
27 ctus sit possessor rei, cùm rem† restituere non possit, qui rem non habet. l. filius. C. de donatio. l. obseruare, & ibi not. Bart. & Bal. ff. de offi. proconsu. Vnde requiritur, quod emptor effectus sit possesor, & contra talem emptorem posessorem actio quantumcumq; sit personalis, quia descendit ex statuto isto casu, quia afficit rem, competit, & ita tradit Affl ct. dicto tractat. de iure prothomis. d. §. infra 30. dies in 10. notabili, & tetigi supra in decis. 16. in hac 2. par. Donec enim uenditor stat enim in posesfione rei suæ, non censetur alienasse, ut ꝑ Curt. Iuni. in consi. 109. nume. 16. Non uidetur igitur tēpus dicti mensis prius currere agnato, ꝙ̄ fuerit facta traditio emptori, & sciuerit utramq; factam uenditionem & factam traditionem, & sic a die habitæ scientiæ, & factæ traditionis, & ita in effectu tenet Bald. in tract. de iur. prothomis. & ibi eum sequitur Afflict. ubi supra, & idem tenet Io. Iacob. instit. de contra. empt. in princi. & Paul. de Cast. in cōs. 74. in 2. part. Pancirol. consil. 167. nu. 6. Paset. cons. 173. nume. 22. tetigi supra in decisio. 16. nu. 35. cart. 330. in hac 2. part. Nec obstat quod Tiraq. in trac. de retract. in §. 1. glo. 10. quæst. 20. sub nu. 188. uideatur tenere cōtrariū, qa illud ꝓcedit in terminis eius cōsuetudinis, loquitur simpliciter de uenditione, quo casu uerificatur etiam quòd non sit translatum dominium. d. l. alienatum, Non autem loquitur in terminis statuti nostri loquentis nedum de uenditione, sed etiam de alienatione, & simpliciter mandatis emptorem restituere debere rem emptam, quæ restitutio præsupponit factam fuisse traditionem, ut dictū est per tex. in l. qui restituere, & in l. qui petitorio. ff. de rei uendi. iuncta. l. decem. ff. de uerbo. oblig. Et attēto, quòd dictus Iacoponus uenditor remansit in possessione dictæ domus, siue caneuettæ usque ad mensem Septembris, in quo fuit disgombrata per Ludouicum eius filium, & tradita eius possessio dicto Zanettino, non potest dici, quòd dictus mensis cucurrerit, nisi a die dictæ factæ traditionis per supradicta, & faciunt tradita per Bar. in l. si cui. ff. de leg. 1. & Pancirol. d. consil. 167. ubi uolunt,
28 quòd † tempus appositum in contractu uenditionis ad soluendū pretium non currat, nisi a die factæ traditionis, & sic cū Iacobus sub die 10. dicti mensis Septembris fecerit depositum, & petierit restitutionē rei, uidetur in tēpore legitimo ea fecisse.

Et causa uertente coram bonis uiris & partialibus Friuzani lata fuit sententia de
* cōsilio Sapientis, secūdū ꝙ RELATVM * fuit de Magnificū D. Consultorē, petita ꝑ D. Iacobū fieri non debere, absoluendo dictum Zanetinum, seu Horatiū eius procuratorem a petitis, condemnando uictum uictoris in expensis.

Verū, q̄a uisū fuit cōtrariū uerius, & d. Magnificu D Cōsultorē, cōsideratis eius rationibus non bene retulisse, & tale eius cōsiliū fuisse, & esse erroneū, & cōtra uerba & mentē statuti in causa cōmissa ex rescripto Magnificis Dominis Rotæ Florentinę, placuit uenerando Patri meo hæc pauca

contra

contra talem relationem, & consilium in medium afferre. Nam in effectu dicit iste relator se moueri, quòd uigore dicti statuti Fruizani, sub rubrica de immob. diuid. & de uendi.fien.in agna. & consi. Zanettinus præferebatur, quia licèt.d.statutum regulariter præferat in emptione rei immobilis agnatū usque in tertium gradū attamen (in uers.& eodem modo &c.) præfertur Dominus Soli in habendo ædificium suprapositū, & Dñus ædificii in habendo solū formaliter dicens,(& antecedat quibuscunque aliis, etiam si essent agnati, uel confitens aliquo alio capitulo nō obstante) unde dicit; cùm constet in processu, quod Iacoponus haberet mansionem inferiorem, & Zanettinus mansiones superiores, & ex consequendi superficiem.d.domus, sumus propriè in exceptione posita in statuto, quia Zanettinus erat Dominus ędificii positi super solum, & ideo præferendus erat in emptione Iacobo Agnato, Nec obstat, dicit, si dicatur, q̃ Zanettinus nō erat D. etiā ædificii supra solum, quia Iacobus ultra solum, habebat ædificiū ipsius ca neuetæ usq; ad primum solarium, quia dicit statutum debet intelligi de partibus inferioribus, & superioribus, ut habens partes inferiores domus præfertur in acquisitione partis superioris quibuscunque aliis, quamuis agnatis, uel confinantibus a lateribus, & pariter pręferatur habens partes superiores in acquisitione partis inferiorum, quibuscunque aliis tam agnatis, quàm confinantibus à lateribus, aliàs dicit, si intelligeremus statutum in d.parte de eo, qui haberet duntaxat solum, & de eo, qui haberet omnem superficiem raro, aut ferè nunquam casus iste eueniret, quia rarissimè inuenitur, quod unus habeat solum, alter superficiē, sed bene inuenitur, & sępissimè, quòd unus habet in eadem domo partes inferiores, & alius partes superiores, ut experientia docet, quę est rerum magistra capitu. quam
29 sit de electio.in 6. leges autem, & † statuta potius adaptari debent ad ea, quæ frequenter, & facilè accidunt, quàm ad ea, quę de raro eueniunt l.3. cum duobus sequentib. ff de legi.tetigi supra, decis.18. numero & ita Magnificus D.Consultor residet, nec aliter respōdet, hisque adduxit Pater meus in contrarium, quòd dictus uersi. (& eodē modo &c) loquitur solùm in Domino soli tantùm, & in domino ędificii tantum, & uerificari in emphiteota feudatario, & superficiario, vt dixi supra nu.4.

Quibus adductis per d. D. Consultorem non obstantibus, adhuc Pater meus erat in ea opinione, quòd dictum statutum in d.uersic.loquatur, & uerificetur, ut dixit & non posse intelligi vllo modo de partibus inferioribus, & de partibus superioribus, prout dixit debere intelligi dictus D. Magnificus Consultor, & talem eius intellectum visum fuit esse penitus erroneum, & contra verba, & mentem ipsius statuti, causis, & rationibus supra deductis.

Et ulterius, quia verba statuti sunt clara: Nam dicunt (& eodem modo pręferatur D.Soli in habēdo ędificiū supra positum, & D.Edificij in habendo solū, & antecedat quibuscunque aliis, etiam si essent agnati, vel confines, aliquo alio capitulo non ob-
30 stante) & Dominus † Soli dicitur, qui est Dominus terrę, cū solū terrā significat.l. qui tabernas.ff.de contra.emptio.& Dominus ędificij dicitur isto casu, qui est D.superficiei, quia statutū differt vnum ab altero, & propter hoc de Domino soli tantùm, & de Domino superficiei tantùm loqui dicendum est, quia remoto ędificio a solo, remanet solum tantùm, & remoto solo ab ędificio remanet sola superficies, quę isto casu appellatur ędificium a statuto, & solum superficiem significat propter prædictam singularem expressionē, & differentiam factā de quolibet, & cùm uerba statuti in hoc clara sint, ab eis non erat recedendum.l. ille, aut ille.ff.de leg.3.& not.Bart.in l.quòd
31 constitutum.ff.de testam.milit.Nam † statutum seruandum est, prout iacet, ut dicit Bald. in l. cùm ancillis, in vltima colum.ff.de incest.nupt.& ad eius verba nihil est subintelligendum, sed ea simpliciter intelligi debent, vt iacent.not.Bal.in l.3.§. quòd pretor.ff. ne quis eum, qui in ius voca.& debemus inhęrere verbis statutorum nec aliter interpretari, quàm statuta loquūtur, vt tradit Bald.in capitu significante in 2.columna de appella.& in l. maximum vitium.C.de lib.pręteri.nec debemus addere ad textum, nec requirere plusquàm litera requirat.l.gallus.§ videndū est, & ibi not. Bald.in 5.notab.ff.de lib.& posthum. & ibi sequitur Ang.& Imol.Bald.in l.1.ff.de curafurio.& in l.omnes populi, col.1.& 7.versi. dico ergo.ff.de instit.et iur.etiam dicit Bal. in dicto cap.significante, quòd omnis as-

scf.

ſeſſor debet habere præoculis legem, quæ dicit, quòd melius eſt edict s deſeruire, l.1.§. ſi quis. ff. de exercit. & dixit Paul. de Caſtr. in conſil. 83. in 2. part. quòd debemus ſequi realitatem, & mentem ſtatutorum, nec propter contentionem verborum, quæ pertinacibus eſt relinquenda, recedere debemus ab eo, quod eſt euidēter verum, & ſequi illud, quod eſt euidēter falſum, vt ibi per eum. Vnde intelligendo ſtatutum prędictum (in d. verſic. & eodem modo &c.) ſecundum quòd ad literam loquitur realiter, & verè, nunquā intelligetur de partibus inferioribus, & de partibus ſuperioribus, vt dicit Dominus Conſultor, quia dicta verba hoc non patiuntur, nec importare poſsunt, ſed intelligetur in domino ſoli tātū, & in domino ſuperficiei tantùm, & verificabitur in ſuperficiario actiuè & paſſiuè, & alijs Dominis directis, & vtilibus, de quibus ſupra

32 dixi, quia† uerba bene in his conueniunt, & uerba ſtatuti neceſſario trahi debent ad illum caſum, cui uerba conueniunt, ut per Alexand. conſ. 97. num.6. in 7. uolum. & de dictis partibus fuerat etiam ſuperius in ſtatuto diſpoſitū, cùm de qualibet parte alienata dixerat, ut dixi ſupra, nume.3. & etiam patet, quia ſtatutum ſuperius loquutum eſt de prælatione agnatorū, & cōfinantium indefinitè, & ſic de omnibus cōfinantibus a quocunque latere etiam inferiori, & ſuperiori, & indefinita etiam in ſtatutis ęquipollet uniuerſali, ut per Dec. in l.1.§. de reg. iur. Item quia in confinibus ſtatutū mandat ſeruari cōditionem, ꝙ ille confinis ſit potior in emendo, quia maiori partę, & quantitate ſit reſpectu mēſuræ, & iſta uerba a maiori parte etiā ueri ficantur in habente plures confines ab inferiori a ſuperiori, & iam diſpoſitum fuerat & nō eſt ueroſimile, quòd incōtinenti ſtatutum ſe corrigat. l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſtra. Item quia ſucceſſiuā (in d. uerſ. & eodē modo &c.) augumētatiuè uenit ad prælationē alterius iuris, & nō ad limitationem præcedentis, quia dictio, &, auget. l. ea tamen adiectio. ff. de leg.3. Item etiam, quia in uerſiculo ſequenti, dum loquitur de participe, ſtatutum diſponit, quod talis particeps præferatur cōfinātibus, ſed non ꝑferat̄ agnatis, & maior ratio ꝑferendi agnatis uidebatur in tali participe proindiuiſo, quā in alio, q. partē diuiſam habet, quia iſte habens partem diuiſam impropriè particeps dicitur, ut dixi ſupra nu.7. unde ſi particeps pro indiuiſo, qui propriè particeps dicitur, ut ibi dixi, non præfertur ex diſpoſitione dicti ſtatuti agnatis, multo minus dicendum eſt ꝓferendum eſſe participem prodiuiſo, quia impropriè particeps eſt, & quia maior ratio militat in participe pro indiuiſo, propter concurſum iuris indiuiſi, quàm in participe ꝓ diuiſo, in quo ceſſat talis cōcurſ⁹.

Nec ratio conſideratæ ſeruitutis quicquam uidetur facere, quia eſt imaginaria, cùm nulla ſeruitus uerè debeatur. Sunt enim integræ diuiſæ, & liberæ nulla ſeruit alteri, ſed quælibet eius introitus oſtiū habet ſeparatim in uia publica, immo in participe ꝓ indiuiſo poteſt cōſiderari aliquid impedimenti per occurſum, & tamen ſtatutū non uult ꝑferri agnatis, ſed agnatos ꝑferēdos eſſe ei, ut dictū eſt.

Nec verum eſt, quòd frequenter, & facile iſte caſus nō eueniat, quia imò uidetur ſępe euenire, cū Doctores undiq; ꝗ tali caſu de prædictis emphiteota, Feudatariæ, & ſuperficiario tractent, ut adduxi ſupra. d. nu.4. & q. a in ſpecie facta eſt ꝓuiſio, ut patet ex ſupradictis, & ubi facta eſt ſpecialis

33 † prouiſio ea non poteſt adaptari ad aliū caſū, iuxta tradita in l. talis ſcriptura ff. de leg. primo, Nam & lex aliquando diſponit de eo, quod rarò cōtingit, ut declarat Fely. in c. corā. de officio, & poteſt. iud. deleg. & faciūt q̄ ego BORGNINVS Fili⁹ dixi in tract ꝗ uſufru. ſub n.95. Nā Doct. car. 463.

Vnde ex prædictis iure optimo uidetur defendi, quòd ſtatutum loquatur in

34 † domino ſoli tantum, & in domino ſuperficiei tātū, & uerificat̄ i ſuperficiario ex alijs ſupradictis, & non prout intellexit, & retulit dictus Magnificus D. Conſultor, & ne uideat ſolus in hac mea opinione, nunc adduco, & reperij ita in indiuiduo conſuluiſſe D. Iaſ. in conſ. 224. colum.2. uerſic. quinto præſens ſtatutum, uolum.2. & conſilium D. Franc. Vegij, in conſ.2. de alienatione non fienda irrequiſito conſorte, nu.13. & ſeq. non nocet, quia loq̄tur in conſorte habente murū communem, & non in domino ſoli, & ſuperficiario, ut in caſu noſtri ſtatuti. & tetigi infra nu.52. & ab iſta ſentētia, quæ aliàs fuit obſeruata, & habet auctoritatem in terminis, nō uidetur ullo modo recedēdum. l. minimè. ff. de legib.

legib.cum ſimi.& tetigi in deciſio.15.num. 4.car.217.& deciſio.28.num.16.& 30.& ſequen.in 1.part. & per conſequens apparet cauſam ipſam non fuiſſe bene deciſam, & ſententiam reformandam eſſe declarando petita per Iacobum fieri debere,& dictum Zanetinum ad ea condemnandum eſſe, & in expenſis, cum nulla probabilis dubitatio videatur eſſe pro eo per ſupradicta, & per quæ Iacobus nullo modo poterat
35 † condemnari in expenſis, etiam ubi talis probabilis dubitatio adfuiſſet ſuper huiuſmodi intellectu dicti ſtatuti,ut tradunt docto.in l. properandum.§.ſin autem alterutra.C.de iudi.cap.finem litibus, de dolo,& contum.rubrica.ff.de reb. dub. & in l.iuris ignorantiam.C.qui admitti. & per ea quæ ego BORGNINVS dixi in tracta.de tutore,nume.fina.& per Emilia.conſi.109. nume.3.& 4.& Boeri. deciſio. 42.numero 39. Non obſtat,quod Zanetinus, eo quia habet partem ſuperiorem,uideatur ſuperfi
36 ciarius , quia † pars ſuperior cedit parti inferiori,ut habetur in l.ſi duo.§. ſic ſupra ędes.ff.uti poſſide.in l.2.C. de rei uend.l.ſi ſuper tuam parietem. ff. de acquiren.rerũ dominio, & ideo in eo uidetur habere locum ſtatutum in dicto uerſicu. & eodem modo,& uide latè per Capici. deciſion.17. cart.16.Soci.Iun.conſil.76.uolum. 2. Quia reſpondetur, quòd licèt Zanetinus habens partem ſuperiorem diceretur ſuperficiari' partis inferioris, non tamen diceretur ſuperficiarius ſoli dictę partis inferioris, ſed ædificij ſuper ipſo ſolo , & iſto caſu loquitur Franc.Vegi.d.conſi.2.Et uerſ.& eodem modo;loquitur de ſuperficiario ſoli,ſeu dē ædificio poſito ſuper ſolo,& non de ſuperficiario ædificij poſiti ſuper ædificio ſoli: Nam loquitur præciſè de ædificio poſito ſupra ſolum,& intelligitur de poſito imme
37 diato,& affixo terræ Quia † uerba debent intelligi per prius,& in potiori ſignificatu ut l.Lutius.§.quæſitum.ff.de legat. 3.l.1.§. perpetuum.ff.ſi ager uectigal.& l.boues.§. hoc ſermone.ff.de uerbo.ſignific. & ita tradit Alexand.in conſil.81.in fin.in 7.uolum.
38 ubi dicit,quod ſtatutum † loquens de confine, intelligitur de primo proximo,& immediato,& in conſ.150.col.5.circa finem , & conſ.151.col.pen.uerſi.ſubiungo,uol.5. & Salice.in d.l.2.C.de rei uendi.dicit,quod pars ſuperior inferiori cohærere dicitur , quando pars ſuperior ſine inferiori ſubſtẽtationem habere non põt l.ſi ſupra. ff.de acquir.rerum domin.& ſolo dicitur cohærere quando terræ eſt affixum. l. granaria, & l.fundi.de action.emptio.& etiam uerba
39 † debent intelligi in ſpecie,& non in genere l.legatum,ubi Bart.ff.de legat.3.Gomeſ.in regu.cancellariæ, de pub.reſigna.& Ruin.conſ.15.n.14.in 3.uol.& in conſ.152. nume.2.in 5. uol. & cum ſtatutum in dicto uerſi.loquitur de habente ædificium ſuper ſolo coherẽtiæ in alio non procedit,qa de eo ſtatutum non loquitur , & ſtatuta
40 † tantum diſponunt,quãtũ nõ loquuntur, maximè cum tale ſtatutum ſit exorbitans, & odioſum,ut dixi ſupra nume.. .. & latè tradit Soc.Iunior in conſ.1.colum.5. num. 21.in 2.uolum.Franc. Vegi.d.conſil.2.ubi latè. Secundo reſpondetur , quod dictus uerſicu.loquitur in ſuperficiario recognoſcente alium in dominum mediante penſione , quia debet intelligi ſecundum ius commune,& talis eſt ille,qui de iure com-
41 muni non poteſt † uendere , nec alienare ius ſuum ſine domino directo,& tenetur ei emere uolenti uendere,ut tradit Bart. in l. 1.§.quod autem il 2.ff.dē ſuperfi. Afflict.deciſio.119.numer.8.& declarat Auerard.in ſua centuria in loco a feudo ad emphiteo. in litera. D. ſed Zanetinus nunquam dictum Iacoponum recognouit, nec cum pẽſione, nec ſine , & ideo in eo non habet locum, cum propriè ſuperficiarius dici non uideatur, ut in ſimilis,tradit Soci.in conſi. 252.colum.penult.& in conſil.257.colum. 5.in 2.par.Nam ubi quis habet dominium utile,quid occidit directum, ut præſcriptione acquiſitum,uel uincit illud alio modo , ita quod non recognoſcit alium in dominium,uidetur habere uerum dominium , & proprietatem per tradita per Bar.& Alexand.in l.ſi quis differentia.ff. de acquirer. poſſeſ.per Moder.Pariſ.in conſuetu.Pariſi. §.37.glo.2 Tertiò reſpondetur, quòd iſte Zanetinus non eſt ſuperficiarius,ſed uerus dominus partis ſuperioris. Quia eam emerat per prius ab ipſo Iacopono uero domino totius domus,vt patet per inſtrumentũ, de quo in actis,& non ab alio,qui haberet talem partem ſuperiorem ſuper ſolo Iacoponi ædificatam, qui eſt ille, qui ſuperficiarius dicitur ; Nam ubi de ſuperficie leges loquuntur,de ædificio loquuntur facto ſup ſolo,& ſeu pariete alieno,adeo quod unus
42 habet ſolum , & alter † ædificium, quod

cedit

cessit solo, seu parieti, pro ut reperitur supra positum, ut probatur in d. iuribus, & in l. 1. & fina. ff. de superfic. in l. superficiario. ff. de rei uendi. & hoc exemplificatur in emphiteota, in feudatario, & in conductore ad longũ tempus, ut dixi supra numero 4. Nam isti in re sibi concessa dicuntur habere dominium utile, & pariter dicuntur illud habere in ædificio super tali re per eos ædificato, quod superficiarium dicitur, ut habetur in d. iuribus. Quod secus est in cõ-
43 ductore ad † modicum tempus, qui nullum ius habet, & statim potest expelli, ut l. emptor. C. loca. & declarat Barto. in l. 1. §. quod autem il primo, ff. de superfic. sed ubi superficies non est super solo alieno, sed super proprio ipsius ædificantis, iste non dicitur
44 † superficiarius, sed uerus dominus, quia sui soli & proprietatis nemo est superficiarius, ut not. glo. in l. 1. in princi. in uerbo; si
45 emit. ff. de superfic. & sui ipsius † nemo est vassallus. Moder. Parisiens. in consuetu. Pa-
46 ris. §. 13. sub nu. 42. Nam quis non † potest obligari sibi ipsi. l. uranius. ff. de fideiuss. l. frater a fratre. ff. de condit. inde. & l. debitori.
47 C. de pact. Ne se ipsum † recompẽsare. Crauet. consilio 310. numero 1. cum simil. Et si
48 talis † uendiderit partem ædificii, dicitur uendere eam iure proprio, & liberè, sine aliquo onere, & seruitute, ut tradit Ias. in l. ab emptione, nu. 13. ff. de pact. & in l si tibi homo. ff. de legat. primo, numero 5. & Tiraq. de retract. tradit. in §. primo glo. nona, sub numero 56. & Cepol. in tracta. de seruit. rustic. præd. in Rubrica de seruit. itine. & Bald. in consilio 367. in 3. part. & est text. in l. si in conditione & l. quicquid. ff. commun. præd. ubi habetur, quod uenditor, q c quid sibi reseruare intendit, debet nominatim excipere, Adeoque eius respectu non sufficit generaliter excipere, & ibi uolunt Bar. & alii quia uenditor censetur rem liberè vendidisse etiam si dictum non fuerit ut tradit Bar. & Docto. in l. quod conclaue, ff. de damno. infect. & alii supra infra locis
49 allegatis, & ubi solã superficiem quis † uellet uendere, tunc habet eam uendere cum pacto, quod non transeat dominium, quia aliàs non impediretur translatio dominii, ut l. species, ff. de auro & argen. legat. & qđ not. per Docto. in l. si mulier. C. de iure dotium, & declarat Barto. in l. prima §. si quis superficiem columna secunda uer. ulterius dicitur hic, si emit superficiẽ de superficie, vbi dicit, quod si emit superficiem sine solo talis superficies potest ratione utilis dominii expectare ad alium quàm pertineat solum, sed quando emit solum, ut ponam superficiem, intelligas (dicit Bart. hoc acto, vt dominiũ soli non transeat, aliàs ista uerba, vt ponam superficiem, uel ad ponendũ superficiem, translationem dominii nõ impediunt, & idem dicit Barto. in l. fin. in principio. ff. eod. tit. & sic, vbi quis vendit ædificium, vel eius partẽ, quod sit in proprio solo, & non reseruat sibi dominium, seu dicat, quod non transeat dominiũ, tunc liberè omne ius, quod haberet uenditor in eo, vendidisse censetur, & transtulisse omne dominium, sequuta traditione, iuxta naturã contractus emptionis, & uenditionis, Et iste emens dicitur uerus dominus, & non superficiarius quia dominus tradendo rem
50 suam, uel partem eius, facit † domum accipientem l. cùm manus facta. ff. de contrahen. emptio. & not. Barto. in l. prima. ff. de actio. empt. & Angel. Aret. in §. item pretium, inst. de emptio. & venditio. in locum enim uenditoris succedit emptor respectu dominii, & respectu possessionis. tot. titu. ff. & C. de contrahen. emptio. maximè in l. exemplo, & in l. Iulianus. §. ex uendito. & l. prædia. ff. de actio. emptio. iunctis his, quæ
51 habentur per omnes. in l. quòd † meo. ff. de acquir. posses. & per Barto. & alios in l. ab emptione, ff. de pact. & ita tradit Paris. cõsilio 104. sub numero 56. in primo uolumine. Nam subrogatur emptor in locum uenditoris, ideo eius naturam sequitur, assumitque omnes qualitates, conditiones, & vires, l. si eum §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio, vbi Ias & c. ecclesia, vt lite penden-
52 te; & qđ † emens partem efficiatur, & dicatur uerus dominus talis partis, probatur in l. sicut §. Aristo. ff. si seruit. uendic. ubi habens partem superiorem dicitur dominus, & habens partem inferiorem, etiam dicitur dominus, & sic quilibet respectu suę partis dominus dicitur, & non superficiarius, & isto casu uerificatur, quod dicit Franc. Vegedi. d consilio 2. numero 23. & 24. & Barto. & Docto. in l. binas ędes. ff. de seruit. vrba. præd. dum quærunt, quòd si sunt plures habentes domum vel fundum communem, & veniant ad diuisionem, an videa-
53 tur actum, quod vnus habeat † aditum per partem alterius, sicut prius habebat, & concludunt, quòd non, nisi hoc inter eos spe-

cia-

cialiter conuentum sit, & dicunt hoc esse vtile, maximè inter fratres diuidentes domum per partes, ad quas non poterat haberi aditus, nisi per aliàs partes, ponuntq; exemplum, quod tres erant fratres, & domum communem habebant tria solaria habentem; venerunt ad eius diuisionem, & cuilibet fratrum assignatum est vnum solarium, postea fratres, qui habebant solaria superiora, & solebant ire solarium inferius, quæritur an possint ire per solarium inferius prout solebant ante diuisionem, & concludunt, quòd non, pro vt etiam habetur latè per Petr. de Vbal. in tractat. de duobus fratribus, in undecima part. princ. in 8. quæst. sub num. 9. & tradit Cepol. in d. tracta. de seruit. in dicta Rubrica, de seruit. itiner. ea ratione, quia quælibet pars diuisa censetur liberè facta, hoc est pleno iure ei⁹, cui tetigit in partem, & idem dicunt esse in venditione & aliis cōtractibus inter uiuos, & tradit Corne. in cons. 154. in 2. part. tetigi ego Borgni. Filius, in decisio. 6. cart. 127. & supra in Repertorio Decisionum, in uerbo, vendens domum, in 1. part. car. 1235. & per Marc. Mantua singula. 280. Tres erant fratres, & sic quando domus diuiditur per partes, vel venditur quælibet pars cum omni suo iure dominii, & possessionis secuta traditione transfertur in accipientem & acquirentem eam, & isti non dicuntur superficiarii, sed veri domini ipsarum partium. & verificatur, quod de vna domo pos
54 sunt plures † fieri, diuidendo, & alienando domum per partes, & quælibet pars dicitur una domus, facta alienatione, ut habetur in l. planè. §. fin. ff. de legat. primo, cum simil. ut dixi supra nu. 6. Et isto casu non potest dici, quod uenditor talis partis superioris sibi retinuerit dominium directum in ipsa parte superiori uendita, quia tale dominium transfertur, secuta traditione, ut l. traditionibus. C. de pact. & l. traditio. ff. de acquir. rerum domin. & maximè cùm dica-
55 tur dedit, uendidit, & tradidit. & † dare sit dominium transferre §. sic itaque. instit. de actio. cum simil. ibi traditis per Aret. Ias. & Gomes. post Bart. in l. ex empto. in fi. ff. de actio. emptio. & intelligitur de directo, ut dicit Bald. in l. fin. colum. fin. C. de sacrosan. eccles. & uolunt Docto. in d. §. sic itaque, & in l. traditionibus. C. de pact. & Barto. & ibi Alexand. in l. si quis. §. differentia. ff. de acquir. posses. & maximè etiam cum in instrumento uenditionis, uenditor cedat omnia iura emptori, & faciat eum procuratorem in rem suam, & etiam dicatur,
56 uendidit † omne ius, & actiones, quas habet, quo casu in emptorem transeunt directæ actiones, ut per Barto. in l. creditor. §. penult. ff de actio. emptio. et in l. si ager. ff. de rei uendit. pro ut factum apparet in casu nostro. et quia aliàs habens partem superiorem uideretur teneri eam uendere habenti inferiorem (etiam semoto statuto) qđ tñ negatur respectu rerū. l. nec emere. C. de iure deliberandi, & tradit Afflict. d. prohibi. feud. aliena. in 2. notabi. & uide Franc. Vegi. d. cōs. 2. nume. 24 & uendens partem superiorem, nunquam diceretur eam liberè vendidisse, nec posse uēdere pleno iure, quod tamen est falsum, cum quilibet liberam habeat dispositionem rei suæ. ff. si quis a patro. fuer. manumis. l. 2. & sit moderator, & arbiter. ut etiam ab utendo. l. in re mandata. C. mand. & l. dudum. C. de contrahend. emptio. & patet ex supradict. & isto casu non loquitur d. uersi. (& eodem modo) sed de domino soli simpliciter, & de
57 domino superficiei simpliciter, & † statutum loquens de simplicibus non habet locum in casu misto, ut per Doct. in l. 2. ff. de uerbo. oblig. & in proposito tradit Ruin. in cō silio 113 sub numero 7. in primo uolum. tetigi in Repertorio Decisionum, in uerbo statutum.

Nec modo habet obstare tex. in l. si duo.
58 §. si supra ędes. ff. uti possid. quia † loquitur in habēte cenaculum supra alienum iure superficiei, tam in primo casu, quando illud habet super ædificio alieno, siue cōducto, a non domino, sed ab alio, ut ibi sentit gl. in uerbo; quasi dominus, siue a nemine, quàm quando illud habet super ædificio alieno conducto a domino, ut ibi declarat Barto. & ibi solum deciditur. quod in primo casu interdictum illud non competit tali habenti cenaculum contra dominum, sed bene domino contra eum; In secundo uerò casu deciditur tale interdictum non competere domino, quia locauit ædificiū tali superficiario, & superficiarius tuetur secundum legem locationis, & isto casu posset quæri an facta alienatione de cenaculo dictus uersiculo statuti, & eodem modo habeat locum in tali superficiario non cohærenti solo, in quo uidetur, quod non ut supra dixi numero 7. Sed nos non sumus

mus in tali superficiario, sed sumus in habente cænaculum, seu partem superiorẽ, iure proprio pleni dominij, quo casu dictus vers. non loquitur, sed de hoc loquitur statutum. in princ. vt dixi supra, n.3. & etiam patet, quia in tali principio, loquitur de vendente domum, ædificium, terram, & possessionem, & sic de rebus corporalibus pleno iure ad venditorem spectantibus, & considerauit statutum solùm fauorem, & commodum agnati, præferendo eum quibuscunque alijs, & propter tale commodum non considerauit vnionẽ ipsorum corporum, quia ipsa sunt corpora perfecta in se, & similiter quælibet partes in se sunt perfectæ cùm spectent ad eorum dominum, eodem pleno iure. Sed in d. versi. (& eodem modo) statutum loquitur de solo tantùm, & de ædificio tantũ, hoc est de sola superficie, quæ sunt corpora imperfecta, & in quibus sunt duo domini diuerso iure, & non considerauit in his commodum agnati, quasi parum ei esset in fructu, & sine sua substantia, sed vtilitatem vnionis, & quę ex vnione resultat ꝑ consolidationem, quæ fructum affert in totum, & ideo tali casu prætulit dominũ soli in habendo ædificium super eo positum, & dominum ædificij in habendo solum, quia per hoc consolidatur dominiũ directum, cum vtili, & dominium vtile cũ directo, & sic dictæ res in totum consolidantur eodem iure in vna persona tantũ, quod non fieret si agnatus admitteretur, quia res nihilominus remansisset diuerso iure in duabus personis, prout esset ante venditionem, & ne res diuerso iure censeatur, isto casu statutum prætulit dominum soli, & dominum ædificij ad inuicem in recuperando rem alienatam, vt fiat cõsolidatio supradicta ad perficiendum corpus in vna persona eodem iure, vniuntur enim propriè corpora, & consolidantur iura, vnde vnio corporum non consideratur, sed commodum agnati, qui admittitur ad quamlibet partem, licèt non sit cõfinans, nec particeps, sed consolidatio bene in se consideratur, & non commodũ agnati, quia illa admittitur, & præfertur commodo agnati, & ita mens statuti videtur esse admittere agnatum ad corpora perfecta, & ad partes perfectas in se eodẽ iure, & consolidare imperfecta. Vnde alia est ratio admittendi quem ad corpus ꝑfectum, vel ad aliquam eius partem in se ꝑfectam eodem iure, & alia est ratio admittendi aliquem ad corpus imperfectum ꝓpter suum corpus imperfectum in se diuerso iure existentia ad consolidationem faciendam eodem iure, ne res diuerso iure censeatur propter commodum ex consolidatione resultans, vt patet ex ṗdictis.

59 Et prædicta † differentia de habente partem superiorem iure superficiario, & de habente eam proprio iure pleni dominij, videtur etiam probari in l. si fundum, sub conditione, §. qui fundum. ff. de leg. 1. dum ibi dicitur, quòd qui legauit fundum excepto ædificio, si intelligitur, ædificio, idest superficie, & sic ibi accipitur ædificium pro superficie, tunc, quia respectu superficiei dominiũ utile legatum non dicitur, sed tantum directum, dẽt hæres præstare legatario aditum, seu iter ꝑ viam cõmoditatis, non iure seruitutis, q̄a cùm ipsa superficies iure directi dominij spectet ad legatarium, non potest seruitus in re sua sibi deberi, sed si intelligitur ædificio pro ipso toto ædificio, & sic de superficie, & solo simul vnitis, tunc iura, seu iter debetur iure seruitutis, cùm tunc hæres sit dominus totius ędificij, & non superficiei tantùm, & seruitus non dicitur esse in rem legatarij, sed hæredis, & tex. ibi decidit, ꝙ talis exceptio facta de ędificio debet intelligi de ædificiorum solo, & sic pleno, & non de superficie tantùm, facit Fran. Vegi. d. consi. 2. nu. 36. car. 95. & ratio uidetur, quã supra diximus, quia quis in dubio censetur de re sua liberè disponere, & nihil sibi retinere, & si quod intendit reseruare, habet expresse illud dicere, & excipere, ut supra dixi, & sic ille tex. uidetur utrunque quod diximus de habente cenaculum iure superficiario, & de habente cenaculum iure proprio pleni dominii probare, & de habente partem iure proprio, probatur ẽt in l. quod conclaue. ff. de dãno infecto, ubi cõclaue, porticus, & cenaculum sunt partes domus, & dicuntur esse partes eius domus, ad cuius vsum per dominum destinantur, vt ibi habetur per Doct. ubi Pau. Castren. dicit, ꝙ licèt cenaculum sit eius domus, cui supra positum est, tamen nulla est differentia inter illud, & conclaue, & porticum, ubi de destinatione, & dispositione domini apparet quia tũc dicitur esse eius, cui fuerit assigna-

gnatum, & idem probatur in l. prędijs. §. balnea. ff. de leg. 3. ubi balneę, quę sũt pars domus, iudicantur esse eius, ex cuius aditu domus ad eius vsum habuit, & sic attē-
60 ditur libera † dispositio contrahentis, & disponentis, quæ facit cessare dispositionem legis. l. fi. C. de pact. conuent. maximè ex prouisione legis, & contrahentium, ꝑ tradita per Fan. de pigno. & Hippo. in 2. par. in 3 memb. nu. 13. post Bald. quē ibi allegat, & tetigi supra decis. 16. num. 37. nam per venditionem partis certæ fit se-
61 paratio ab aliis partibus, & per † diuisionem factam per solaria, & mansiones, vna pars separaretur ab alia, & pro diuiso habetur, & quælibet pars facta est una domus, ut supra dixi, nu. 54. & clarè habetur in l. si duas ædes. §. si quis partem. ff. commu. prædi. & faciunt adducta per Franc. Vegi. d. cons. 2. nu. 24. & dũ tex. de domo, loquens, videtur requirere parietē in medio ædificatã, vt diuisa dicatur, tamen idē dicendum est, posito aliquo in medio, qđ loco parietis habeatur, & eundem effectũ operetur, vt ibi uidetur sentire Pau. Cast. & pro ut apparet, quando domus diuidi-
62 tur per solaria, quæ † diuisio admittitur ab omnibus, vt supra dictum est; nam tunc solarium loco parietis habetur, & diuidit vnam mansionem ab alia, & tale solarium cùm sit proprium, videtur etiam loco soli haberi, quantum ad superficiem super eo positam, vsque ad aliud solarium ei superius positum, sicut se habet solum ad superficiem supra eo positam, & connexum, quando nõ refert, quod ex equipollentibus fiat l. Gallus § & quod si tantũ, de lib. & posthu. cum simili, & in proposito loquitur Capici. decis. 117. in causa, car. 116. Cepol. de serui. vrba. prædi. c. 41. de stillicidio, col. 4. uers. quęro sexto, ubi etiam habetur, an possit superædificare sine consensu domini partis inferioris, & an tenetur cooperire tectum suis expensis, & cogi ad cooperiendum a domino solarij inferioris. Nec refragatur lex 2. C. de rei vendic. & similes, quia loquuntur in re, seu parte superiori, quod sit superficiaria, & non propria, & sic ubi solarium esset superficiarium, & non proprium, ut patet ex supradictis. Nam uendens rem, seu aliquã eius partē, quę sit eius propria, liberè vendere dicitur, & omne ius, & dominiũ transfert in emptorē, prout erat penes ip-
63 sum, adeò ꝙ † emptor succedit in omnibus loco uenditoris, ut dixi supra, nu. 51. & non dicitur tertius, * ut tradit Crau. de antiq. tempo. car. 25. sub num. 23. & 24. & non debet esse melioris conditionis, quàm auctor suus l. non debeo. ff. de reg. iur. qđ esset, si agnatus nõ posset retrahere. Quia certum est ꝙ si Iacoponus non uendidisset talē partem superiorem Zanetino, & sic esset adhuc ipsius Iacoponi, ꝙ Iacobus agnatus ad hanc partem, de qua agitur, admittetur, & nullus negaret, quia uēditor
64 ipse non † admittitur ad retractum, vt ꝑ Tiraq. in tract. de retract. §. 1. glo. nona, sub nu. 30. 37. & seq. Ripa l. cùm bona, nu. 20. ff. de priuileg. credi. Ange. de Gambilio. cons. 127. car. 483. & Ioseph. Cumi. in Ritib. Curiæ Siciliæ, c. 106. nu. 30. car. 468. dixi in Repertorio decisionum, in uerbo, ius congrui, nu 6. car. 1040. nec eius successor ex persona uenditoris, & eius iure, & non emptoris, adnotata per Tiraq. de retract. §. 1. glo. 9. & nu. 45. & seq. unde eodē modo non debet admitti stante in ea Zanetino eius successore, ne Zanetinus sit melioris conditionis, quam Iacoponus uenditor, contra dictam legem, non dēt, cum simil. attento maxi. quòd Iacoponus uendidit partem superiorem in fraudem agnati, & postea partem inferiorē. adnotata per Anchara. cons. 160. præsuppono, ubi uendens partem non cõfinantem tertio, & postea residuum, & sic aliam confinantem, confinans primus potest recuperare, ut uenditionem factam in fraudem statuti, & confinantis. Vnde ēt, cùm in casu nostro dictam partem superiorem habuerit, & habeat a Iacopono uero domino, qui nullum ius sibi retinuit, sed liberè iure proprio eam uendidit, non dicitur superficiarius, sed uerus dominus dictæ partis, & nõ agitur de auocanda tali parte superiori, sed de retrahenda parte inferiori, modo uendita. Et ideo ad ipsam partem inferiorem modo uenditã per Iacoponum, debet admitti agnatus, & non Zanetinus, qª ipse Zanetinus nullum ius habuit, nec habet in tali parte inferiori, nisi quòd est ei confinãs, & particeps pro diuiso, & ei agnatus a statuto præferatur. Et ꝙ de tali parte statutum intellexerit patet, quia appel-
65 latione rei in statuto † uenit etiam pars. l. ait pretor. ubi Alex. & Ias. ff. de iur. iuran. & statutum dixit (uel aliquam partem) ut

ut nihil intelligeretur exceptum, prout significat uerbum ( aliquam ) ut dixi supra num. 1.& tradit Rui.consil.116.nu.3. in 2. uolu.& eo magis, cùm hoc dixerit in toto & in parte, & sic geminatè per notata in l.balista.ff.ad Treb. Et ex prædictis etiam patet, non obstare doctrinam Bar. in l.1.§. qui superficiem. ff.de superfic. dum dicit,
66 quòd si † refirmatur domus in emphiteosim, & dicatur hoc modo, refirmamus tibi in emphiteosim talem domum, uidelicet solùm iure emphiteotico, superficiem iure ꝓprio, quod nihilominus tota domus est emphiteotica, quia non potest alterius esse ædificium, quàm eius, cuius est solùm, per tex.in l.obligationum fere.§.placet.ff. de act.& oblig.Fran.Vegi. d.cons.2.n.36. car.95. quia illud procedit de rigore iuris, & secus est de æquitate, ut ibi dicit glo.& contra Bar. tenet Bal.in pluribus locis, ut eum refert, & sequitur Ias.in l.1.sub num. 46.& 47.C.de iure emphiteo. & habetur per Afflict. in c.1.§.si quis, de manso.sub num.98.de controuer.inuestit. ex quo eũ non impugnat, & ubi non est aliter ex cõuentione dispositum, ita est tenendum ꝑ superiora, & ita etiam tenet, & declarat Bal.in consi.134.in 5.uol.& quia Bart. loquitur in refirmante domum iam effectã ab initio suæ ædificationis emphiteoticam, quod non possit diuerso iure concedi, & nos sumus in concedente domum in totum propriam eodem iure. Nam pri-
67 mo, † quando res conceditur diuerso iure inducitur imperfectio, quando uerò cõceditur eodem iure inducitur perfectio, & isto casu non loquitur Bart. nec militat ratio imperfecti, seu consolidandi imperfecta, ad quæ admittuntur dominus directus, uel dominus utilis, sed militat ratio perfecti, hoc est plenæ proprietatis, seu pleni dominij, ad quod, & quamlibet eius partem admittitur agnatus, & omnibus alijs præfertur, ut dictum est, & Bar. loquitur in ecclesia, cuius conditio non potest fieri deterior, & in pacto, quod erat cõtra
68 † substantiam, & naturam contractus, ꝙ non ualet.l.cùm præcario. ff. de præca. & habetur per Bar.in l.ubi donatur.ff.de dona.cau.mor.& per Ant.de Fan.in tract.de pig.& hip.in 4.par.nu.46.& seq.& non in uero domino concedente pleno iure secũdum naturam contractus. Nec dicit Bart. quod postquam ex mixtura superficiei, & sola facta est domus, iuxta eorum mixturam, non possit vna pars accidentalis uno iure concedi, & alia, alio iure, sed loquitur in superficie singulariter considerata, ut pars integralis unita solo, ut infra dicã, & ita tradit Bal. in d.cons.134. in 2.uolu. ubi declarat text. in d.l.obligationum ferè.§.placet, non peredere, ubi conuentione partium, & a parte aliter sit dispositũ, & actum. Et quia ex supra deductis patet non esse uerum, quod quando diuiditur domus per solaria habens partem inferiorem, habeat dominium directum in parte
69 superiori, † uidetur posse dici isto casu non procedere consultationem Cornei, Bal.& Soc. de qua in consilijs Socini, 37. 38.& 39. quantum ad eorum præsuppositum de dominio directo in parte superiori, cùm tali casu illud cesset, & etiam patet, quia ex quo omnes fratres erãt domini totius domus pro indiuiso habebãt
70 † dominium directum, & utile in ea, & in quolibet palmo, & parte eius.l.nam, & si fur.ff.si cer.peta.& l.cùm pater.in 1.respon.ff. de leg.1. adeò quòd obligatio facta ab aliquo fratre de eius parte, quamlibet partem afficit, per tradita per Bar.in l. si consensit.§.fi.ff.quib.mod. pig. uel hip. sol.per Bal.& Sal.in l unica.C.si commu. res.pigno.data sit.& per Bar. in l. qui Romæ.§.duo fratres.in 9.q.ff.de uerb.oblig. cũ simi.ut per Ant.de Fan.in tract.de pig. & hip.in 2.par.in 3 memb.nu.36.& 37.& per Moder.Parisi.§.i.gl.9.sub nu.44.& Be-
71 ro.in q.116.& per † diuisionem postea factam per eos sibi ad inuicem transferunt, & quilibet transfert in alium omne ius suum directi, & utilis dominij, quia una pars uicissim in locum portionis alterius succedit.l.deducta.§.minus.ff.ad Treb.l.si rem & pretium.ff de peti.hæred.& tradit in proposito Bero.in d.q.116. Nam diuisio habet uim permutationis. l. cùm pater.§.hæreditatem. ff. de legat.1. & etiam
72 † habet uim emptionis, & uenditionis.l. 1.& l.fratres.C.commu.utriusque iudi. & causat effectus, quos permutatio, & emptio, & uenditio, ut per Corne.in consilio 105.lit.B.& in cons.138. lit.R. & in consil. 278.lit.M.in 4.par.Ioan.Crot.in l.qui Romæ.§ duo fratres.ff.de uerb.oblig.& Deci.consi.41. col.fi. sed illa consultatio procedit, quando habens partem superiorem est superficiarius, & non uerus dominus,

Q 2 prout

prout ipsi loquuntur, si rectè considerentur, & ita etiam procedunt dicta Capi. in d.decis. 117. Aliud enim considerant partem superiorem & cenaculum, ut superficiem partem accessoriam soli, & aliud cõsiderant tam ut partem domus, ut patet ex prædictis, & per tradita in d.l.eum qui ædes, per gl. in uerbo, mutare, ff.de usuca. Et quòd quando diuiditur domus per solaria, uel uenditur pars superioris solarij, dictum solarium habeatur loco soli fa-
73 cit, quia † solarium, quasi solum dici uidetur, quasi sit positum loco soli, eius .n. uice fungitur, & eundem effectum, quod solum operatur, sicut aliàs solarium dicitur uectigal a solo, quòd pro solo pendatur, ut l.2.§.si quis nemine, & ibi glo.ff.ne quid in loco pub. & tale solarium etiã habetur pro tecto partis inferioris, quia eã tegit, & latini solaria appellant plana tecta. ita declarat Calepin. in suo uocab. in uerbo, solarium. unde ideo videtur, quòd quælibet mansio, & pars domus, quæ sit pro diuiso, dicatur una domus, ut supra dixi num. . . . quia uidetur constare ex solo pariete, & tecto, cùm solarium operetur tres istos effectus; nam habetur loco soli respectu partis ei superioris, usque ad aliud solarium, habetur etiam loco parietis, quia intermediat ipsam partem superiorem in parte inferiori, & habetur loco tecti, quia tegit eam partem inferiorem, & istæ dicuntur domus, & partes domus propriè. & non superficiariè, & leges dicunt, esse illius talis, quòd intelligitur iure proprio, & non iure superficiei, uel seruitutis, ut declarat Deci. in d.consil.41.& per ea, quæ supra dixi, nu. . . . & loquuntur in habente, quod etiam iure proprij dominij verificatur. l.habere.ff.de verb.signif. cum simi.

Et in summa domus habet plures par-
quia tũc iudex grauat partẽ, & à tali graua
mine põt appellari, Bal. cõ. 337. & cõs. seq. u. 5

Et competit hoc remedium cuilibet so-
cio & fratri communi habenti, & possiden
115 ti rem communem pro † indiuiso, & non
pro sua rata, sed pro re tota insolidum, ut
per Petr. Beniutend. Rota Bonon. decisio.
33. dubitandum fuit, numero 2. in fi. car. 46.
ubi dicit ita Iudicatum * Soci in l. si quis cũ
totum. ff de exceptio. rei iudica. Abbas con
silio 33 num. 7. in fin. & num. 8. uolu. 2 ubi
dicit, quod mortuo consocio tota possessio
ad alium est deuoluta, & idem dicit Lancel.
de Attenta. in 2. part. cap. 4. limita. 1. nume
ro 63. & 64. cart. 121. & ex hoc apparet ma-
lè sentire Alexand. consilio 86. ponderatis,
numero 6. in fi. vol. 6. & Curt. Sen. cons. 22.
numero 3. & 4. car. 6. colum 3. uers. cùm er-
go non deuenerit, quod est notandum, &
digito ligandum Ex quibus de mense De
cembris 1584. Iudicaui * ad fauorem R.
* Fratrum Cruciferorum, condẽnando Scho
lares, ad relaxandum, & restituendum ec-
clesiam Sanctæ Mariæ mille Virtutum so-
lutis melioramentis, si quæ facta reperien-
tur, confirmando primam sententiam, quia
apparebat de titulo, & possessione antiqs-
sima, & de dominio, ac de possessione ho-

V 4 spi-

ſpitalis uniti, & connexi d. eccleſiæ Sanctæ Mariæ, & etiam dicto menſe Iudicaui * ad fauorē D. Achillis de Aduogadris Nouariēſis, contra R. D. Bouum Canonicū, circa Aquas uiuas naſcentes in loco D. Achillis, in quibus prædictus R. Canonicus prætendebat eſſe in poſſeſſione, uel quaſi irrigandi à parte inferiori ſua prata, & dixi D. Achillē Nouarienſem præferendum, & manutenēdū eſſe in poſſeſſione præſentanea dictarū Aquarum. Primo, quia ambo probarunt poſſeſſionem de præſenti. Secundo, quia D. Achilles apparebat Dominus dictarum Aquarū, quia in ſuo naſcebātur. Tertia, quia apparebat de inueſtitura, & locatione dictarum Aquarum factarum per D. Achillem, de anno 1574. pro annis duodecim anteceſſoribus Canonici dicti R. Boui, & de uitioſa & non pacifica poſſeſſione R. Boui. Quarto, quia melius probauit ſuā intentionē tam in p̄ſentaneo poſſeſſorio, quam petitorio, & per uiginti teſtes, & ſic per plures idoneiores. Quinto, quia iudicium ſūmariiſſimum fuit conuerſum in ordinariū, tam reſpectu requiſitionis, & replicationis, quàm capitulorum, interrogatorū, & actorum factorum, & præcepti reducti ad uiam iuris, & probatione ſententiæ latæ ſolemniter per uerba condemno, & declaro, ex quibus cauſis D. Achilles ueniebat præferēdus, & R. D. Bouus excludendus, cum nullā antiquam poſſeſſionem, nec titulum allegauerit, nec probauerit, per ea quæ dixi ſupra à num. 99. uſque ad finem. Nam in iſto poſſeſſorio ſummariiſſimo non ſufficit pro-
216 bare ſe habere † Rugiam, cauum, ſerioiā, et bucchellū pro Aquis ducendis, & irrigandis pratis, ſi non probatur etiam curſus Aquarum per dicta loca, & cauamenta, licèt ſint præparatoria ad præparatum: ita in p̄poſito dicit Dec. in conſ. 103. col. 2. in princi. Octauia. Veſtr. in practica ſua, tit. ut lite pendente, de attentatis, lib. 8. col. 8. Innoc. in cap dilecti, de Maiori. & obedien. & Natta. conſi. 606. numero 10. uolumine 3. & ita eſt intelligendus Gherard. Mazzol. d. conſilio 91. nu. 10. & 11. car. 216. & nume. 30. & Ripa. Reſponſo. 21. nu. 7. libro 2. de interdict. car. 75.

Quibus omnibus ſupradictis apparet, quando non eſt ſeruata forma iudicii extraordinarii, & ſic. poſſeſſorii ſummariiſſimi ſuper facto tm̄, aut inordinatus eſt fact⁹ p̄ceſſus cumulando ēt plenarium poſſeſſoriū, & petitoriū, qđ iudices ſeculares vllo
217 mō nō poſſunt ſe † intromittere, & cognoſcere ſub pęna excōmunicationis, & Bullæ in cęna Domini, qn̄ cā poſſeſſoria uertitur inter Laicū, & clericū per ea q̄ dixi ſupra decisio. 45. nu. 75. cart. 710. in 1. par. ubi quàm plures allegaui tenentes poſſe iudices ſeculares ſe intromittere, quando eſt contentio ſolùm de poſſeſſione nuda, & facti, ut ſequtur etiam Bero. conſ. 56. nu. 13. uolu. 3. Afflict. deciſio. 24. num. 9. Grama. deciſio. 78. Caſtane. conſ. 45. num. 13. Octauia. Pedemō. deciſio. 116. car. 467. Natta. conſil. 411. uolum. 3. cart. 336. Crauet. conſil. 633. num. 3. cart. 148. volumine 4. conſilio 783. numero 8. volum 5. Guliel. Benedi. in c. Raynutius, in uerbo, nomine adeleſiam, num. 38. de teſtam. car. licèt contrarium (ultra per me allegatos in d. deciſ. 45. ſub d. nu. 75.) tenuerit Hier. de Mōte, q. 20. nu. 19. & ſeq. & Gigas in conſilio 19. nnmero. 10. & ſequen. cart. 19. & Rota Putei, deciſio. 361. lib. 1. car. 134. & Vergi. Boccati. in tract. de interdict. uti poſſidetis, numero 3. & 4. cart. 175. ubi oſtēdit hodie hanc eſſe ueram opinionem, & ſequendam, & ſupradicta tolli per Sacrum Conciliū Tridentinum, uide ibi. Tamen licèt iudex ſecularis de facto ſuper poſſeſſorio facti poſſet ſe intromittere. Primo non procederet, nec poſſet ſe intromittere, quādo directè per indirectum iudicium tangeret plenarium poſſeſſorium, uel petitoriū, vt dixi in d. deciſio. 45. nu. 76. in prima part. ſentit Octauia. Pedemonta. deciſio. 116. nume. 3. & 9. car. 468. Soc. in c. quoniam frequēter §. quod ſi ſuper, nu. 17. col. 2. ut lite conteſta. car. 280. Ameda. à Ponte in tracta. de Laudemio, tit. quis ſit iudex in cauſa feudi. cart. 68. Secundo non procederet, quando non eſſet ſeruata forma puta iudicii ſūmariiſſimi extraordinarii, & inordinatè eſſet proceſſum, quia eſſet mixtum poſſeſſorium plenarium, aut petitorium, & proſequutum in hac mixtura iudicium per ea quæ dixi nume. 106. 107. 108. & 1141. & per Pariſ. conſi. 126. num. 13. & 14. volu. 4. quia quomodo tāgeretur, tunc p̄prietas eccleſiaſtica, aut prophana clericorum, & tunc non poſſet ſe intromittere per ſupra proximè allegata, & per Rota Putei deciſio. 361. num. 3. & 4. lib. 1. cart. 135. Tertio non procederet, quando Laicus, uel clericus emphiteota, uel Directus Dominus prætenderet habere utile, uel directum Dominium, in

re,

re, uel aliquod ius, super qua contenditur per uiam spolii, vel summariissimi possesso rii quia tunc nullo modo potest iudex Laicus se intromittere, exemplum est, quando aliquis secularis ageret contra alium secularem, vel clericum, interdicto retinendæ, & vti possidetis, & sic possessorio summariissimo, & alter eorũ vti cõductor, vel emphiteota clerici, vel ecclesiæ nominaret in Dominum clericum, vel ecclesiam, qui nominatus compareret, & opponeret declinatoriam, vti Dominus vtilis, vel directi Dominii, & obtineret à iudice ecclesiastico inhibitionem, & iudex secularis, uel Laicus negaret nominatũ esse Dominũ, & rẽ nõ esse emphiteoticã, sed suã propriam, & instaret pro reuocatione inhibitionis, & causã relaxari ad iudicẽ secularem, cùm sit merè possessoria, quia isto casu nõ debet reuocari inhibitio ullo modo à iudice ecclesiastico, sed firmiter perseuerare in sua iurisdictione, & procedere ad pœnas comminatorias, qa luce clarius apparet agi de plenario, et petitorio, et sic de dominio utile, et directo respectu emphiteotæ, & directi Dominii, posteaquam alter negat bona esse emphiteotica, et ecclesiastica, sed sua, et fuisse in possessione, et in illa turbatũ esse, nã si obtineret in remedio retinẽdę uti possidetis Laicus, Clericus et ecclesia agẽdo cõtra Laicũ grauaret̃ probationibus sup plenario possessorio, et petitorio, et ꝑ indirectũ priuaretur suo dominio, et re sua patrimoniali, uel ecclesiastica, ac possessione, qđ ullo modo est concedendum, per ea quæ dixi in d. decisio. 45. numero 74. in prima part. cart. 708. Rota Putei d. decisio. 361. li. 1. cart. 135 & ita sentit Bar. in l. 2. num. 6. & ibi Paul. de Castr. & Docto. C. vbi in rem actio. pulchrè Socin. in c. quoniam frequenter, quæstio. 4. sub num. 17. col. 2. vt lite nõ contesta. car. 280. & ideo, si bona petita per illos de Burgo Franco contra illos de Bassignana remedio summariissimo uti possidetis, & officio iudicis fuissent posita ĩ Territorio Bassignanæ, (pro vt non erant ex uisitatione, descriptione, & designatione loci, quibus est standum, donec de contrario non appareat. Paris. consilio 104. nu. 28. volum. primo, & Bertazzol. consilio 1. numero 57. consi. 41. nume. 20. lib. 1. in ciuilib. facit Plo. consi. 13. colum. 1.) Ego de anno 1583. vti iudex ecclesiasticus, & Vicarius Generalis Episcopatus Papiæ ullo mõ reuocassem inhibitionẽ ad instantiã illorũ de Burgo Frãco, posteaq̃ illi de Bassignana erant emphiteotę Episcopatus Papię, & illi de Burgo Franco hoc negabant, & dicebant bona esse eorum propria.

118 Et pendente hoc iudicio † summarijssimo, retinẽdę, & officio iudicis, nõ põt ꝓcedi ꝑ uiã attentatorũ, quia unus dependet ab alio, nã si remediũ attentatorũ non habet locũ, nisi lite contestata aliqđ sit innouatũ, ergo ꝓsupponit alterũ non esse in possessione tpe moti iudicij, & litis contestatæ, ꝙ totum contrariũ dicit, q defendendo se dicit nihil innouasse, sed suã cõtinuasse possessionẽ, & ideo de hoc prius esset cognoscẽdũ, ita dicit Capici. deci 72. in causa * Bernardini. ubi ita fuit Iudicatũ* & sentit Rota Putei, decisi. 223. cart. 89. lib. 1. ubi nõ
119 dicitur † facere cõtra inhibitionẽ, q suã continuat possessionẽ, nec põt excõmunicari, quia nõ turbat, nec spernit, sequitur Lancelot. in tracta. Attenta. in 2. part. c. 4. in prima limita. nu. 2. & seq. cart. 115. & Paul. de Castr. in consi. 395. ante numerũ primũ, col. 1. uers. cõstat aũt, lib. 2. cart. 182. sed bene dicitur turbari, & molestari ab illo, qui petit attẽtata reuocari, præceptũ, inhibitionem, & excommunicationem fieri, etiã si ignoraret à principio, quo ipse cæpit possidere alterũ possedisse, Roderic. Soarez. titu. de las henrentias, in primo notabi. nu. 5. car. 888. faciunt, quæ dixi supra, nu. 101. & in decisio. 16. nu. 12. & 13. in 1. part. Bald. consil. 447. in puncto, uol. 3. & cons. 58. uol. 5. & ideo dixi anno 1583. non potuisse fieri ꝓceptũ ad instantiã R. Fratrũ Iesuitarũ Illustrissimæ Marchionissæ Soncini, sub cẽsuris, ne aquas suas aliunde diuerteret, cũ esset in possessione tpe ꝓcepti, & litis motæ, ac antea, ut Iudicaui * quæ sentẽtia in hoc possessorio ob multa disputationes fuit cõfirmata * ꝑ Rotã Romanã, de anno 1584. mensis Nouẽbris, uel Decẽbris, ideo
120 deberent cum grano salis † iudices ecclesiastici inhibitiones, & cẽsuras cõcedere, & non uelo leuato, & contra mẽtẽ Sacri Cõcilij fulminare ob pœnas, quas incurrunt, & ob damnũ, ac præiudiciũ tertij, ut loquitur Lap. Allega. 13. & ibi Mandosi. Geminia. cap. cũ Medicinalis. §. superior. de sentent. excom. lib 6. nu. 2. & seq. Tomas. Fastol. decisio. 4. dubio 14. cart. 635. Fely. consi. 5. col. fin. & Nauarra, in Manual. confessio. cap. 27. nu. 4. & 8. cart. 685. cum alijs.

D E

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO XXIIII.

## ARGVMENTVM.

Contractus uenditionis cum pacto de retrouendendo, modicitate pretij, retentione bonorum ad eius æstimum, solutione oneris, & cum pacto lucrandi omnes fructus ultimi anni præsumitur simulatus, & usurarius, & fructus compensatur cũ uera sorte.

Tempus in pacto de retrouendendo nunquam currit, quando contractus est simulatus, & pignoris, licet cantet in uenditionem.

Contractus in totum non annullatur, quando est suspectus de usuraria prauitate, sed solùm pacta illicita habentur pro non scriptis, & de medio tolluntur, & licita firma remanent.

## *SVMMARIVM.*

1 *FAMA producit coniecturam simulationis contractus.*

*Testis unicus de auditu a parte iunctis alijs coniecturis probat instrumentum esse pignoris, & faneratitium, num. 1.*

2 *Contractus præsumitur faneratitius, quando habet originem à mutuo, nume. 1.*

3 *Contractus præsumitur faneratitius, & pignoratitius propter pactum de retrouendendo, cum pacto de lucrando fructus ultimi anni, & nu. 9.*

*Idem quando pactum de retrouendendo est negatiuum, ut ibi.*

*Idem propter læsionem in pretio, nu. 5. & 15.*

4 *Valor bonorum probatur etiam per instrumenta uenditionum aliorum bonorum conuicinorum trasumptiuè, quando sunt eiusdem bonitatis, & qualitatis, aliàs secus.*

*Instrumenta conditionum probant valorem bonorum conuiciniorum, quando sunt eiusdem, qualitatis, et bonitatis, aliàs secus, n. 4*

*Testis partis aduersæ deponens per uerbum uidetur, vel credit, aut de auditu ad fauorẽ alterius partis plenè probat contra producentem, nu. 5.*

*Testes cõtractus, & affines, aut coloni, uel massarij utriusque partis magis probant, & nobiliores, aut maiores, nu. 5.*

6 *Pactum de retrouendendo non est pars pretij in materia pignoris, & usurarum, quando agitur solum ad rei restitutionem.*

7 *Contractus præsumitur simulatus, & faneratitius, quando bona uendita remanent ad catastrum, & æstimum uenditoris, et quando uenditor ipse soluit collectas.*

8 *Solutio onerum, & collectarum vel non, per aliquem probatur per librum argentarij, cõmunitatis & æstimi.*

*Bona fuisse, & esse posita ad æstimum alicuius probatur per productionem libri, & æstimi, num 8.*

*Liber æstimi, & archiuij probat bona esse, vel non ad partitam alicuius, & collectam fuisse, vel non solutam, nu. 9.*

9 *Fructus restituuntur solum pro rata temporis, quando bona reuẽduntur, aut restituuntur ex pacto licito.*

*Emens cum pacto de retrouendendo lucratur fructus ultimi anni pro rata temporis, & nõ in totum, nu. 9.*

*Pacta licita, & permissa sui natura de per se (suspecta tamen) in materia usurarum de licitis fiunt illicita, & non augent præsumptionem fanoris.*

17 *Regula, quòd abundare cautelis non nocet, non procedit in materia pignoris, & usurarum, immo auget præsumptionem.*

18 *Dominium non transfertur in contractu pignoratitio, & simulato, nec tempus retrouẽdendi currit.*

*Tempus in pacto de retrouendendo nunquam currit, quando contractus est pignoratitius uel simulatus, nu. 18.*

*Fructus in contractus pignoris, & simulato restituuntur, & compensatur cum capitale, num. 18.*

19 *Contractus præsumitur pignoratitius, & faneratitius, quando per prius uenditor dedisset in pignus bona, & postea pro eodem pretio alteri uendidisset, nu. 2.*

*Idem quando ratio naturalis, & non uerisimilitudo [illegible] cõtrahit, & [illegible] nu. 19.*

Idem

*Idem quando bona essent ad catastrum, & æstimum venditoris, aut ipse uenditor solueret collectas, nu 7.*

*Idem quando pactum de retrouendendo esset negatiuum, & læsio magna in pretio, nume. 3. & 5.*

*Idem quando emptor vellet lucrari omnes fructus vltimi anni, quando bona fuissent suorum maiorum, quando esset renunciatum omnibus exceptionibus iuris, & beneficio legis, & statuti, nu. 9. 10. 11.*

*Idem quando omnia ferè pacta tenderent ad utilitatem emptoris, aut essent contra naturã contractus, uel naturalis ratio repugnaret, nu 12. 19.*

*Idem quando emptor tempore brinæ, aut sterilitatis vellet interesse, et non fructus, & quãdo bona remanerent penes massarios uenditoris, & quando emptor vellet moueri per duos menses ante, et pretium non esset iustũ, nu. 13. 14 & 15.*

20 *Ratio naturalis habetur ꝑ lege, & nil aliud quæritur, & superat omne iudicium humanum.*

21 *Contractus, in quo plura reperiuntur pacta, & qualitates illicitæ, & suspectæ redditur simulatus, & nullus solum in parte suspecta, in alijs verò ualet, & dicitur licitus, & meretur executionem, & nu. 24. fallit, quãdo pactum, & conditio esset causa potissima contractus, ut ibi.*

*Contractus fœneratitius ualet saltim respectu capitalis, & in illo potest exequi. num. 21. & 24.*

*Pactum, & conditio quando est causa contractus non est locus pœnitentiæ, nu. 21.*

22 *Vtile per inutile non uitiatur in materia vsurarum, & in diuiduis.*

*Promittens soluere uxori mortuo marito quinque pro alimentis, donec dos restituatur, si est pauper, & non habeat aliunde vnde viuere possit, tenetur soluere, & ual.t promissio, & statutum, nume 22 & 23.*

*Statutum, quod soluto matrimonio vxor pauper, & egena lucretur quinque, aut sex pro centenario pro alimentis donec dos restituatur, valet, secus si non esset pauper num. 22.*

23 *Statutum, & pactum, quod maritus habeat quinque, uel sex pro alimentis, donec dos sibi soluatur, valet propter onera matrimonij, idem in uenditore, pretio non soluto.*

24 *Contractus aliquando ex duobus tantum coniecturis præsumitur simulatus, & fœneratitius, & aliquando requiruntur tres coniecturæ, & quando.*

*Vxor vidua, quando non habet aliunde unde uiuere potest, pacisci potest de consequendo quinque pro centenario pro alimentis donec dos sibi restituatur, nu. 22.*

*Liquidum per illiquidum non retardatur, etiã in materia usurarum, præstito fideiussore de soluendo, facta liquidatione, nu. 24.*

25 *Iudex ecclesiasticus, & non secularis debet cognoscere de contractu usurario, nisi statutum imponere pœnam vsurarijs, aut ageretur ad declarationem pignoris solùm, vel notorium, aut manifestum esset contractũ esse vsurarium, uel iuramentum nullum, nu. 26. & 27.*

## DECISIO. LXIX.

CONTRACTVS initus inter magnificum D. Briuium, & D. Ioan Mariam della Molla Papienses, uidetur esse pignoris, & non uenditionis, licèt cantet in uẽditionem, & ideo nullum tempus cucurrisse ad reemendum, & consequenter D. Ioan. Mariam della Molla, & illos de Canibus teneri ad retrouendendum dictas ꝑticas uigintiquinque pignoratas uirtute depositi facti unà cum fructibus perceptis à die contractus ex pluribus.

Et primo, quia per testes duos magnifi-
1 ci Briuij apparet fuisse † famam in dicto loco magnifici D. Briuium pignorasse dictas terras dicto D. Molle, & unus ex illis testibus dicit audiuisse dici etiam à d. Domino Molla, qui licèt sit singularis, tamen facit semiplenam probationem, & maximè in foro ecclesiastico, Rota Peru. decisio. 9. nume. 4. & 9. in 1. part. ubi etiam unicus testis ꝑbat de iure canonico, iunctis alijs cõiecturis. Paul. de Castr. consil. 169 nume. 4. uolum. 2. Mascar. de probatio. conclusio. 448. nume. 4. & 5. uolum. 1. car. 344. pulchrè Alexand. consi. 46. nume. 6. uersicu. concurrit et
2 uolum. 3. ubi in proposito & quando † instrumentum habet originem à mutuo, & pignore, tunc instrumentum dicitur pignoris, & non uenditionis, licèt cantet in uẽditionem. Bal. in l. multum. C. si quis sibi uel alteri Bologni. in additio. ad Anani. in consil. 58. uisis instrumentis, colum. 1. cart. 42. Bald. in l. 3. C. plus uale. quod agi. tetigi in decisio. 2. nume. 1. in 2. part. Franc. Marc. decisio. 484. nume. 3. & sequen. in prima par. cart. 166. & nume. 24. uide Paul. de Cast. in

l.pacta nouissima nume.6 & 7.C.de pact.

Secundo, quia adest pactum de retrouēdēdo affirmatiuum, & negatiuum, hoc est quòd promittit retrouendere intra quinq; annos, cum hoc quòd ultimus annus non possit retroemere uenditor nisi fructibus omnibus collectis illius anni, quo uoluerit reemere, & sibi datis, quo fit, quòd certitudinaliter uult fructus lucrari ante redemptionem etiam uolūtariam, quod pa-
3 ctum de retrouendendo † inducit præsumptionem pignoris, cap.ad nostram, de emptio.& uendi.& ibi doct.& iuncto cum pacto negatiuo, quod uult lucrari fructus illius anni omnino, & non ad ratam, inducit aliam præsumptionem fœnoris urgentiorem, adeo, quod cum alia sola præsumptione facit contractum fœneratitium.& pignoris, licèt sine illo pacto negatiuo requirerentur tres coniecturæ, quia tale pactū nil aliud uidetur esse, quam quædam usura saluo capitale, ut ad literam dicit Bald. consilio.487.apparet lib.1.Franc.Marc.decisio.484.nume.6.in prima part.Cagnol.in l.2.nume.60.61.C.de pact. inter empto. & uendi.Crauet.consil.156.numero.5.lib.1. Lup.in tracta.de usur. nume.40.& 42.cart. 62.& latè per Hiero.Gabr.consil.74.num. 5.9.& 10.& Corne.consil.23.nume.8.libr. 3.ubi dicit, quòd hoc pactum esset sufficiens ad inducendum contractum fœneratitium, tetigi in decisio.1.nume.8. & nume. 73.& sequen.in 2.part.& Mascard. de probatio.conclusio.447.numero.14.uolum.1. Riminal.Iun.consil.433.colum.1. & nume. 18.19.uol.4.

Tertio, quia adest paruitas pretij secundum testes magnifici D. Briuij in magna quantitate, ultra tertiam partem, & dimidiam, & secundum testes, & instrumenta producta & examinatos per D.Mollam, & de Canibus in tertia parte, quia deponunt de libris 18.& 20.pro pertica, & non sunt de bonitate, & qualitate in specie saltim separata, quia sunt istę tertiæ Briuij, ut requiritur ad hoc, ut instrumenta de pro-
4 ximo confecta † probent præsumptiuè ualorem bonorum conuicinorum, per ea quę dixi in decision.45.nume.48.in prima par. & Lup.in tracta.de usur.nume.118.& 119. cart.83. Mascard.de probatio. conclusio. 650.nume.8.in uerbo, æstimatio.car.50.& per totum, & conclusio. 651.& 656.& 657. uolum.2.ubi numer. 11. idem quod supra dixi declarat, & cum testes isti sint producti à parte, plenè probant contra eam etiā,
5 quod deponerent per uerbum † auditus, & credulitatis, Roman.consil.104.& Crau. consi.201.nume.5.& seq.lib.2.& sic probāt de tertia parte pluris ualoris, non obstantibus testibus magnifici D.Briuij, qui deponunt de medietate ualoris, & ultra, & sic ultra dimidium iusti pretij, qui melius probant, & sunt idoneiores testibus partis diuersæ cum sint etiam massarij illorum de Canibus, sicut probant affines, & instrumētarij utriusq; partis propter parem affectionem.Bart.in l.qui testamento.§. quicunq; in fi ff.de testam.Crot.in tracta.de testibus nume.75.uersi.primo fallit, & ibi additio. cart.592.& Egid.Bossi.de testib.numer.20. cart.764.diuersorum auctorum, & sunt ēt plures numero, adnotata per Ruin. consil. 28.nu.5.vol.4.Rota Bononi.decisio. 73.orta, numer.8.& Roland.consil.29.& 30.uol. 3.tetigi in decisio.46.num.299.337.& 339. in prima part. & decisio prima numer. 36. in 2 part.& deponunt etiam, quod excessiuos fructus producebant, & quod communiter darentur ad affictum pro solidis quadraginta, & ultra, & sic quod ualebāt libras quadraginta pro qualibet pertica, Ari.Pinel.in l.2.cap.4.part.3.nu.28.& 29.C.de rescind.vend.caret.195.RiminSen.consilio. 229.nu.10.lib.4.tetigi in decisio.1.nu.21.in 2.part.& in materia vsurarum sufficit probare modicitatem pretij in tertia, quarta, & sexta parte, iunctis alijs coniecturis. Affl.ct.decisio.40.sub num.19.Bero.consi.165. nume.25.lib.1.ubi dicit communem, & Socin.Iun.consi.48.nume.22.uolum.1 & consil.104.nu.5.& 6.lib.3.& dixi in decisio.pri-
6 ma, nume.65.& 66. in 2.par. nec † pactum de retrouendendo est pars pretii in casu isto fœnoris, quando agitur ad rei restitutionem, & non ad infamiam, & pœnā corporalē fauore animæ stantibus alijs coniecturis Ari.Pinel.d.l.2.part.3.capit.4.num. 19.car.19.. Lup.de usur commen.2. §.5.nu. 123.cart.84.& Hiero.Gabri.consi.74.num. 21.cart.87.dixi in d.decisi.16.nume.8. in 2. part.facit Bertazzol.consil. 229.nume.19. & 20.car.304.in Criminali.

Quarto, quia dicta bona non fuerunt posita ad æstimū, & Catastrū illorum de Molla, & de Canibus, nec soluerūt onera,
7 & grauedines, sed † remāserūt ad Catastrū d.Briuij, & soluit mēsuale, & collectas

quo

quo fit, ꝙ præsumitur pignus, & non uenditio, & est coniectura uiolenta, quia de iure cõmuni, ille, q possidet, & emit soluere debet onera, & collectas, & non uenditor, nec ualeret pactum in contrarium per ea, quæ dixi in tracta. de usufruct. nu. 162. cart. 623. Paris. consi. 55. nume. 54. & 56. uolum. 1. Roland. consi. 40. nume. 33. & seq. uolum. 2. Iacob Beretta consil. 10. nu. 10. car. 30. & dixi in decisio. 2. nume. 8. & 9. in hac 2. par. cart. 48. & hoc potest probari per fidem officialium tenentium cattastrum, & exigentiũ, ac describentium † huiusmodi onera. Bertazzol. consi. 42. nu. 36 & consil. 99. nu. 26. & 27. in ciuilib. cart 306. Mascard. tracta. de probatio. conclusio. 316. collecta nume. 4. & sequen. cart. 238. uol. 1. ubi liber cattastri, & communitatis probat positionem, & non positionem bonorum ad aestimum, & solutionem, & non; onerum, & quorũ nomine soluatur.

8

Quinto, quia iste emptor Molla, & d Canibus uoluit emere dicta bona seminata, & illa restituere sine fructibus illius anni, quo redimerentur, quia fecit pactum expressum, ꝙ uult lucrari in totum † fructus ultimi anni, & nõ ad ratã, ut est de iure Raphael. Cuma. in l. qui Romæ, & ibi Socin. nu. 20. & Ias. nu. 37. ff. de uerb. oblig. Rolãd. consi. 27. uolum. 2. & dixi in decisio. 16. nume. 51. in hac 2. par. & sic uoluit plus recipere, & minus restituere, hoc est bona seminata, & fructus ultimi anni ullo modo restituere ad ratam temporis, quo casu contractus arguitur pignoris, & fæneratitius, quia uult, ut sibi aliquid detur ultra sortẽ, tex. in cap. illo nos, de pignorib. & ibi Ioã. Andr. Franc. Marc. decisio. 484. nu. 6. in prima part. cart. 167. Anchara. consil. 257. col. 2. post medium, Crauet. consil. 156. nu. 12. uol. 1. Lupus, tracta. de usur. comment. 2. §. 1. nume. 43. cart. 63. Mascard. de probatio. conclusio. 447. nu. 36. uol. 1. car. 343. & tetigi in decisio. 1. nu. 74 in hac 2. part.

9

Sexto, quia ista bona fuerunt maiorum dicti D. Briuij, ut per cattastrum probatur, quo fit, quòd propter affectionem præsumitur illa bona pignorasse, † & non in totum alienasse, & uendidisse. Ancha. Regiẽs. quæst. 75. nu. 4. in prima part. dixi in decisi. 2. nu. 7. in hac 2. par. Socin. Iun. consil. 104. nu. 10. & 12. lib. 3.

10

Septimo, quia emptor uoluit, ꝙ uenditor transacto dicto tempore redimendi nõ possit dicere, opponere, & excipere, † qđ fuerit in aliquo læsus, nec ultra dimidiã iusti pretij, & tam ex clausula, si qua mihi &c. & omnibus alijs legũ auxilijs, & fauoribus, quibus omnibus renuntiauit, & renunciat, q̃ renũciatio arguit contractũ pignoris, & fęnoris iunctis alijs coniecturis, ut p Tiraq. de retract. conuẽtio. in præfatio. nu. 16. & 19. Bald consi. 275. præmisso statuto, column. 2. versicu. Nec præmissis obstantibus, uolum. 5. ubi dicit uiolentam esse præsumptionem.

11

Octauo, quia omnia pacta sunt ad utilitatẽ emptoris, & intricata, ac ferè contra naturã contractus, quo casu magna † resultat p̃sumptio fænoris, & pignoris. Anchar. consi. 257 col. fi. Lup. de vsur. nu. 42. car. 63. & nu. 49. cart. 64. Mascar. de probatio. conclusio. 448. nu. 6. uol. 1. car. 344. Franc. Marc. decisi. 484. nume. 3. & seq. in prima part. tetigi in d. decis. 2. nu. 22. car. 53. in hac 2. par.

12

Nono, quia de anno 1578. ꝓpter brinã, & sterilitatem noluit emptor fructus, † sed interesse, & relaxauit uenditori pro illo anno fructus d. bonorum, signum euidentissimũ ꝙ non erat uenditio, quia omne damnum, & commodum ad emptorem spectasset. Rimin. Iun. consil. 433. nu. 5. & 17. uol. 4. Hier. Mago. decisi 25. nume. 19.

13

Decimo, quia ista bona illi de Canibus non curarunt unire cum sua possessione, & dare suo massario ad laborandum, ut fit communiter ab omnibus, sed relaxarunt laboranda massario D. Briuij, qui laborauit totam suam possessionem eo modo, quo prius, & solùm dabat partem dominicam illis de Canibus, quo fit, quod non uenditio, sed pignus fuit, adnotata supra, num. 7.

14

Vndecimo, quia uoluit moneri per tres † menses ante, ut per Rimin. Iun. consil. 433. nume. 10. uolu. 4. cart. 271. ubi inducit pręsumptionem fænoris, & maximè quando pretium non est iustum. Decian. consil. 2. nume. 36. & nu. 136. uol. 1. Conrad. de contracti. lici. & illici. q. 83. conclusio. 8. col. 2. cart. 426.

15

Nec obstat, ꝙ pactum de retrouendendo, renunciatio læsionis, & alia similia de per se non † sunt ꝓhibita à iure, & ꝙ abũdare cautelis nõ nocet, & ꝙ licitũ est se decipere usq; ad dimidiũ iusti pretij, qa respondetur supradicta procedere de per se, non autem, quando cum alijs pactis suspectis, concurrunt, quia tunc in materia usurarũ

16

de

de licitis fiunt illicita, & vsuraria, si sunt vltra duas coniecturas, appostilla ad Dec. in consi.210.nu.4.in fi. in verbo, inequalitas, vbi dicit, ꝙ illæ coniecturæ non inducunt fraudem, sed bene ex pluribus simul iunctis inducitur fraus. Lup. de Sancto Geminia.de vsur. comen.2.§.1. nu.28. & 40. vers.intelligas tamen, car 63. Anto. Burgo. in c.ad nostram, num.4.& 5. de emptio & vendi. Hiero. Gabr.d.cons.74.nu.23.& 24. car.88. & dixi in decis.13. numero 20.25. & 26.in 2.par.car.254 nam in materia vsu
17 rarum regula illa, quod abundare † cautelis non nocet, non procedit, quia magis illaqueat, & nocet. Ancha.cons.257. colu.fi. Dec.in l. quæ dubitationis, nu.4.ff.de reg. iur.& Rim.iun.cons.433.nu.15. vol.4.car. 272.tetigi supra decis.13. nu.21.hac 2.par.

Cùm igitur hic appareant non solùm duæ, & tres p̃sumptiones pignoris, sed sex, & vltra, sequitur, ꝙ nõ fuit translatũ aliquod dominium per venditorem in emptorem, & consequenter nullum tempus cucurrisse, & potuisse, ac posse agere ad rei restitutionem vnà cum fructibus computãdis in sortem perceptis, & consumptis, po
18 steaquam ex pignore non † transfertur dominium, sed cautio, nec currit præscriptio. Bald.in l.1.C.de pigno.actio. Alexan. cons.46.num.6.uol.3. Anchar.d.cons.257. col.2. Decian.cons.10.nu.57.lib.1. Mathe. Vesembe.cons.11.nu.9. & cons.8.nu.39. & seq.uol.1.car.365. Lup.de vsur.comen.2.§. 3.nu.102.car.78.col.2.in fi. Hiero. Mago. Rota Luca. decis.77.num.18. car.233. Bero.cons.169.num.12.uol.1.tetigi in decis.2. num.32.& num.42.vers.& aduerte, & decisio.16.num.25.& num.35.hac 2.par. Petr. Gherard. singula.18. num.2.& quo ad fructus est etiam tex.in c.1.& cáp. conquestus, de vsur.& ibi Doct glo.fi. Imo.& Abba.in c.cum causa, de offi.delega. Sebastia. Medice.tract. de compensa. in prima par. quæstio.9.numero 7.car.21.tetigi in decis. prima, numero 108. & 109. decisione secunda, sub numero trigesimosecundo, vers.immo omnes solutum, decis.13.num. 24.25.& 33.in 2.par.& Rim. iun. consilio 433.nu.21.uol.4. & pulchrè loquitur Abba.in cons.76.tria succinctè, num.2. col.2. vers.nam dico, ꝙ debet, lib.1. vnde omni-
* bus ita perpensis fuit IVDICATVM * Papiæ hoc anno 1585. hoc instrumentum esse pignoratitium, bona esse relaxanda vna cum fructibus perceptis a die contractus, prout etiam alijs in locis pluries fuis-
* se iudicatum * demonstraui supra in decis. 1.& 2.hac 2. par.

Potest etiam oriri, pręsumptio fænoris, quando venditor prius dedisset in pignus bona, & postea pro eodem pretio alteri,
19 † vendidisset, ita dicit Mathe. Bru. Ariminens.in cons.91.nu.8.car.205. Iac. Henricmar.cons.44.nu.3.uol.1.car.174.faciunt q̃
20 dixi supra, num.2. & etiam quando † ratio naturalis, & inuerosimilitudo oppugnaret contractui, & pactis, vt dicit Decia. cons.62.num.72. & seq.vol.3. vbi habetur pro lege, & omne iudicium humanum superat, & quòd quærere legem, ubi se ostendit naturalis ratio, infirmitas est intellectus, vt dicit etiam Angel.cons.274. prope finé, uersicu.& eodem modo respondetur.

Et ad vnum est aduertendum in hac materia pignoris, & fænoris, ad quod pauci animaduertunt, quòd licèt in contractu uenditionis, & dationis insoluti adsit aliquod pactum pignoris, uel fænoris, quòd propter hoc contractus in totum non an-
21 nullatur, neque dicitur † simulatus, sed tantùm tollitur de medio illud pactum reprobatum, & habetur pro non apposito, & circa residuum ualidum, & permissum contractus, & clausulæ, ac alia contenta in contractu firmus, & firma remanent, & merentur executionem, nam tali casu vtile p̃ inutile non vitiatur, cùm sumus in diuiduis, & tot dicantur contractus & rogitus quot pacta, capitula & conditiones. per ea quæ dixi supra in decis.9.num.25. & decis. 35.nu.32.in 1.par.& decis.2.nume.37.hac 2.par. Natta cons.497.num.11. & seq.uol. 3.facit Ferret.cons.40.num.12. cons.178. num.18.uol.1.car.142.tetigi supra in decis. 8.num.9.& 10.hac 2.par.& Iacob. Beretta, cons.112. nisi pacta illicita cum licitis essent causa huiusmodi contractus, quia tali casu non teneretur obseruare licita cõtra se ex eo, quia aliter & alio modo non fecisset huiusmodi contractum, & quando pactum, & condutio est causa impulsiua, & potissima contractus, tunc vno deficiente corruit totus contractus, si alter partium non vult obseruare, quod secus esset si pactum, & conditio non essent causa immediata contractus, quia tunc non esset locus penitentiæ in contractibus nominatis, sed posset quis cogi ad obseruan-

uantiam contractus, ita distinguunt Rui. cons.167. num. 18. uolum. 1. Bursa. consi. 191. uol. 2. Decian. cons. 1. nume. 27. & seq. uol. 3. car. 10. & Vincen. Carroci. in tract. de loca. & condu. in 2. par. tit. de pact. conuentis, car. 34. nume. 3. & tetigi supra decis. 24. numero 104. hac 2. par. Adeo quòd si omnia pacta saperent vsurariam prauitatem saltim, pro vera sorte, & capitale mereretur executionem, uti rogitus super illo factus, licèt alia haberentur pro non appositis, vt dixi supra d. decis. 35. num. 32. & decis. 2. nu. 37. cum aliis, & si pactum appositum esset permissum a iure generaliter, & a partibus excessum vltra ius commune, valeret, & reduceretur ad ius commune, & residuum tolleretur de medio; Hinc est, qd

22 pactum, & † statutum factum, quòd mortuo marito, uel soluto matrimonio soluãtur vxori quinque, vel sex pro centenario pro alimentis, donec dos sibi restituatur, ita simpliciter intellectum, non valet, sed reducitur ad ius cõmune, hoc est casu, quo hæc uxor non habeat aliunde vnde uiuere possit, quia non tenetur uiuere de uento, ita consuluit Paul. de Castr. cons. 53. & ibi Apostil. vol. 3. car. 56. ubi dicit ita ter fuisse IVDICATVM, * & ita etiam latè sequitur Bertazzol. cons. 127. & ibi Apostil. car. 297. in criminalib. ubi ita IVDICATVM * affirmat, Bero. cons. 130. nu. 5. & seq. uol. 3. & faciunt quæ dixi sup. in decis. 13. nu. 51. 52. & 53. in hac 2. par. & in decis. 8. num. 55. & 56. in 3. par, car. 247. similiter videmus, quòd si propter onera matrimonij supportanda, de dote soluenda marito, & pretio non soluto venditori factum est

23 pactum † quòd donec soluatur dos, vel p̃tium rei, soluantur octo, aut decem pro alimentis & fructibus rei, quòd ualet pactũ, & promissio usque ad summam librarum quinque pro cẽtenario librarum, quia ita a iure reperitur taxatum; vltra uerò summam librarum quinque non valet, nec debetur uti reprobatum a iure, & habetur illud excessiuum numerum pro nõ scripto, nisi adsit statutum, vel consuetudo hoc taxans, uel non sit probatum hoc tantũ sua ĩteresse, ut dixi supra in Reper. Decisio num. in uerbo, executio & interesse, cart. 919. in 1. par. Alex. consi. 178. nu. 10. uol. 7. Ioseph Lud commu. concl. q. 38. car. 88. colu. 2 Rota Genuæ, decis. 184. car. 257. Nat. cons. 498. nu. 23. uol. 3. & tetigi supra in d. decis. 13. n. 51. & seq. hac 2. par. pulchrè Io. And. Alferi. cons. 35. car. 121. ubi non procedunt cessantibus oneribus matrimonij etiam intra annum luctus, secus si non cessarent mortuo marito, ut per Cumia. in ritib. Siciliȩ, car. 443. num. 22. si uero in dicto

24 contractu adsint † duæ præsumptiones, s. pactum de retrouẽdendo negatiuum, hoc est, quòd non possit retroemere, vel retrouendere, nisi post tres, aut decem annos, & quòd debeat soluere uenditor onera, uel tenere ea ad suũ æstimũ, & quid simile suspectum, aut adsit læsio ĩ pretio in magna quantitate, ut puta ultra tertiam partem, & pactum de retrouendendo affirmatiuũ ad certum tempus, vel quòd lucretur fructus ultimi anni in totum, & quid simile; nam his duobus casibus duæ tantum præsumptiones sufficiunt, aut alio in casu adsint tres præsumptiones, de quibus dixi in 1. & 2. decisio. hac 2. par. tunc contractus in totum erit illicitus, & simulatus, & nullã meretur executionem, & omnes clausulæ, obligationes, & conuenta erunt nullæ, & nulla, & simulata, & solùm, ut dixi, pro uera sorte, & capitale ualebit contractus, ut simplex confessio de capitale recepto, & uera sorte, uti de his omnibus rogatus, & celebratus, ut dixi d. decis. 35. num. 32. in 1. par. & decis. 8. nume. 9. & 10. hac 2. par. & p̃ supra allegata, etiam quòd debitor opponeret interesse, & usuras solutas debere cõpensari cum uera sorte, iuxta notata sup. num. 18. nisi essent liquidæ, & declaratum contractum usurarium, & appareret de solutione, maximè præstita fideiussione de illis restituendis in casu succumbentiæ per ea, quæ dixi supra in decis. 28. in addi. nu. 5. & 6. & decis. 44. nu. 56. & 67. in 1. par. & in decis. 13. nu. 49. & 50. hac 2. par.

Verùm quia in alia mea Decisione secunda supra sub nu. 38. car. 59. hac 2. par. te-

25 tigi † iudicem ecclesiasticum solũm, & nõ secularem posse principaliter, & incidẽter cognoscere de usuraria prauitate, tamen si statutum imponeret pęnam istis usurariis, posset iudex laicus punire hunc usurariũ in pœnam statuti, & sic ad fauorem usurarum, & iurisdictionis ecclesiasticæ pronunciare, sicut super periurio ad fauorem iuramenti seruandi, non autem contra, ut per Rim. iun. consi. 399 n. 19. & seq. uolu. 4. cart 181. Octa. Pedem. decis. 137. n. 12 Bertazzo. cons. 238. lit. A. car. 318. in criminalib. & te-

tigi-

tigi supra in decis. 9. numer. 44. & 45. in 1. par. & idem posset iudex laicus cognoscere quando iudicium esset super declaratio
26 ne pignoris, aut † uenditionis tantùm, & non super fœnore, & usura, ut per Iac. de Fran. Neapo. de feu tit. si quis inuestit. interpre. §. similiter. nu. 2. car. 27. positū post Decisiones Vincentij Franchi Neapolitani, & per Bero. consi. 210, nu. 16. uol. 3. cart. 603. faciunt notata supra in decis. 13. n. 25. hac 2. par. & etiam quando esset notorium, & manifestum iuramentum esse nullum, & contractum usurarium, ut per Rom. sin gu. 498. Affli&t. decis. 263. Fel. in c. 1. nu. 22 & Abb. in c. 2. nu. 3. de iureiu. & uide Bero. cons. 8. numero trigesimotertio, uolum. 3. car. 23.

Et hæc omnia bene nota tu qui uis arguere contractum de usuraria prauitate, uel pignore, quia si bene perleges Decisiones meas de hac materia loquentes, scilicet decis. 3. num. 30. & seq. decis. 35. in 1. par. & decis. 1. 2. 3. 13. & 14. in hac 2 par. ueritatem omnium, quæ ferè tibi contingent reperire poteris fideliter, & practicabiliter narrata, & expressa.

# DE CONTRACTIBVS, DECIS. XXV.

## ARGVMENTVM.

Potestas, & officialis, qui obtinuit officium, & patentem officij a contutore, administratore, domino, & feudatario, an mortuo feudatario uel contutore, aut domino nolente approbare, debeat consequi officium & damna petere, vide hic latè.

Successor an, & quando teneatur stare locationi, vide hic.

Pœna promissa in contractu, & in compromisso, quando ob contemptum, & in obseruantiam debeat peti, vide hic.

## SVMMARIVM.

1 *Contutor, & pupillus tenetur approbare locationem factam, & officium datum a contutore, & post ius quasitum conductori, & nu. 2.*

*Minor tenetur approbare locationem factam, & officium datum a contutore, & non potest praiudicare iuri quasito conductori, nu. 1. & 2.*

2 *Persona, qua tenentur stare locationi facta per antecessorem hic notantur.*

3 *Papa, & Imperator an possint auferre officiū, & beneficium datum alicui absque alia recompensatione, & interesse, vide hic.*

4 *Pensio soluta anticipata locatori non nocet successori non haredi, licèt teneatur stare locationi, sed de nouo pro tempore futuro debet solui.*

5 *Conductor, qui fuit impeditus culpa locatoris, non potest rem conductam tenere pro tēpore, quo conduxit, si a principio illam non habuit, sed solùm pro residuo temporis potest agere ad damna, & interesse, secus si sine culpa locatoris non habuit a principio officium, & rem conductam.*

6 *Conductor non potest renunciare, & relaxare officium, & rem conductam ante tempus sine causa. fallit, ut infra, nu. 9.*

7 *Locator non potest locare secundo conductori in praiudicium priori, et quando potest, vide hic.*

*Successor an, et quando teneatur stare locationi, et qua persona non tenentur, uide numero 2. et 7.*

8 *Locator, et eius hares quando tenentur de euictione, et quando non, si successor non tenetur stare locationi, uide hic.*

*Hares locatoris an, et quando teneatur de euictione re locata euicta per successorem, uide hic nu. 8.*

9 *Vsufructuarius locans bona vsusfructus ad certum tēpus, intelligitur solùm locatio facta pro tempore, quo viuet, si ante tempus moritur.*

*Locatio extinguitur per mortem usufructuarij, licèt sit facta pro maiori tempore, n. 9.*

10 *Officialis, qui emit, et conducit officium pretio*

*misit, & qui contra dicit, & recusat adimplere promissa, & excipit contra ea.*

32 *Pœna in contractibus, & in compromisso adiecta dationi nō censetur adiecta in fraudem usurarum.*

34 *Pœna potest peti etiam, quod iste petens secūdo contrauenisset, maximè si adest iuramentum, uel clausula (rato manente pacto) numero 35.*

*Clausula, Rato manente pacto, operatur quod potest peti pœna, & interesse, etiam quòd ipse secundario contrauenisset, nu. 34. & 35.*

36 *Pęna non debetur ex contractu nullo, & inualido.*

37 *Iusta causa non ratificandi an excusat à pęna.*

38 *Locatio facta de aliquo officio, & persona extinguitur mortua persona conductoris, et nō transit ad hæredes, fallit, ut hic.*

*Officium datum alicui ad quinquennium extinguitur mortuo conductore ante quinquēnium, & non transit ad hæredes, fallit ut hic, nu 38.*

*Conductor potest seruire per substitutum, quādo non est electa industria personæ, & quando conductio est facta pro se, & suis hæredibus, nu. 38.*

39 *Remissio pensionis à locatore non fit quando locatio fit tempore belli, pestis, & solitæ brinæ.*

40 *Legatum dotis factum ab Auo nepti non censetur factum animo compensandi cum legitima filij, si neptis erat infans, & non nubilis, aliàs secus.*

41 *Contractus permutationis, uenditionis, locationis, & alterius rei nominatæ rescinditur, quando pacta, & conditiones sunt causa finalis contractus, & non obseruantur ad unguem, aliàs secus, quia soluendo interesse quis liberatur.*

42 *Permutatio beneficiorum, & alterius rei quādo rescinditur, uide hic.*

*Pacta quando sunt causa finalis contractus, si non obseruantur contractus rescinditur, nu. 41 & 42.*

46 *Permutatio, & resignatio non ualet non facta mentione alijs beneficiis, & pēsionibus, de iure patronatu, de cura animarum, de triāgulari, aut quadrangulari permutatione.*

*Permutatio, & resignatio non ualet, si non est facta mentio de qualitatibus, & coniecturis omnibus, quibus Papa non esset concessurus, si expressæ fuissent, nu. 46.*

*Permutatio quando, & quibus coniecturis præsumatur fraudulosa, & simoniaca, uide hic remissiuè, nu. 46. & 48.*

47 *Permutationes, & resignationes debent publicari, aliàs non ualent.*

*Resignationes, quæ fiunt, debent intra certum tempus post collationem publicari, aliàs nō ualent, nu. 47.*

48 *Permutationes propter inæqualitatem beneficiorum non annullantur, nec rescinduntur, nisi coniecturis præsumerentur fraudulosæ, aut simoniacæ.*

49 *Optio non habet locum regulariter in permutationibus.*

43 *Collatio, & supplicatio dicitur obreptitia, quando omnes qualitates non sunt expressæ in resignatione, aut supplicatione.*

*Rescriptum beneficij permutati quando est obreptitium, uide nu. 43. 46 & 48.*

44 *Permutans beneficium, quando possit ad suū redire beneficium, uel petere interesse sine noua collatione, & nu. 45.*

## DECISIO LXX.

DE Anno 1581. Magnificus Dominus Baldassar Abdua Contutor, & administrator Illustris D. Comitis Salarū concessit Magnifico D. Ioan. Mariæ Landino sororio meo præturam Castri Salarum, & de mense Augusti fecit patētem ad hoc, ut postea de mense Ianuarii anni 1582. posset accipere possessionē dicti officii, & p̄turæ, de mēse Octobris. d. anni 1581 Magnificus D. Theodorus Abdua alter Cōtutor iussu Eccellētissimi Senatus Mediolani cępit exercere p̄ sui parte offitiū dictæ Tutelæ, & administrationis, & de mēse Nouembris p̄misit alteri Doctori Alexandrino dictum officium præturæ. & dedit patētē De dicto anno 1581. Illust. Marchionissa Mortarę Ducatus Mediolani promisit officium præturæ, & potestariæ Magnifico D. Octauiano de Medda Doctori Papiensi, & dedit patentem, ut & ipse acciperet possessionem dicti officii de mense Ianuarii anni 1582. Deinde de mense Decembris mortua est Marchionissa sine hæredibus, adeo quod feudum Castri Mortaræ deuolutum fuit ad Cameram Ducalem, & ususfructus fuit consolidatus cum proprietate, quæ Ducalis Camera

ra accepit possessionem, & alium creauit prætorem.

Vnde fuit dubitatum de duobus, primo, an Magnificus D. Theodorus Abdua Contutor potuerit alium facere prætorem in præiudicium prioris prætoris iam electi, & sic Magnifici D. Ioan. Mariæ sororii mei, & quis istorum prætorum præferri debeat in officio.

Secundo, an Ducalis Camera itidem potuerit alium potestatem creare in præiudicium prioris potestatis iam electi à feudatario.

Quo uerò ad primum pro defensione Magnifici D. Ioan. Mariæ sororii mei plura adduxi, & demonstraui
1 † Contutorem, & Comitem Minorem Salarum teneri, & esse obligatos approbare, & confirmare locationē, & conductionem, ac contractum factum per Contutorem, quando vtiliter est facta, per tex. in l. cùm filius familias. §. si uir in quinquénium. ubi Alexan. & Doct. in l. diuortio. ff. solu. matri. Angel. consilio 245. sub uersic. quinto, videndū. Cephal. cō sil. 245. num. 12. & seq. uol. 2. cart. 193. Paul. Granuti in Theorema. 8. car. 38. cùm præcipue per patentem, & literas obedientiales fuerit ius quæsitū Magnifico D. Ioan. Mariæ, cui non potuit præiudicari per secun-
2 dam † locationem alteri factam, ut per Bar. in L. absenti, nu. 2. ff. de donatio. Abba. in c. constitutus il 2. num. 6. de appella. Socin. cō silio 125. colum. 2. uol. 1. car. 153. & faciunt adducta per Paul. Pic. in cons. 6. nume. 28. 29. & 45. & 46. cart. 37. & ea, quæ dicam infra numero 7. & in proposito nostro de officiale loquitur Vincenti. Franc. decis. 216. cart. 193. ubi ad fauorem officialis fuit IVDICATVM * & ita etiam de mense Ianuarii 1582. ad fauorem Magnifici D. Ioā. Marię sororii mei IVDICAVIT * Excellentissimus Senatus Mediolani, & rationes, ac alias allegationes, & argumenta satis prolixè deduxi, & allegaui supra in Repertorio mearū Decisionum in verbo, electio, & extractio, cart. 942. colum 2. in 1. par. quas ibi uidere poteris benigne lector, quando casus occurrerit, ubi posui quàm plures personas, quæ tenentur stare locationi, & regulam affirmatiuam, per quam successor tenetur stare locationi factæ per defunctum, & Auctorem suum, Nam tenentur stare locationi infrascriptæ personæ, & aliæ similes, videlicet.

Hæres vniuersalis.
Mulier causatiuè.
Contutor.
Pupillus.
Maritus causatiuè.
Fiscus.
Emptor bonorum ecclesiæ.
Reemens cum pacto de Retrouendēdo.
Fideicommissarius.
Filius successor in legitima, in bonis maternis, fideicommissi, & castrensibus mortuo patre.
Emphiteota.
Conductor uniuersalis, &
Secundus particularis.
Successor ex necessitate legis, aut statuti.
Depositarius.
Vsuarius.
Creditor pignoris.
Feudatarius.
Non habens plenum ius in re.
Abbas, Monachus.
Rector hospitalis, & fraternitatum.
Sindicus ciuitatis.
Emptor fructuum.
Prælatus alienans ad utilitatem ecclesiæ nomine ecclesiæ, nam eius successor teneretur stare locationi.
Successor in re titulo inualido.
Princeps, & successor in dignitate.

Et ultra allegata in dicto Repertorio addi pōt Paul. Pic. d. cons. 6. cart. 37. Vincent. Coraci in tracta. de loca. & condu. part. 1. ti. de Tutore, & Curatore, & tit. de patria potesta. car. 12. & tit. de iure dotiū, car. 14. & in tit. de singulari successore, cart. 46. per totum, & nu. 41. & in discursu illius tractatus Paris. consi. 98. uolum. 4. Didac. Variar. resolu. lib. 2. c. 15. sub nu. 6 in fi. Soc. consil. 34. uolum. 3. Mari. Anguslol. cons. 258. uol. 1. & Ari. Pinel. in l. 1. in 3. part. sub nu 68. vers. infertur Nono. C. de bō. mater. car. 481. Grat consi 95. nu. 21. 22. & 27. uol 1. Aschara. cō sil. 116. col. 3. & Riminal. Sen. cōs. 743. uolu. 4. Anto. Gomesi. de cōtract. b. tit 3. de loca. nu. 8. car. 191. col 4. & Doctus Nauarra, in suo tract. de Spolio clerico. §. 3. sub num 9. uers. septimo, infertur cart. 25. ubi etiam di-
3 cit de rigore iuris † quod Papa, qui pro libito sine culpa, & causa tollit beneficium alicui, & Rex, officia non uidentur teneri ad restituēdū dānū, qđ ob id patiuntur ij, qui bus illa sic tollunt, licèt in eo peccent, quia tollunt ea, q̄ sunt sua, uel quorū liberā ad-

ministrationem habent, sed de æquitate tãquã peccãter cõtra legẽ charitatis aliq̃ cõpẽsationẽ deberẽt facere & seq.tur Crau in tracta.de antiqui.tempo. nu. 37.in prima sectione, Felyn.in cap. quæ in ecclesiarũ,col.14 in prima declaratione, versic.& communiter dicitur de constit. Dec. consi. 367 nu.6.& in d.c.q̃ ĩn ecclesiarum, in fi.ni si tale officium esset quæsitum per contractum,ut per Brun. consi.7. nu.8.& in consi. 114.nu. 188.& consi.192. Crauet. d.tracta. de antiq. tempo. in princi.numero 46.& in prima sectione,nu. 29 uersic. sed aduerte, & latè tradit excellẽs Doctor D. Anton. Mari.Canis in consil.primo,numer.80.& seq.cart.29.facto ad fauorem Illustrissimi, ac Reuerẽdissimi Domini Hippoliti de Rubeis Episcopi Papiẽsis Domini mei colẽdissimi super feudo Castri Tegolarum, & in hoc decipiebantur aliqui Doctores de collegio,qui afferebãt potuisse,& posse ad libitum expellere clericos, & laicos de d.Collegio,quia non procedit in gratiosis sine peccato, & in onerosis per uiã solutionis introitus,& sic cõtractus per supradicta,& per ea, quę dixi in decisio.41.in 1. part.ubi ita fuit IVDICATVM*

Et licèt supradictæ p̃sonę teneãtur stare locationi,tamẽ solutio pẽsionis debet sibi

4 † solui tẽpore futuro, & si pro toto tempore conducturo, soluerint pensionem locatori, poterunt repetere,& soluere nouis locatoribus. Alex.in l. diuortio, in princ. num.30.uersic.in ea glosa,ibi, & e statim pecuniã soluant. ff. sol. matrim. Angel.d. cõs. 245.uers 6.& uers. septimo,& Egid.Bossi.ĩ sua practi.tit.debit.an d̃linq.solui.poss. num. 8. uersicu.& aduerte in causis,& nu. seq. & Hiero. Gigas, in tract.de pensione. quæst.88.& quæstio. 53. Ruin.consi.60.nu. 1.uolum primo. Si tamen nõ posset exercere officium potestariæ intra biẽnium propter impedimentum Domini,uel illius culpam, transacto biennio non posset per

5 aliud biẽnium † perseuerare in officio loco præcedentis biennij, sed poterit agere ad æstimationem,& ad damnum, secus si sine culpa illius. Abbas in consi. 93.nu. 2.lib.1. & in cap.aduersus,num 18. de immuni.eccle. & ita IVDICAVIT* Sacrum Cõcilium Neapolitanũ, ut dicit Vincẽ. Frãc. d.decisio.216.in fin.cart.193.facit Bal.cõs. 284.uol.primo,Alexand. consi.20.numero 11.& 12.uolum.5.& consi. 191.numer.8.& 9.volum.6.Roman singu.441.& sing. 186. Bello.consi.45.numer.7. & Paris. consi. 38. nume.15.& seq.& consi. 40.nu. 3.& 6.vol. primo. Nec potestas, officialis, & condu-

6 ctor † renuntiare potest officium,& conducta absq; causa, aliàs, & ipse teneretur ad dãna, & ad mercedem per supradicta, & per Iacob.de Bellouisu, in pract.crimin.tit. de iniur.nu.34. versic. ex quibus iuribus,cart. 12.Roland.consil.69.num.24.volum.4.car. 137.& vide infra, num.9. Vnde ex supradictis potuisset decidi quæstio inter Magnificũ D.Codaciã,& referendarium circa iudicaturam iudicis Referendarię.

Circa verò secundum dubium, an Camera Ducalis directa domina Castri Mortariæ potuerit in præiudicium Magnifici D. Mede primi conductoris dictæ pote-

7 stariæ secundo,& sic alteri † locaro,& dare dictam potestariam, & officium; Breuiter fuit dictũ,quòd sic,per ea,quæ à Doctoribus traduntur in dict. l. cùm filiusfamilias. §.si uir in quinquẽnium.ubi latè per Alexand.& in l.diuortio.ff. sol.matri. Octauia. Pedemonta.decisio.155.nu.8.9.& seq.car. 635. Vincenti.Caroci.in tracta. de loca. & condu. tit. de singulari. successore, cart. 46.& per ea,quæ allegaui supra,n.3.& dixi in d. Repertorio mearum Decisionum,in uerbo,electio,numer.5. & seq.& maximẽ num.14.cart. 946. in j. part. ubi distinguitur,an successor habeat causam à locatore, & illius personam repręsentet,uel nõ. Nã quando repræsentat personam locatoris, aut ex causa necessaria facta est locatio,& tũc successor tenetur stare locationi,& procedunt supradicta; quando uerò non repręsentat personam,& locatio est uoluntaria, & usufructus cum proprietate cõsolidatur,uel ab illa separatur,tũc successor non tenetur stare locationi, & isto casu procedit regula negatiua, sub qua regula negatiua comprehendũtur infrascriptę personę,& alię similes,uidelicet.

Filius in bonis aduentitijs non hæres patris.

Vsufructuarius mortuo Testatore. Legatarius.

Proprietarius mortuo usufructuario.

Singularis successor.

Successor non hæreditarius.

Emptor usufructus.

Prælatus.

Dñs directus mortuo emphiteota, feudatario,

datario, liuellario, & conductore ad longũ tempus.
Iniustus detentor inualidus.
Conductor, &
Feudatarius.
Nec isti locatores tenentur de euictione, po-
8 steaq̃ ex natura rei † cessat locatio, & cõductio, nisi in fraudem successoris hoc factum fuisset, uel ꝓmissum, aut bona essent obligata pro toto tempore, ut dixi in d. repertorio, in uerbo, electio. nu. 14. & in decisio. 36. nu. 9 & 33. & decisio. 45. in additione, nu. 748. in 1. part. Marcabrun. consil. 64. nu. 26. & seq. car. 253. Grat. consi. 95. nu. 27. seq. uolum. 1. & facit Pau. de Cast. cõs. 333.

Cùm igitur ista illustris Marchionissa Mortariæ esset feudataria, & sic usufructuaria, & camera ducalis directa domina, & sic proprietaria, sequitur, quòd non potuit locare dictam potestariam, & ea, quę sunt iurisdictionis dicti feudi nisi pro tempore,
9 quo uixerit, & † feudum non fuerit apertũ, aut non resignauerit, etiam q certũ tẽpus esset expressum in instrumento locationis, quia subintelligitur semper illa conditio, & clausula, rebus sic stantibus, & durãte usufructu, & feudo, ut dicunt supradicti doctores allegati in dicto repertorio meo, & in decisio. 45. in additione, num. 71. cart. 748. in 1. part. & Octauia. Pedemont. d. decisio. 155. car. 635.

Vnde ex prædictis patet bene fuisse prouisum de nouo potestate, & IVDICATVM * Mediolani dicto anno 1581. Decembris, q. a et ipse officialis Meda primus conductor, si noluisset dictum officium potestarię exercere, & conductionẽ acceptare, non poterat à proprietario dño nouo successore cogi, ut correlatiuorum sit eadẽ dispositio, ita dicit Socin. consil. 32. col. 4. versi. & ideo locatio, uol. 1. sentit Rota Bononi. decisio. 19. nu. 2. Rodoan. de reb. eccle si. non alienan. §. 1. nu. 5. & 6. car. 341. & dixi in repertorio decisionũ, in uerbo, locator prælatus, nu. 7. in 1. par. cart. 1071. & considera, quæ dixi supra, nume. 6.

Et debent cauere isti feudatarij, & alij, q dant officia, ut non illa uendant, quia malè faciunt, & possunt puniri ipsi, & officiales, quia uidentur uendere iustitiam, & sanguinem pauperum, nam iudices ementes officia uolunt in primis, & ante omnia seruare æqualitatem, & se reimbursare de salario soluto per phas, & nephas, antequã incipiant facere capitale de redditu officij, ut experientia docet, & ideo leges contra tales præsumunt omne malũ & sicut in du
10 bio pręsumitur pro iudice, quando † emit officium totum contrarium præsumitur, & omnem contra se habet pręsumptionem. l. fin. C. de ambi. l. 1. ubi gloss. ff. ad l. Iuli. de ambi. l. 1. Bar. Bald. & doctor. ff. de offi. prætor. pulchrè Pari. de Sindica. in ca. & primo uidendum, de quibus sindicantur, per totũ, & dicit, quòd Bar. in l. procurator. C. de Marile. libr. 11. dixit, quòd qui dat pecuniam, ut habeat officium, habet animum indebitè lucrandi, & malefaciendi, & datur materia iudicibus obtinentibus officia per pecuniam furandi impunè.

Et quando potestaria, & locatio esset data, & facta ab uno ex cõfratribus, uel socijs, cum promissione de rato sub pœna dupli, & obligatione bonorum, & alter frater uel consocius nollet ratificare, sed vellet suam partem indiuisam pro se retinere, uel alteri locare, & dare, si res, & iurisdictio esset
11 solita sic locari, ualeret in totũ locatio † facta ab uno ex fratribus & consocijs, & præcipuè quando ab illo, qui solet administrare, & locare esset facta locatio, aut esset senior per ea, quæ dixi in d. repertorio mearum decisionum, in uerbo, electio, numer. 5. in 1. part. Barto. in l. & hæc distinctio, §. fin. ff. loca. Docto. ubi Aret in l. duo fratres. ff. de acquirend. hæredi. Angel. in l. 1. C. qui testamen. face. poss. & ibi Iason per text. in l. procuratorem. § si ignorantes. ff. manda. Alexand. Socin. Iason. & Ruin. in l. serui electione, § Labeo. ff. de leg. primo, Socin. consilio. 58. uolum. 4. Dec. consil. 282. Petr. de Vbald. de duobus fratribus in 5. part. num. 12. pro singulari tradi Guid. Papa, singul. 639. si tres, & Hippoli. singul 639. & ui de Vincenti. Caroci. de locatio. & conduct. titul. de communi diuidundo, carte 17. &
12 dicitur † solita locari, quando per unam uicem cum solemnitatibus fuerit locata, uel per duas uices per tempus triginta, & quadraginta annorum uniformiter, ut per Afflict. in decisio. 305. numer. 9. & sequen. & ibi Appostilla, numero. 7. & sequen. cart. 243. & per Vincenti. Caroci. in tracta. de locatio. & conduct. titul. de solito. cart. 27. Bart. l. naturalis. §. At cum. ff. de præscript. uerbo. & Areti. in §. locatio. nume. 5. instit.
13 de loca. & conduct. Hinc fit quòd † bona ecclesiastica solita locari in perpettuum

possunt de nouo concedi, sine solennitatibus, ut ibi dicunt doctores, Roman. consil. 70. column. 1. & ibi Mendosi. Iuli. Clar. in §. emphiteosis, quęstio. 28. column. 4. cart. 91. & quæst. 6. cart. 78. tetigi in tracta. de tuto. & cura. nume. 161. cart. 160. dummodo, ut dixi, sit uniformis concessio, & alienatio, & sic eo modo, quo fuit facta prima locatio, & inuestitura, secus si excederetur modus in substantia, etiam in re minima alterando, uel diminuendo, quia tunc omnes solẽnitates requirerentur, & non diceretur sic solita locari, Ripa. responso. 2. nume. 17. & 18. lib. 2. cart. 84. Rimin. Iun. consi. 32. num. 14. & sequen. uolum. primo, Abba. in cap. vt super, nume. 11. de rebus eccle. non alienã. & nume. 14. Octauia Pedemonta. decisi. 23. nume. 20. & sequen. Bald. in cap. cum ordinem, column. 8. de rescriptio. Hiero. Magoni. in Rota Luca. decisio. 14. nume. 14. & sequen. car. 49. Appostilla ad Afflict. dicta decisio. 305. numer. 7. & sequen. uel non sint bona ecclesiastica, uel feudalia reincorporata ecclesiæ, uel feudo per annalem possessionem, secus si essent incorporata, quia tunc requiritur solemnitas omnis solita, uti nouus contractus, & noua inuestitura, Abba. d. c. vt super nu. 10. Alexand. consi. vltimo, nume. 7. uolum. 4. Roman. dicto consil. 70. column. 1. Corn. consil. 181. lib. secundus. Guid. Papa. decisio. 154. nu. 3. Crauet. consil. 24. nume. 14. consi. 80. nume. 3. lib. 1. consi. 910. nume. 3. uolum. 5. Bero. consilio 159. num. 11. uol. 1. Ferret. consi. 248. num. 14. & seq. uol. 2. Rimin. Sen. consil. 34. num. 13. in fi. vol. 2. Bursa. consi. 127. num. 102. & & nu. 122. uol. 2. Cur. in tracta. de feud. q. 1. part. 2. nume. 11. Bertran. consil. 256. uol. 2. Rota Bonon. decisio. 13. numer. 8. Rebuf. in tracta. de aliena. rer. eccle. nume. 8. in octauo casu, cart. 99. Guliel. Rodoan. de reb. eccle. non alien. §. item alio casu, nume. 20. & sequẽ. uersicu. & dic pro intelligentia, cart. 248. & §. verum quia, num. 4. & sequen. uersicu. Non infeudat rem reuersam, car. 360. quæ procedunt etiam in bonis feudalibus dotalibus, & minorum, per supra deducta. & allegata.

Et supradicta de re communi locata ab uno ex socijs sunt intelligenda, quñ locatio contineret totam domũ, possessionẽ, uel iurisdictionẽ, aliàs in dubio solũ de sua par-
14 te intelligeretur facta † locatio, & non de parte consocij, & confratris communi, ut ut per Bald. in l. 1. nume. 31. C. quando non peten. part. peten. accres. Barto. in l. prædia in fi. C. de loca. prædio. fisca. ciui. lib. 11. Iacob. Nouel. in tracta. de prothomisæ. §. 1. nume. 68. & 69. Franc. Marci. decisi. 574. nu. 2. in 1. part. Alexand. in l. 1. nume. 5. C. qui testa. fac. pos. facit dictum Dec. in consil. 282. sub nume. 5. versicu. sequitur tertium dubiũ Bald. in l. si fratres. C. communia utriusque, gloss. in l. cum proponas. C. de pact. facit text. in l. quod nostrum est, ubi etiã Cagnol. nu. 24. ff. de regul. iur.

Et si alter ex fratribus uellet pro se retinere partem suam, & aliam conducere,
15 esset † præferendus cæteris omnibus, per supra deducta, & per Vincenti. Caroci. in dicto tracta. de loca. & condu. in 1. part. tit. commu. diuidundo, num. 3. cart. 17. colum. 2. Ias. in l. 1. nume. 5. & 15. C. qui testa. fac. poss. & Socin. consil. 58. column. 2. uersicu. circa tertium casum in 4. part.

Si nollet conducere, sed suam tantùm partem retinere, tunc poterit illam retinere, si recipit commodam diuisionẽ, sin autem tenebitur stare locationi factæ à maiori parte, nec poterit alteri locare, quia plu-
16 res personæ præferũtur, & quñ † sunt pares ille, qui habet maiorem partem præfertur in indiuiduis, aut non recipientibus commodam diuisionem, ut dicunt supradicti doctores, & per doctores in l. serui electione. §. Labeo. ff. de lega. primo. Iacob. Nouel. in d. tracta. de Prothomisæ. § primo, nu. 62. Guid. Papa, singula. 639. Si tres personę, pulchrè Aret. consi. 156. uisis diligẽter, sub nu. 2. & seq. Capici. decisio. 36. num. 3. & per totum, ubi dicit, posse etiam cogi cõfratrẽ, & consocium malignum ad uendendum suã partem communem non recipientem commodam diuisionem, & sentit Aret. in §. pro usu. sub nume. 3. instit. de loca. & condu. quod est notandum in casu fratrũ malignantium. Angel. consil. 381. viso dicto statuto Franc. Marc. decisio. 512. in 2. par. cart. 559. Ruin. consil. 75. in 2. dubio, nume. 10. uolum. 1. & in pari casu pręfertur senior, & dignior, Aret. §. fina. institut. de iur. natu. genti. & ciuil nu. 2. uidetur tex. in l. maiorẽ ff. de pact. & Sylu. Nuptial. lib. 6 nume. 34.
17 cart. 578. & tenere debet † claues castri, uel domus, & libros, ac instrumenta iurisdictionis, ut per Petr. de Vbald. de duob. fratri. in 11. par. nume. 22. quæstio. 21. Lancel. Conrad. in tract. de offi. prætor. §. 2. capit. 9. lib.

libr. primo, titu. de instrumentis, nume. 8. Misingeri. in suis obseruatio. centuria. 4. obseru. 37. n. 2. Salic. in l. ꝓcurator, n. 1. & 4. C. de edendo, & Ioan. Saison. in consuetudi. Turon. Rubrica des Droit de Castellanie, Artic. 10. cart. 51. versic. Hodie in nūdinis, nisi inter fratres, Dominos, & socios esset aliqua suspitio, q.a tunc qlibet eorū teneret claues, & in loco cōmuni, & nō suspecto reponerentur libri, & instrumenta communia, vt consuluit Natta, cons. 190. licèt claues, volum. 1. car. 424. & quādo alter fratrum cohabitat domum, aut ca-

18 strum commune in totum nō† teneē ad pēsionē pro parte aliorum sociorū, quia vsus non potest diuidi, vt per Petr. de Vbald. de duob. fratri. in 5. part. numero 12. addi. ad Dyn. in cap in re cōmuni, ī verbo, adde Angel. Areti. circa medium, de reg. iur. in 6. Dec. in l. quāquam, num. 27. & 28. C. qui testam. face. pos. & in cons. 249. col. fi. Corn. consil. 221. volum. 2. vbi etiam loquitur de expensis ibi factis, & Franc. Marci. d. decisio. 512. in 2. part. Et si locatio officij, &

19 domus est † facta duobus præfertur ille, cui prius res & possessio fuerit tradita, & non cui fuit prius promissa, & locata, quia lex quotiens. C. de rei vendi. non habet locum in contractu locationis, Alexand. consilio. 122. col. 2. uolum. 5. Vincenti. Caroci. in tracta. de loca. & condu. part. 2. tit. de locatione duobus, car. 28. vbi dicit magis communem, licèt Ias. in d. l. quotiens, limita. 13. num. 32. cum alijs teneat contrarium, & Cephal. consil. 518. nu. 37. volum. 5. tamen quando locatio non est ad lōgum tēpus, & non transfertur dominium vtile, dicta lex quotiens; non habet locum, sed quando est facta vltra nouennium, & sic ad longum tempus, quia tunc sapit alienationem, & transfertur dominium vtile, tūc habet locum, & præfertur primus conductor, ita conciliat nouissimè has opiniones Petr. Nicola. Mozzi. in tract. de contractib. tit. de loca. & condu. car. 94. nume. 11. versiculo præterea ex natura; & colligitur ex adductis per Vincent. Caroci. in d. titu. de locatione duobus, vbi tacitè innuit, ꝙ si transfertur dominium, quod habet locum. d. l. quotiens, & faciunt, quæ dixi in tracta. de Tutore, & Curatore, n. 258. car. 244. vbi posui limitationes aliquas, & Ant. Gomesi. lib. 2. c. 2. de emptio. num. 20. versic. item quæro, cart. 169. & Alphan. in recollect. Bart. in d. l. quotiens, num. 189 & vide Appostilla ad Afflict. decisio. 238. nu. 7. cart. 181.

Et quādo est facta huiusmodi locatio, & lis esset inter condominos, & cōsocios, nō propter hoc deberet cōductor cessare à cō-

20 ductione, & † solutione mercedis, sed debet præstare cautionē de soluendo cui, & quatenus, de iure teneretur, vt per Bart. in l. litibus, num. 14. C. de Agric. & censit. lib. 11. sequitur Vincent. Caroci. d. tract. de loca. & condu. tit. ne lite pendente, cart. 37. & Boeri. decis. 106. facit Imol. in c. bona fides, nu. 20. de depos. q̄ sunt intelligēda durāte locatione & cōductione, sed si esset finita, & factū ꝑceptū, aut sequestrū à iudice ad īstātiā cōsocij cōductori, ne solueret locatori capitale, & interesse sub pænis, tunc cōductor nō tenereē ad interesse, & vsuras lite pēdēte, & ꝑcepto nō reuocato, q.a ꝑceptū, & sequestrū iudicis excusat à mo-

21 ra, & ab interesse † qn̄ est factum ante moram commissam, & tēpus soluendi, vt dixi in Repertorio mearum Decisionum, in verbo, præceptum, & sequestrū iudicis. car. 1144. colum. 1. in 1. part. Iacob. Machel. patroci. 5. numero 3. & seq. cart. 33. Rebuf. in l. vnica in glo. dupli. nu. 59. C. de sent. quæ pro eo, quod intere. cart. 198. Iaffred. decis. 249. car. 95. Rota Genuę, decisio. 33. num. 6. & 8. car. 108. & decisio. 61. num. 4. 6. & 9. cart. 136. secus si esset factum à parte, quia non tenetur ei credere, ut per Natta, cons. 348. numer. 4. cart. 201. uol. 2. aut illo interim emolumentum & fructus perciperet ex re mea, ne aliena iactura locupletetur, quia tali casu semper dicitur esse in mora, cùm possideat sine titulo ualido, & fructus percipiat ex re mea, l. unum. & ibi Docto. ff. si cer. pet. Bart. & Docto. in l. unica, ubi Rebuf. in glo. dupli. nu. 47. & seq. C. de sent. quæ pro eo quod inter cart. 198. & Rimin. Iun. cons. 177. nu. 17. uolum. 2. cart. 181. & ideo si pactum inter cōtrahentes factum non ualeret de consequendo certum quid pro pretio rei traditæ & mercibus uenditis, tamen posset consequi illud, quod ex re tradita perceperit ille, qui uellet reprobare contractum, per supradicta, & per Lup. in tract. de vsur. in cōmen. primo. §. 6. num. 126. & seq. cart. 38. ubi dicit iudicem posse ex officio etiā taxare hoc interesse fructuum, & nu. 142. cart. 41. & dicit communem, & faciunt tradita per

Alex.de Neuo,in cons.95 car.107.in primo dubio,vbi dicunt etiam,quod licèt pecuniæ,nõ producunt pecunias,tñ si nõ immediatè, saltim mediatè,hoc est mediãte re tradita producunt , nam ex pretio rei traditæ nascuntur fructus,qui non nascerentur,si res mea non esset tradita.

Præcepto vero isto, & sequestro nõ verificato à parte poterit locator, & creditor agere cõtra eum, qui fecit fieri hmõi
22 præceptũ,&† sequestrum calũniosum ad dãna,expẽsas,& interesse,vt dixi in decis. 1 nu.37. & in decis.3. n.35.uers. Aliàs teneretur in 1.par.Veral.deci. 183.li. 1.Benuenu. Strac. de Mercatura,in 3.particula. ultima par.nu. 18.car.271.facit Bal. consi. 195.punctus talis, lib.1.car.43. & Craue. consi.325.plura,num.2.volu.2. quæ sunt notanda contra D.Ioãnem Pichinesium Vulterranũ, qui fecit sequestrum in manibus Do. Ludouici de Incontris sororij mei adhoc,ut ipse debitor mihi nõ solueret, quod manifestè ẽt colligitur ex lõga mora facta per d.D.Pichiuesiũ,qui nunquam uerificauit sequestrũ, neq; mouit iudiciũ.Adeò ꝙ fui coactus mouere iudi-
23 cium.l.†diffamari.ff.de ingenu.& manumissio; in foro meo, postea quã remaneo Reus necessarius, ut ibi notant Doc.Dec. consi.118.nu.14.vol.3.& tetigi in decisio. 17.num.14.in 1.par .car.243.& facere imponere perpetuum silentium, aut declarare omni in tempore me esse tutum exceptione per ea, quæ dixi in tract.de vsufru.nu. 194.car.676 Ioan. Monach. & ibi Prob.in additio.in c.Romana,num.3.car. 402.de sent.excommu.latè Ioseph. Lud. commu. concl. q.8.colum.3. car.13. & q. 14.car. 34.uers. infertur 148. quo is col.1. facit dictum Afflict.in decisio. 279 in fi.& ibi noua Appostilla, num.1.pulchrè Abb. in c.in nostra,num.6.de sepul.Et quando quis non est diffamatus,& timet post longum tempus,aut eius mortem se,aut suos filios minores molestari ab aliquo,cautela est , ut moueat iudicium , & narret fa-
24 ctum,&†faciat citare eos, qui molestare possunt, uel interesse prætendunt etiam per edictum , si non sunt certi , & finito processu faciat declarare se esse tutũ exceptione in casu molestationis, & in omni tempore dicta de causa, ita tradit Bart.in l.si pater , C. qui bonis cedere possunt, Didac.Varia.resolu.lib.1.cap.18,car.102. Rota de rer. permut.decisio.10.aliàs.404. Nota Agenti.in antiq.car.520.Rom.cõsi. 244.pro euidentia,num.1.car. 172. sentit Ang.de Cast.in consi.36.nume.4. & Alex. de Neuo , consil.37.uolum.1.consiliorum matrimonialium: diuersorum,car.89.vbi
* in fine dicit ita IVDICATVM * & est videndus Lap.in allega.10.in fi.num. 12.& sequen.car.14.Ferret.consil.39. per totum, & num.3.uolum.1 car.42.pulchrè Socy.consil 41,colum.2.uersic.subiunxit tamen , uolum.primo , car.63. ubi dicit, quòd non potest mutare alium iudicem, & uide de materia Rimin.Sen.cons 730. num.4.& seq.uolum.4 car.133.& ita fuit factum de anno 1580.hic Papiæ, & IV-
* DICATVM* in causa Magni momenti contra Magnates, & ego iuxta stylum pro sportulis fui consequutus scutos centum,& totidem gratis remisi in una mihi causa delegata.

25 Quando uerò plures sunt † conductores,an oẽs sint insolidum,& principaliter obligati,uel pro rata, dicẽdum est in dubio,quemlibet cẽseri cõduxisse pro uirili parte,& pro rata sua,nisi sit actũ, ut quilibet insolidũ , & principaliter teneatur, nam tũc locator potest quem maluerit in totum cõuenire,facta sibi cessione.ut per Pau.de Cast. in l.cum apparebit.ff.loc.& per Vincen.Caroci.in tract.de loc.& condu.tit.de duobus reis,car.16.& faciũt,quæ dixi in Repertorio mearũ Decisionum, in uerbo,obligatus insolidum, & ut principalis , & in uerbo obligatus principaliter,& insolidum,car.1122.col.2. in 1.par. & Rom.consil.114.num.3. Decia.consil.3. num.9.uolu.3. Et quando unus solueret partem suam , alter non , & cessaret per biennium, aut triennium, possent omnes
26 † expelli à conductione , & emphyteosi, nisi esset facta diuisio solutionis pro rata (directo domino consentiente ) qđ idem est seruãdum in pluribus hæredibus conductoris,ut latè tradit Ias.in l.2.nume.55 & seq.uersi. Decimoseptimo quæro, C.de iure emphi.facit Bero.consi.120.num.18. uolum.1. & Iul.Clar.§ emphiteosis,q.8. car.82.colum.4.& per Vincent. Caroci.in tracta.de loca.& condu.par.2.tit.de hæreditarijs actionibus, num.1.& 3.car.97.ubi potest agere , qui soluit contra alios non soluentes de euictione , & ad interesse, quæ faciunt contra Petrum Franciscum & fratres

fratres capellarios de Grassis, Papienses, qui principaliter, & insolidum sunt obligati soluere fictum perpetuum Reuerendis Monialibus S. Dalmatij, & licentia fuit concessa ad formam instrumenti, & pertinaciter instabant nolle soluere fictum, nisi pro uirili parte, & non in totum, prohibendo executionem, & malè, & perperā, & sunt puniendi ad formam præcepti, per supradicta, num. 25.

Et quando contutor, Tutor, Frater, & socius locat pro se, & nomine confratris, consocij, Domini, & contutoris, & promittit de rato, & ratihabitione cum effectu, aliàs de suo proprio attendere, & obseruare sub pęna dupli, si fecerit quantum in se erit adhibendo oēm diligentiam & conatum ad hoc, ut ille pro quo promisit ratihabitionem ratificet, & noluerit ratificare, non erit excusatus à pęna, & interesse,
27 talis † promittēs ꝑꝑ illa uerba (ꝙ ratum, & firmum habebit cum effectu) & ꝑꝑ illa uerba. (Aliter promittit de suo proprio) quod secus esset, si nō promisisset cum effectu, & de suo proprio ratihabitionem, qa propter exquisitam diligentiam adhibitam excusaretur à pęna, & interesse, Rom. sing. 557. incip. promittit quis. Dec. consil. 313. & consi. 439. num 8. & consi. 345. in fi. consi. 325. & in l. impossibilium. ff. de reg. iur. Ruin. consi. 67. uolum. 4. consi. 132. uol. 1 Maranta, in disputa. 7. nume. 20. Corset. singul. in uerbo, pœna, il 8. latè per Paris. consil. 110. uolum. primo, Horma. & Doc. in l. eadem §. Cato, nume. 521. ff. de uerbo. obliga. & latè per Gomesi. in § in personam, sub num. 27. institu. de actio. & uide Corn. consi. 192. colum. fi. uolum. 1. Abb. & Fely. in c. ex rescripto, ubi etiam glo. de iureiuran. Pau. de Cast. consil. 278. num. 3. in 2. par. Boeri. decisio. 3. nume. 15. Afflict. decisio. 295. & Corset. in singul. in uerbo, Promissio facti, ex quibus omnibus supradictis elicitur ueritas, quando promittens factum alienum etiam cum iuramento sub pęna teneatur obseruare, & quādo non, & ideo dixi hoc anno 1584. illos de S. Nazario, qui promiserunt salarium potestariæ Magnifico D. Hortensio I. C. Fratri meo prætore d. loci nomine uniuersitatis, & quod ratificabit cum effectu, aliàs de eorum proprio attēdere, & obseruare posse cōueniri insolidū, & principaliter, & ad damna, & interesse, & ad pęnam conuentum ad formam obligationis, Nam promittens pro alio, ꝙ ratificabit ad omnem simplicem requisitionem, uel intra certum tempus, si non fecerit ratificare facta requisitione, uel intra statutum tēpus
28 † incidit in pęnam, & ob non factum illa committitur, & commissa dicitur. l. Lucius. ff. de actio. empt. tradit Bart. & Docto. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerbo. obliga. Ang. Aret. & ibi Ias. in §. actiones autem, instit. de actio. Alexan. consil. 10. uolum. 7. consi. 157. uolum. 6. Corn. consi. 20. uolum. 2. consi. 247. in 4. parte, Bald. consi. 53. uol. 4. Barba. consil. 45. in 4. par. Lauren. Calca. consil. 35. sub num. 6. & licèt in contractibus bonæ fidei, & ubi proceditur de bono, & æquo, aut sola facti ueritate inspecta
29 non uideatur posse habere locum † pęna conuentionalis uti rigorosa, ut est in curiæ mercatorum, & in causis compromissi fori Fiuizanensis, ubi in statuto adest clausula huiusmodi, & aliæ prægnātes causam summariam respicientes, vt per Vincent. Caroci. in tracta. de loca. & condu. tit. Arborum furtim cæsarum, nu. 4. & 5. car. 82. colum. 3. & tangam infra, num. 35. Tamen secundum communem etiam in compromisso, & ubi proceditur de bono, & ęquo, & in foro Canonico, & conscientiæ habet locum, pœna conuentionalis, præcipuè quando est iurata, ut per Benuen. Strac. in tracta. de Mercatur. titu. de Doctoribus, nu. 21. & seq. car. 83. colum. 2. & per Balb. de præscriptio. in 2. par. 2 par. princi. q. 13. num. 6. uersi. ubi ponit, car. 64. & latè Cor. consi. 2. uolum. 3. & Paris. consi. 34. uolum. primo, Rebuff. in l. unica, in glo. proferuntur, numero 38. 40. 43. 45. C. de sent. quæ pro eo, quod inter, car. 219. Rimin. Sen. consi. 176. nume. 3. & ibi Appostilla, lit. B. uolum. 1. ideo non uidetur bene sentire Paul. Emil. Veral in Rota Roma. decisio. 231. in 2. par. 78. ubi dicit non posse peti quando quis non est passus aliquod damnum, & ob id clericos non posse petere pœnam, & Gramati. decisio. 6. & Bertazzol. consi. 490. num. 23. uolum. 2. in criminali. car. 295. Bursa consi. 21. numero 15. & sequen. uolum. 1 posteaquam in obseruantiam & contemptum commmittitur pœna, ut infra dicam, nume. 32. Nam ita quis incurrit in pœnam ob inobseruantiā promissam in transactione et pacto, sicut in laudo, et compromisso per supradicta, et per

Bald.conſ.53.in 4.part.conſil.455.in 1.part. conſil.255.in 2.part.& in conſi.114.uolum. 5.& Ang.conſ.;26.& Dec.conſilio.60 nu
30 mero 4. Et†contrauenire dicitur,qui non facit,quod promiſit, & qui contradicit, & recuſat adimplere promiſſa,& excipit contra ea,ut per Bald.& Docto.in l.ſi quis maior.C.de tranſactio.Bart.in l.non ſolum.§. ſi ſtatus.ff.de procura.Alexan.conſilio 95. ſub numero 7.uolum. 6. Et hoc procedit ſtatim, & ipſo iure lapſo certo tempore, aut interpellatione facta,ubi non eſt certa
31 dies adiecta,&†pœna ipſo iure committitur uti moroſus,l.diem,& ibi Bar.& Doct. ff.de uerb.oblig.& not.Bart.in l.illa.ff. eo. Dec.conſi.439.ſub numero 28.Alexan.conſilio 60.nu.1.volum.5.conſ.157.ſub numero 2.uolumine 2.& in conſilio 148. uolum. 7. facit Paul.de Caſt.conſ.88.num.1.in fin. in 2.part.& Brun.conſil.41.col.6.Et licèt quādo pœna eſt adiecta dationi in contractibus
32 ſit controuerſia inter Doctores,an † cenſeatur adiecta in fraudem uſurarum,ut per Alexand.in l.ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerbo.oblig.Tamen communis opinio eſt, non cenſeri adiectam in fraudem uſurarū, in contractibus,in compromiſſo autem eſt expeditum, quia communis concluſio eſt, quod non cenſeatur adiecta in fraudem vſurarum, ſed loco contemptus & inobſeruantiæ cenſetur appoſita, & ideo pœna cōmittitur ultra intereſſe, quando eſt adiecta facto, aut dationi, ut tradit Alexand. in d.§.alteri, & in l.5.§.ſi ſortem,in fi.ff.de verbo.obliga.Iaſ.in l.promiſſis, numero 2. C.de tranſact.Soc.in l.4.§.Cato, ſub numero 26.& ibi Alciat.numero 3.& Galiaul.ſub numero 48.ff.de uerbo oblig.Alexand.conſilio 19.uolum.1.conſilio 148.uolumine 7. Barba.conſ.45.in 2.dubio,col.4. uolum.4. Ripa,Reſponſo.9.ſub num.6.Dyn.conſ.19. verſicu.ſuper quinto,Bald. conſilio 18.in fin.uolumine primo,conſilio 274. nume.3. uolu.5.Fulgoſi.conſ.161.& conſ. 171. Paul. de Caſt.conſ.328.conſilio 116.in 1.part. Angel.conſ.291.conſ.326.Ruin.conſ.44.num. 10.uol.2.practi Pap.in for.lib.in cauſa uēd. in glo.pro pretio,num.7.car.316. & Pariſ. conſilio 29.nu.15.conſ.34.nu.39.& 40. uolumine primo.

Et quando pęna concurrit cum intereſſe,tunc poteſt peti pęna,& intereſſe,ſi inte-
33 reſſe eſt plus,quā pęna; ſi autem † eſt minus,pœna peti poteſt integra, ut per Bart. in l.4.in 9.oppoſi.in fin.§.Cato.ff. de uerbo.obl.Iaſ.§.oēs,col.4.inſtit. de actio. Maranta,diſputa.7.in fi.& nō petitur pęna,peti pōt intereſſe,ut per Alex.& Doct.in d. l. fi.§.ſi de eo,per quē fa.er.Bertachi. in uerbo,intereſſe,ſub nu.30.& ſub nu.50. & etiā utrumq; peti poteſt,dummodo in uno obtineat.Pariſ.d.conſ.34.num.44.uol.primo, Afflict.deciſio.3.in fin.& deciſio. 234. Fideiuſſor:facit Burſa.conſilio 53. uolu. primo,Barto.in l.ſtipulationes non diuiduntur,in 7.quæſt.num.35.ff.de uerb.obliga. & in l.1.nume 5.& ſeq.ff.de actio.emp.Et iſta pęna,& intereſſe poteſt peti etiam, quod ipſe ſecundus contraueniſſet, nam quando primus contrauenit,ſecundus non tenetur
34 obſeruare; & poteſt † petere utrunque à primo,ſcilicet obſeruantiam, & pęnam nō obſtantibus traditis per Dec. in conſilio 480.Quia communis eſt in contrarium cū Barto.in l.cum pater.§.libertis.ff. de lega. 2.in l.1.§.ſi arietes.ff.ſi quadrup.paupe. feciſ.quem ſequuntur Bald.& Paul. de Caſt. in l.ſi ſeruum.ff.de uerb.oblig.Paul.de Caſ. in l.ſemel mora ff.ſolu.matri. Dec.& Alexand.in d.l.cùm proponas.C.de pact. & in conſilio 115.colu.2.uerſiculo Alia ratio,uolumine 1.ſequitur Gramati.deciſio. 103, ſub num.160.Pariſ.conſilio 34. uolumine primo,& conſ.165.ſub num. 23. uolum.4. & colligitur ex traditis per Matheſila. ſingula.50. Magnum periculum,& ibi addentes Plot.in l.ſi quando,nume.543. C. unde vi.& faciunt quæ dixi in tracta.de tuto. & Curato.car.206.nu.218.ubi ille, qui prius adimplere tenetur,ſi non adimplet, nō poteſt poſtea executionem inſtrumenti petere,ſed bene ſecundus poteſt hoc facere, licèt poſtea in aliquo defeciſſet ante tempus,ut notat etiam latè Ruin.conſilio 108. numero 11.& ſequen.uolum.1.Fely.conſi. 25.nu.20.in fin.& num. 21. Franciſ.Freccia,in tract.de præſenta. inſtru. in 8. part. quæſt.iij.cart.104.Roderic. Soarez allega. 19.nu.xxij.& Crot. conſil. 114 numero 10. & ſeq.uolum.1.cart.136.Et maximè quando in contractu,& compromiſſo adeſſet iuramentū,aut clauſula(quæ pęna ſoluta,uel
35 non &c.aut Ratio manente pacto)nam†tali caſu ſine dubio poteſt peti pęna,ut cēs limitant contrariam opinionem,in d.l. cùm proponas,ubi Iaſ.& Dec.in fi.C.de pact.Pariſ.d.conſ.34.uol primo,& conſ.165. uolumine 4. & ita in conſilio Deciſiuo tradit

Socin.

Soc.iun.conf.23.num.17.& 18.vol.2.& illa solum operatur in fauorem obseruantis, & non illius, qui primo contrauenit, vt dixi mox supra, num.34. & per Afflict. decis. 220.num.5.Fran.Marc.decis.413.in 1.par. Ripa responso 4.& 5.de transact.lib.1.Bal. consilio 344.numero 5.in 3.par.Neuizan. consilio 50. & Io. Petr. Surd. consilio 52. numero 31. car.154.& Rim. sen. consilio 147.numero 14.& seq. uolu.1. vidi tamen pluries IVDICATVM * pœnam non deberi, quando non interest, & damnũ nõ patitur, & proceditur de bono, et æquo sola facti veritate inspecta, et non est promissa pœna etiam in casibus prædictis, ut etiã iudicauit * Rota Roma.ut dicit Pau. Emili.Veral.d.decis.231.in 2.par.car.78.et tetigi supra num.29.et ita fuit IVDICATVM * Florentiæ de anno 1567.ad fauorem Magnifici D.Iacobi Cortesini de Bagnono, et etiam uidt IVDICATVM* pœnam deberi quãdo uoluit teneri de suo proprio, et quod nulla causa excusaret eũ, quia sic per pactum fuit conuentum, et sic quouis iure, et quæsito colore noluit posse excusari.

Quæ uerò supra deducta videntur intel
36 ligi in contractu, et actu † valido, secus si esset nullus, et inualidus, licèt approbatus a parte, ut tradit Roma.cons.155.num.4.et cons.173.in fi.et sequitur Anchara.Regiẽs. q.26.nu.7.lib.1.car.27.Burs.cons.82.nu.8. vol.1.Imol.cons.5. siue principaliter, siue accessoriè, Cur.iun.cons.196.nu.20.26. et 27.uol 3. aut quis ueniret absoluendus a causa principali.Hiero. Gabriel. cons.181. numero 8.

37 An autem † iusta causa non ratificãdi excusat ab huiusmodi pœna, uide Bursa.cõs. 53.uol.1.Imo.d.cons.5.Bero.cons.88.n 33. et seq.uol.1. Rol. de confectio. inuentarii q.73.num.4.5.et 7.car.59.Aluisi.de Alber. sing. 14.vbi dicunt quod sic sed uide Rimi. iun.cons.67.nu 45.volu. 1.Cepol. cons.29. num. 16.in ciuil.lib.et Bal.consilio 74. uolumine primo.

Verũ quia istæ locationes, et conductiones officiorũ, et potestariarum sunt personales. et nõ trãseunt regulariter ad hære-
38 des, et extinguuntur † cũ persona ex eo, quia vr̃ electa industria personæ, ꝑ tex.in l.diẽ functo, ff.de offi.assesso & ibi Bar. et Doct.et per Vincent.Caroci.in tract. de loca.et condu.par.2.tit. officio assessorum, car.49.fuit dubitatum hic Papiæ hoc anno 1585.mensis Aprilis, an filii, & hæredes D.Io.Baptistæ Armellæ Papienses per mortem sui patris notarii publici, qui conduxerat per annos nouem a Magnifico D. Syluio de Saluaticis pro se, & suis hæredibus, & successoribus officium Banchæ Criminalis, possint ponere alium idoneum in locũ eorum patris præmortui, & sic alteri sublocare dictum officium, & videbatur dicendum, quòd non ex eo, quia erat electa industria personæ, & officii exercitium erat personale, per supra deducta, tamen mihi visum fuit contrarium, & hanc locationem non esse extinctam, sed durare per totum tempus, & si filii non sunt habiles, posse alteri idoneo sublocare hoc officium, & non esse electam industriam personę a partibus, quia fuit facta locatio, & cõductio D. Io.Baptistæ, & suis hæredibus, & successoribus, quo casu non procedunt supradicta, quia in claris non est opus coniecturis, & illa uerba (pro se, & hæredibus, ac successoribus suis) demonstrant partes non elegisse industriam personę, & conductionem trãsire ad hæredes, & posse seruiri per substitutum, & non fuisse factam secundum naturam locationis, & conductionis, & potius habuisse respectum ad corpus dicti banchi notariatus criminalis, quod resultat ex facto, & sic ex actis, & scripturis, quàm ad ipsum factum, & sic ad personam facientem. ita Bald.in l.quisquis, numero 2.uersi. adducit. Cyn. vnum. C. de epis. & cleri. & ibi appostilla, quæ dicit de hoc fecisse festum, Perusi.in cap. is cui, numero 2. in fi. vers.& adde quòd ubicunque.de offi. delega.lib.6.car.56.sequitur Vincenti. Caroci. in d tract.de loca.& condu.tit.industria personæ, numero 5.& seq.uersi. tertia sit conclusio, car.29.et ita sentit Baptist.de Hierony.in suo consilio societatis, posito in trac. D.Petri, Nicola. Mozzi. de contr. ctibus, tit.de societate, numero 42.uersic. nec obstat, quòd sit unita, car.121. sentit Ruin. consilio 91. numero 8 uolumine primo, pulchrè Anto.Gomesi.de contractib.tomo 2.cap.11.sub numero 13.car.249.columna 3.uersi. et intellige, et declara. Nec obstat dicere hanc conductionem transire ad hæredes casu, quo sint idonei, et possint per se ipsos seruire in officio. per tex. in l.adeo, et ibi Bart. ff. pro socio, sentit Vincenti, Caroci. in d. tract. de loca.

&

& condu.par.2.tit.de hæred.instit.num.13. uersicu. Nisi hæres sit aptus, & idoneus, car.48.col.4.quia ueritas est in contrariũ, & mens contrahentium etiam de non idoneis hæredibus intellexit, primo ex natura uerborum (pro hæredibus, & successoribus,) quæ important habilitatem, & stabilitatem, & sic subrogationem, cum non censeatur electa industria personarum, & ob id posse per substitutum seruire, ut dixi supra, & dicit Vincent. Caroci. in d. tract. de loca. & condu. tit. de industria personæ, num. 5. & 6. cart. 29. & faciunt quæ dixi infra, decisio. 29. num. 49. hac 2. par. Secundo, quia tempore conductionis filii, & hæredes erãt minores, & inhabiles, & ideo ad hoc ut illa aliquid operentur ad fauorem filiorum, & successorum sunt intellgenda, ut ad ipsos filios, & hæredes transeat cum effectu, & possint seruire per substitutum, per supradicta; sicut videmus, quòd locator
39 tenetur facere † remissionem conductori ob pestem, bellum, & brinam, tamen si conduxerit tempore belli, aut pestis, uel esset solitum singulo anno brina uenire, non teneretur remissionem facere locator uti de hoc præuisum, & conuentum, Alexand. in l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acquir. poss. Roland. cons. 9. numero 25. & sequen. uol. primo, & in cons. 52. numero 28. & seq. uolum. 2. cart. 112. Vincenti. Caroci. tract. de loca. in 3. part. car. 9. nume. 43. ita
40 etiam uide † legatum dotis factum ab Auo nepti censeri factum animo compensandi cum legitima filii, tamen si neptis fuerit minor, & non nubilis, non censeretur factum animo compensandi cum legitima, sed cõtẽplatione tantùm ipsius neptis factũ, Barto. & Docto. in l. Titia centum. §. Titio genero. ff. de condi. demonstra. & Corne. consilio 197. lit. D. uolum. primo, faciunt, quæ dixi in decisio. 7. numero 29. in 3. part. car. 189, & tanto magis prædicta procederent, si esset consuetudo huiusmodi officium transire ad hæredes, ut per Bald. d. l. quisquis, sub nu. 2. uersi. sed tu dic. C. de Episco. & cleri. & Bar. in l. nemo est, qui nesciat, num. 5. & ibi Apposti la. ff. de duob. Reis.

Et pacta in contractu locationis, & uenditionis sunt ad unguẽ obseruanda, & quãdo sũt causa cõtractus, quia aliter contrahẽtes non sic contraxissent, tunc est locus
41 penitentiæ, & Rescissioni † contractus, licèt sint cõtractus nominati, si ab una parte tium in totum non obseruentur pacta, & conuentiones, secus si non essent causa finalis contractus, sed partes omnino contraxissent, quia tali casu non est locus pęnitẽtiæ, sed soluẽdo interesse liberatur Pic. cõs. 79. 80. & 81. cart. 177. contrahens, ut dixi supra in Repertorio Decisionum, in uerbo, emphiteota qui non soluit, car. 951. colum. 1. in prima par. & in decisio. 8. colum. 1. & 2. & decis. 24 nume. 21. hac 2. part. latè Roland. cons. 69. per totum, & nu. 31. & seq. uolum. 4. & Io. Petr. Surd. consilio 13. num. 9. & seq. & num. 18. car. 45. ubi dicunt in uẽditione hoc habere locũ, si emptor potius uoluerit rescindere contractum, quàm habere interesse, secus si uenditor, ut etiã dicit Anto. Gomesi. in suo commento. Tomo 2. de contractib. cap. 8. col. 3. uersicu. adde tamen, quòd si, car. 217. per tex. in l. prima, uer. si. ff. de rer. permuta. & ibi glo. & l. naturalis §. 1. ff. de præscript. uerb. quæ sunt no-
42 tanda etiam pro † permutatione beneficiorum, & aliarum rerum, quę quotidie fiũt; nam si adesset clausula (quia sic fuit inter partes conuentum, aliàs &c.) uel appareret, quod pacta essent causa impulsiua, & finalis, & sic causa permutationis illa ad unguem in totum non obseruata, quilibet ad rem suam sic permutatam posset propria authoritate aut consensu superioris redire, & permutationem rescindere, & soluendo interesse alter nõ adimplens non liberaretur, altero adimplente nolente, alias secus adnotata per me supra decisio. 8. colũ. 2. in hac 2. par. & per supradeducta, & ità sunt tẽperanda adducta per Dec. consi 141. & cons. 210. uiso puncto, Bertachi. in Reperto. in uerbo. permutatio beneficiorum an fieri possit, & in uerbo, permutatio parit actionem, cart. 90. col. 4. & Mandosi. in tract. de signatu. gratiæ, in uerbo, permutationes, cart. 13. & maximè quando impetratio collationis permutationis esset obrepti-
43 tia † & obscura, ut per Craue. cõs. 68. nu. 4. uolum. primo, & Paul. Emili. Veral. Rota Roma. decisio. 203. cõfirmata in prima par. car. 57. Lap. allega. 96. beneficia, nu. 4 cart. 120. & Ioan. de Selua. in tracta. benefi. in 3. part. q. 54. col. 1. & 2. cart. 255. & infra, dicã numero 46. & 48. quia uidetur esse in ele-
44 ctione permutantis, qui † adimpleuit pro tui parte uelle. d. permutationem rescindere, uel cautionem, & interesse consequi, & maxime in permutationibus beneficio-

rum,

rum, quæ fieri solent sine stipulatione, ut dicunt supradicti Doctores & tex. cum gl. fin. in d.l.1.& 2.ff. de rer.permuta.Rebuf.in tract.de paci.poss.ssio.cart.124. uersiculo unde solet is,& in concordan. Franciæ Rubric.de collatio.§.uolumus,cart 451. uersiculo,& si permutauero, & posse sine noua
45 collatione ad sua redire † beneficia secundum magis æquam opinionem in curia seruatam, ut refert,& sequitur Boeri. decisio. 97.aut superioris authoritate, ut per Staphile. in tract.de liter.gratiæ, & iusti. cart. 63 uers.primo casu quãdo resignatur, Rebuf.in tract.de pacifi.possessio. nume. 146. cart.r184.Feder,de permuta.benef. quæst. 8.cart.204.vide Lamber. de iur. patro. in prima part.libr.2 artic.6.quæstio.6. princi. nu.16.& 17.& nu.49.cart.46.& Petr. de Vbal.de permu.benefi.in 5.& 6.membro tractatus.car.175.

Et in permutatione beneficiorum requiritur in supplicatione,& resignatione facta in manibus Papæ, aut collatione facere mẽtionem de omnibus aliis beneficiis & pen
46 sionibus, aliàs nõ tenet † ꝑmutatio. Fely.in c.in nostra,nu.16.in 13.corollaro,de rescrip. sentit Mãdosi.in Regula Cãcellariæ 33. q. 6.nu.7.& seq.car.156.tetigi supra in dec.17. nu.73.& 74 cart.384.hac 2.part.non obstã te dicto Federic.de permut.benefi. quæst. 18.car.208.& etiam de omnibus qualitatibus beneficiorum, uidelicèt, quod sit ius patronatus laicorum, sit curatum, sacerdotale, maximè quando permutatur cum clerico non sacerdote, & quod non habet aliquem introitum,& redditum, sit permutatio triangularis, aut quadrangularis, aliàs si istæ omnes qualitates non exprimerentur, collatio permutationis facta à Papa esset obreptitia,& non teneret permutatio, qa si hæc narrata essent pontifici, fortasse huiusmodi permutationem inæqualem,& alteri præiudicialem non concesisset, nec approbasset, ut hæc colliguntur ex traditis per Crauet.d.consilio 68.lib.1. Lap.allega.96.numero 4.uersicu.& per istud, cart. 120.Staphil.de liter. gra.& iustitiæ, col. 2. in fin.cart.56.& colum.seq.uersic. circa secundum.Ioan.de Selua.in tract. benefi. in 3.part.quæst.54.col.1.& 2.car.255.Rebuf.in concordã.Franciæ,Rub. de collatio. §. primo,car.310.uers.& sic quando, & §. uolumus.car.456.uers.quæro quando excusentur, Ludouic.Gomesi. in Regul. de Annali. possess.quæst.47.car.292.lit. F.versic. & pro ista opinione faciunt adducta per Hiero. Gigas.consi.129.nume.9.cart. 150. Imol.in cap exhibita,nume.27.uersicu. An autem, de rer.permut.cart.234.& in clem.j.nume. 41.cart.93. eodem titu. & tetigi supra decisio.17.nume.73.& 74.hac 2.part. & etiã
47 requiritur, quòd fiat † publicatio in loco beneficii, aut in ecclesia Cathedrali de huiusmodi Resignationibus intra sex menses,& annum, si in curia, aut extra curiam, aliàs non teneret ipso iure resignatio,& collatio propter Regulam Cancellariæ, de publicandis resignationibus, secundum unã opinionem, propter illa uerba, in d. Regula posita, ibi de quibuscunque beneficijs, quæ cõprehẽdunt etiam beneficia iuris patronatus. Lud.Gomesi.in Regula, de publican.Resignatio, quæstio.3.car. 470. per totum.& lit D.ver.primum, quia Pau. Emili.Veral.in decisionibus Rotæ, decisio. 36. car. 10.& decis.80.resignatio.car. 22. in 3. par. quæ videntur facere contra permutationes,& resignationes beneficiorum ecclesiæ collegiatæ Sancti Michaelis Papiæ, & aliorum simplicium iuris patronatus,& sacerdotalium factas per R.D.Vicomercatũ sacerdotalem,& R.D.Palliarium clericum simplicem, ubi non fuit facta mẽtio in supplicatione ꝑmutationis, & resignationum de iure patronatus,& quod erat sacerdotale,& conferebatur non sacerdoti, & sic incapaci a principio ex fundatione, & quod aderãt pẽsiones,& non fuit facta omnium publicatio, iuxta etiam dispositionem Bullæ Pontificis Pii Quinti editæ de anno 1568.& cõtra præpositum Sancti Michaelis fuit Iudicatum * hoc anno 1585.Papiæ. *
48 Et licèt † propter inæqualitatẽ beneficiorũ non rescinditur, nec annullatur permutatio dummodo beneficia habeant talem qualem dotẽ,& prouentum,& nõ præsumitur simoniaca, nec fraudulosa, secundum communem opinionem, vt per Dec.in cõs. 210.Appostilla,ad Afflict.decis 17.num.4. Ludo. Gomesi. in Regula. de infirm. resigna.quæst.19 car.94 colum.2.& in Regula de Annal.possessio. quæst. 47. cart.292.lit. F.uersic.& pro ista opinione, latè Rebuf.in suis concordã Franciæ, Rubric.de collatio. §. uolumus, versicu. permutationis, cart. 450.& seq.vsque car.458. quibus in locis, habentur quamplures coniecturæ, quibus permutatio præsumitur, fraudulosa & a simonia-

ſimoniaca, & quibus non, ubi Rebuf. d. §. uolumus. cart. 456. uerſi. quęro quando excuſentur, dicit debere omnes has coniecturas exprimere coram Papa, & in ſupplicatione alioquin cenſeretur circunuentus, & non ualebit prouiſio, per conſilium Oldrad. conſi. 324. factam, colum. 3. & ſequen.

49 Nec habet locum † optio regulariter in iſtis permutationibus, qa reſignationes fiunt in manibus Papa, ex cauſa permutationis, ita dicit Federic. de Sen. conſi. 62. uerius, & in tracta. permuta. benefi. q. 28. cart. 221. Rebuf. in cōcorda. Francia, in tract. nominatorum, q. 15. nume. 24. uerſic. item beneficia permutata, & latè per Imol. in c fi. nume. 59. & ſequen. uerſic. ſecundo, quæritur de rer. permuta. quæ poſſunt conſiderari per canonicos Sancti Michaelis, circa cameras, & uide Franc. in cap. fina. §. fi. de conſuetudi. in 6. Petr. de Vbal. in tracta. de permu. benefi. in 7. & ultimo membro, num. 5. & ſeq. car. 177. & Prob. in additio. ad Ioan. Monach. in cap. cum tua, numer. 29. & ſeq. de conſuetudi. in 6. cart. 55.

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO. XXVI.

## ARGVMENTVM.

Conductor qui promiſit facere molendinum pro certo pretio præparata materia per dominum ſi cæpit ędificare, & poſtea derelinquat opus, tenetur de omni damno, & intereſſe, uſque ad tempus, quo dominus potuerit prouidere.

Conducens opus ad uſum boni uiri tenetur ad damna, & intereſſe, ſi ante approbationē factam à peritis caſmate pereat.

Intereſſe, & damnum emergens & pœna quando, & quomodo poteſt peti contra illū, qui promiſit opus facere, & non fecit, hic latè pertractatur.

Damnum datum vicino ab aliquo animale, vel ruina, an, & quando dominus teneatur reſarcire, vide hic.

Ligna, & aliæ res, quæ cadendo, vel currendo per flumina dant damnum ædificio alterius, an ſint dominorum, vel poſsint pro damno retineri, uide hic.

## SVMMARIVM.

1 PROMITTENS *aliquid facere, nō conſtituitur in mora ob non factum, quoties per alterum compromittentem non adimpletum pro parte ſua in parandis oportunis, & neceſſarijs ad opus perficiendum, & nu. 8. & nu. 25.*

2 *Delegatio cauſæ non incipit, niſi poſt adimpletam conditionem in breue contentam.*

3 *Depoſitum debet fieri coram iudice in loco vbi ius redditur, vel apud campſorem, aut aliam perſonam à iudice ordinario approbatam.*

4 *Commiſſio cauſæ (cum clauſula parito iudicato) non valet, niſi prius appellans dimiſerit poſſeſſionem, reſtituerit fructus, ac ſoluerit expenſas, & condemnationem.*

*Clauſula, (parito prius iudicato) quid operatur, vide nu. 4.*

5 *Penſio ſoluenda ſuper fructibus de menſe Ianuarij, & Iulij (ſi fuit cōceſſa de menſe Nouembris) intelligitur non de menſe Ianuarij immediatè, ſed de alio ſequenti, quo fructus erunt recollecti.*

*Depoſitum iudiciale coram iudice ordinario, fit ante litem conteſtatam, & poſt, coram delegato fit poſt litem conteſtatam tātum, nume. 5.*

*Forma debet præcedere actum, num. 5.*

*Legatum fructuum ex certo loco non debetur niſi fructibus ſequentibus recollectis, & nō de fructibus ante legatum perceptis, nu. 5.*

*Ordo naturæ in qualibet ordinatione debet anteire, niſi clarè de contrario appareat.*

*Promittens ſoluere dotem intra annum ad beneplacitum intelligitur ſequutis nuptijs, & non ante, niſi aliter clarè appareat, numero. 5.*

6 *Iudex ſecularis, an debeat exequi ſententiā iudicis eccleſiaſtici, & illi concedere brachium ſeculare ſine reuiſione proceſſus.*

7 *Fid[illegible]ſſor, aut depoſitarius [illegible], an poſſit coram eccleſiaſtico iudice, vel ſolùm coram*

*ſecula*

*dini, quando peritus non ædificauit illud intra tempus, & quomodo, nu. 52. 53 & 55.*

43 *Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputet, nu. 49.*

44 *Locans operas suas ad aliquod ædificium fabricandum, si ceperit, & non finierit, an debeat pro tempore quo laborauit satisfieri, & quid si dietim locauerit operas suas, nume. 52.*

*Famulus, qui promisit stare certum tempus, & noluerit finire tempus absque causa, an debeat habere salarium pro tempore, quo stetit, nu 44.*

45 *Labor sine premio, & fructu esse non debet, sed honesto premio decorari, & qui plus laborat, maiorē pmiū debet habere, num. 46.*

47 *Conducens operarios pro certa mercede nō tenetur eis pstare victū, nisi sit consuetudo.*

*Promittens soluere operarios illud quod alij soluerunt, aut soluenti censetur de minori summa, si diuersimode sit facta solutio, fallit in solutione speciei, nu. 47.*

49 *Promittens facere aliquod opus & ædificiū, an possit per substitutum seruire, vel sit electa industria personæ.*

50 *Conductor alicuius ædificij si opus non perficiat, tenetur ad damna & interesse solùm vsque ad tempus, quo dominus fecerit, vel fabricare facere potuerit huiusmodi ædificium, nu. 48. 52. 53. 54. 55. 56. 62. 63.*

51 *Periti præsumuntur adesse in aliqua ciuitate, vel loco insigni.*

52 *Ignorantia non excusat eum, qui scire potuit, quod ignorat.*

53 *Paria sunt conductores accipere, & posse accipere, sicut nolle accipere, & non posse.*

57 *Damnum datum alicui uicino per animal, ruinā, et aliā rem ēt insensatam, quādo dūs tenetur resarcire, & quando non, vide hic, vbi distinguitur, & nu. 15 seq.*

58 *Animal, & res, quæ dedit damnum, etiam insensata quouis casu, tenetur ad damnū, & potest retineri pro damno nu. 59.*

*Vasa, & alia mobilia ad fenestras & domos appensa, non possunt teneri super vijs publicis, aliàs si cadēdo dant damnum, dominus tenetur, nu. 57.*

59 *Ligna, & trabes, quæ p flumina currunt ob inundationes aquarū, sunt veri dñi, & non occupantis, & si dant damnū molendino, & domus possunt retineri pro damno, num. 60.*

61 *Domus, quæ minatur ruinā debet a dño resici aliàs tenetur dominus de damno infecto, et officio iudicis p̄ viā cautionis pōt succurri.*

*Dominus præsumitur scire vitium sui animalis, & serui, si in domo sua stetit per aliquod tempus, nu. 57.*

63 *Promittens in tribus terminis, aut paghis, vel annis soluere, aut aliquod opus facere, intelligitur quolibet anno vnam pagam soluere, vel vnam tertiā partē operis facere.*

64 *Expendens pecunias vniuersitatis, & minorū ad alium usum, quàm conuentum, tenetur ad usuras vsurarum, & puniri potest.*

*Thesaurarius Papæ, & Principis, ac uniuersitatis expendens pecunias in usus proprios, tenetur ad interesse, & punitur.*

65 *Restitutio in integrum non datur aduersus impedimentum, quando impedimentum nō nocet, & tēpore impedimenti actus propter præcedentem negligentiam finiri non potest.*

## DECISIO XXVI.

DOMINVS Horatius de Mancinis de Monte Politiano, sub die 7. mensis Martij 1559. fecit scriptam cum magistro Laurētio de Cortona magistro molendinorum, in qua partes ad inuicem promiserunt, uidelicet dictus magister Laurentius facere molendini dicti Horatij, & eidē Horatio dare finitum & perfectum, ac aptum ad triturandum, & ipse Horatius promittit dare, & prouidere de omnibus necessarijs ad conficiendum dictum molendinū dicto magistro Laurentio, eique facere expensas, & prout in dicta scripta continetur, & dictus Horatius promittit dare dicto magistro Laurentio pro omni suo magisterio, & labore scutos uiginti aureos, & si aliquis ipsorum à promissis recederet, cadat in pœnam scutorum 25. aureorum, & q̄d quilibet eorum possit protestari, renūtiantes omnibus legibus, & statutis in fauorē facientibus, & euenit, quòd magister Laurentius de dicto anno cæpit fabricare, & ædificare dictum molendinum, & ibi laborare cum filijs per aliquot dies, postea discessit, relicto ædificio imperfecto, quo uiso dictus Horatius de anno 1560. Mensis Iunij, protestatus fuit dicto magistro Laurentio de omnibus damnis, expensis, & interesse, casu quo non reuertatur ad perficiendum dictum molendinum, iuxta scriptam, factis prius interpellationibus extra iudicialibus per literas, & Nuncios, per dictum Horatium, & postea uisa mora dicti magistri Laurentij dictus Horatius

locauit

locauit d. Molendinum Magistro Dominico Magistri Matthei detto Scudiscio pro scutis 36. aureis, absque expensis de mense Ianuarij 1562. qui Magister Dominicus promisit illud finire, & dare triturans. Accidit, quòd de anno 1562. hyberno tempore fuerunt magni imbres, & multum pluuit, adeò quòd omne ædificium factum per dictum Magistrum Laurentium, & per d. ctum Horatium cessante periit, qui Horatius in reficiendo, & purgando, ac releuando dirupta, & de nouo fabricando expendidit scutos x & plus, & probauit, quod si d. Molendinum fuisset perfectum, & finitum debitis temporibus, lucratus fuisset ad rationem stariorum quinq; grani pro quolibet mense, prout lucratus fuit, & est post Molendinum perfectum: vnde fuit de duobus dubitatum.

Primo, an d. Magister Laurentius teneatur ad dānum, & interesse d. Horatio, occasione d. Molendini imperfecti relicti.

Secundo, dato, quod sic, quantum sit istud interesse.

Et quo ad primum dubium, pro parte Magistri Laurentij dicebatur.

Primo, d. Magistrum Laurentium ad aliquod interesse non teneri, quia quotiescunq; quis promittit aliquid facere, & alter promittit omnia ad illud faciendum parare, & prouidere, antequam cōstituat in mora illum, qui promisit facturum, debet ipse probare ex parte sua omnia adim
1 pleuisse, & sic omnia † parasse, & prouidisse ad faciendū illud, quod fuit promissum, aliàs nunquam constituit promittentem in mora, & vt per Barto. in l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. & videtur tex. optimus in l. naturalis. §. at cum. ff. de præscrip. ubi Ias. num 3. & Pau. de Cast. & Docto. in d. l. Iulianus. §. offerri. Dec. consi. 119. col. j. Rota Luca. decis. 2. Ruin. consi. 144. no. 3. & 4 volu. 1. Bertazzol. consi. 465. num. 44. & consi. 466. num. 12. & seq. uol. 2. in Criminalib. car. 263. Rota Genuæ, decis. 214. car. 269. vbi etiam uenditor non potest pretiū petere, nisi ostendat rem tradidisse, & maximè in isto casu, vbi d. Horatius tenebatur prius parare, & prouidere necessaria ad Molendinum construēdum, vt per Pau. de Cast. in d. §. offerri, & Corn. consil. 245. colum. 2. & 3. volum. primo, pulchrè Rimi. Sen. consilio 535. uolumine 3 car. 148. & infra nume. 2. & conferunt quæ dixi supra

decisio. 14. sub num. 16. hac secunda parte, ubi ille, qui prius adimplere debet pro sui parte, cum hoc, quòd recipiens debeat cauere, uel pretium conuertere in bonis immobilibus pro securitate solutionis, si nō soluit intra tempus, incidit in moram, licèt alter non offerat cauere, nec reinuestire, quia ipse prius tenetur adimplere. & sequitur Bero. consi. 136. num. 7. & 8. uol. 1. & ideo dixi R. D. Vicarium Vercellensem non habuisse, nec habere iurisdictionem in causa: sibi delegata à Papa, cum clausula (causa committatur facto prius deposito) nisi facto prius deposito coram iudice ordinario, à quo & illo præsentato iudici delegato, tunc conditione illa adim
2 pleta causa dicitur commissa, & potest † iudex delegatus incipere cognoscere, & non ante, per supradicta, ubi prius adimplere obligatus non potest alterum conuenire, nec facere cadere in moram & in pœnam nisi ipse prius pro sui parte doceat adimpleuisse, & in proposito tradit Pau. Emi. Veral. Rota Rom. decisi. 150. in 1. par. car. 42. ubi ita Rota tenuit, & etiam confirmatur ex infra allegatis ad hoc propositum in d. causa appellationis, ex quib. dignosci poterit ueritas cōmissionis, & iurisdictionis iudicis delegati penes illos, qui intelligunt leges, & canones, prout loquuntur, & precibus, uel odio non mouentur ad allegandum, & iudicandum, sed solum modis, & uerbis deductis in c. 1. de re iudi. in 6. de quo tetigi supra in decisi. 20. nu. 36. & 49. hac 2. parte.

Dico iudicem delegatum in hac causa appellationis non posse ullo modo incipere cognoscere de sua iurisdictione, nisi prius facto deposito coram iudice ordinario à quo, qui tulit primam sententiam condemnatoriam penes personam per ipsum iudicē eligendum, quæ sit facilis exactionis, & non ipse delegatus debet eligere locum, & personam faciendi tale depositum, quia tex. allegatus per partē diuersam in d. l. acceptam. C. de usur. dat respon
3 sum, quia dicit, quod debet † depositum fieri apud ædes sacras, hoc est Rectores ecclesiarum, aut ubi præses iudicabit, & sic in palatio ubi ius redditur, uel apud campsorem, aut aliā personā per iudicē approbatam, & loquitur de iudice ordinario, ut etiam ibi loquitur Bal. & Doct. & ita ēt Menoch. in casu 232. libro 1. & ratio est in prom-

ptu, quia depositum ad hoc, ut ualeat, & sit congruo loco factũ, debet fieri in loco, ubi est fienda solutio, & est facta cõdemnatio, & iudicium motum. Socin. cons. 302. nu. 3. lib. 2. Afflict. decis. 150. num. 11. Negusan. de pignorib. & Hipothe. in 2. par. 3. mem bro. 5. part. principa. sub nume. 9. uersic. locus autem in congruus, & sub num. 26. uer sic. septimo, requiritur, ubi etiam dicit, qđ persona depositaria debet esse talis, quòd cõtra eum sit facilis exactio, & sic de loco, ubi iudicium principaliter fuit intentatum, cum sit necessarium, & nõ uoluntari um, adnotata pulchrè per Marcabru. in cons. 82. per totum, & nu. 22. 29. 32. 33. 67. 68. 84. 85. 108. 114. cart. 319. per Bal. num. 2. & Salicet. in d. l. acceptam, & est decisio Rotę Romanæ, ut per Paul. Emili. Veral. decisio. 342. in 1. part. cart. 99. & deci. 405. numero 3. & 4. libr. 2. ubi solutio expensa rum, & oblatio debet fieri in loco, ubi iudi cium fuit agitatum, & facta cõdemnatio, aliàs non ualet oblatio; & tanto magis hęc procedunt in deposito, & oblatione fienda lite pendente in iudicio, quia debet fieri co ram iudice ordinario, qui comdemnauit ante litem, & post contestatam; coram uerò delegato, uel iudice appellationis non fit nisi lite contestata. tex. in l. si Reus paratus. in fi. ff. de procura. Bald. in l. inuicem, in fi. C. de compensa. Nigusan. de pignorib. ubi supra, in 3. part. 3. membr. 5. part. princi pa. nume. 6. Cùm igitur Papa non commi serit causam delegato iudici appellationis, nisi post factũ depositum, per illa uerba (facto prius deposito) & sic, quòd prius debeat fieri depositum, & causa postea cõmittatur, clarè apparet, quòd debet fieri co ram iudice ordinario. coram quo, ut dixi, potest fieri ante litem, & post contestatam depositum, & non coram delegato, quia si fieret coram delegato, peruerteretur ordo naturę, quia esset iudex, antequam causa esset commissa, & depositum fieret post causam cõmissam, non autem ante, & sic illa uerba (facto prius deposito) non uerificarentur ante cõmissionem, & purè debent uerificari prius uerba rescripti, adno tata per Staphil. de Liter. Gratiæ, & iusti. cart. 162. uersic. quando est lata una sen

4 tẽtia, ubi dicit, † causa commissa cũ clausula (parito iudicato) quòd appellans debet dimittere possessionem, restituere fructus, & soluere expensas & iudicatum, & postea super meritis cognosci; & sequitur Lancel. de attenta. cap. 18. nume. 128. in 2. part. cart. 387. & bene loquitur Ioan. Petr. Veral. Rota Roma. decisio. 150. in 1. part. cart. 42. & in proposito consuluit Pau. Pic. in cons. 27. num. 6. & 7. cart. 70. ubi consu-

5 luit, quòd † pẽsio soluenda super fructibus de mense Ianuarij, & Iulij, si à Papa est con cessa pensio de mense Nouembris, quo tempore nulli fructus sunt recolligendi, ta lis concessio solutionis fiendę primo termino ad festa Natiuitatis Domini, intelligitur non de Natiuitate immediate sequẽti, sed de alia anni sequentis, quod tem pore erũt fructus recollecti, nam si intelli geretur de primo Natale, non uerificarentur uerba Papæ, quia non solueretur super fructibus, cum iam sint recollecti tempore, quo concessit Papa, & uult super fructibus solui pensionem, & sic super fructibus, qui recolligentur post pensionem concessam, quia tunc incipit habere locum pensio, & ab inde retro beneficium fuit sine pensione, ut ibi latè concluditur, & allegat etiam Felyn. in cap. super literis, colum. 3. uersic. modus autem cognoscendi, de rescrip. & Ioã. Andr. in additio. ad spec. tit. de fructib. & interes. §. 1. uers. quod de liberis, ubi dicit, quod Testator in Calend. Nouemb. ordinauit, quod hęredes eius annuatim in festo Natiuitatis Dñi Carratũ unũ uini de nasciturо ex tali uinea soluerent fratribus Sancti Francisci, quod intelligitur de Natiuitate Domini post fructus recollectos post mortem Testatoris, & non ante, quia tunc incipit habere uires legatum, & dicit de nascituris, non de nato, & faciunt quæ dixi in tract. de usufru. numero 167. cart. 631. & conferunt adducta per Corne. d. cons. 245. col. pen. uersic. ideo decet qđ annus, uol primo, & Alexand. consil. 145. nu. 1. uersic. Nec ad hoc obstat, & num. 2. uolum. 5. ubi ordo naturæ in qua libet ordinatione debet anteire, nisi clarè de contrario appareat, & ideo solutio dotis promissa intra annum, intelligitur sequutis nuptijs, & non ante. Alexand. cons. 145. nu. 1. cons. 61. nume. 3. in fin. uolum. 5. & Corne. cons. 245. col. penult. & fin. uol. primo, ita in casu isto secundum ordinem naturæ, cùm Papa dixerit (facto prius deposito causa cõmittatur, &c. uel causa cõmittatur facto prius deposito, quod idẽ est) debet prius fieri depositũ, postea causa

com-

committi, si est fiendum depositum antequam causa committatur, & in iudicio, ergo necessario est dicendum, depositum fieri in iudicio coram iudice ordinario, & delegato, corã quo non fit, nisi post litem contestatam, & causa non potest committi, nisi sequuto prius deposito, alias ordo naturæ peruerteretur, & uerba Papæ non uerificarētur cōtra doctrinã, Bald. in l. lecta, colum. 3. uersic. tu dic subtiliter. ff. si cer. pet. & per supradicta, cùm istud sit datum pro forma, quæ debet precedere actũ, ut in proposito notat Rim. Sen. consil. 418. nu. 2. & 3. uolum. 3. cart. 13. ubi loquitur de statuto loquente per uerba, prius, & posterius, & in proposito loquitur Paul. Emil. Veral. Rota Roman. decis. 150. in 1. par. car. 42. & sic apparet quòd depositum est fiendum in Ciuitate Papię corã iudice ordinario, in quo loco est fienda solutio, & est facta executio, & facilis erit exactio, uel penes personam ecclesiasticã, aut idoneam de facili exigendã, arbitrio iudicis ordinarii, qui condemnauit, ut sentit etiam Paul. de Castr. in d. l. acceptam, nu. 3. uersic. in textu ibi sacratissimas. C. de usur. & licèt Bal. in d. l. acceptam, nu. 2. uideatur uelle locum eligi debere per iudicē ad petitionem offerentis, Tamen dicit hoc procedere, quando dubitatur de loco tuto, & sic offerens non habet locum tutum, & uult Bald. quòd etiam tali casu iudex faciat offerre penes personam, quę sit facilis exactionis, & sic clericus est condemnatus ab Episcopo non est fiendũ depositum penes perso-
6 nam † secularem, & in loco illorum Dominorum, qui uolunt fieri executiones in laicos sine eorum licentia, & uisione processus, de quibus loquitur Roland. consil. 34. num. 11. cons. 37. uolum. 1. Paul. de Castr. con. 32. uolum. 3. Hippoli. singul. 138. in fin. Rebuf. in constit. Regni. tomo 2. de liter. Requisito, num. 20. car. 100. Marã a. in disputa. 1. nu. 8. ubi potest iudex laicus excommunicari, si non exequitur, uel pręstat brachium seculare, & uti Deposi-
7 tarius, &† fideiussor clerici posset excipere non posse conueniri, nisi coram suo iudice laico, ut uult Tiraquel. de iur. constitu. car. 183. limita. 26. in 3. par. & Hippoli. in Rubric. de fideiussori, n. 311. uers. pone aliquis fideiuss. & Bal. in auct. habita. n. 25. C. ne filii pro patre. licèt Vincenti. Caroci. in c. cũ quid par. 3. limit. 2. sub nu. 7. car. 151. de regul. iur. teneat cōtra, & sic patet ex prædictis Magistrũ Laurētiũ in aliquam morã nō incurrisse, nō prius facto implemēto ex parte D. Horatii. Nec isto casu erat necessaria aliqua interpellatio ex parte Magistri Laurentii aduersus dictũ Horatiũ, q̃a in contractibus ultro citroq; obligatoriis quãprimum una pars impleuit ꝓ sua parte, alia pars potest implere, & non implet, quamuis non sit taxatũ aliquod tempus ad adimplendum, tamen statim in mora
8 † cōstituitur, ut ꝑ Bart. in d. l. Iulianus. d. §. ex uendito. & in l. curabit. Cod. de actio. em pt. & per Ias. in d. §. at cum. num 3. & in l. 2. num. 35. C. de iur. emphi. Bero. cons. 62. num. 3. Anchar. Regiens. quæst. 68. num. 2. 3. 4. in 2. part. ergo si non adimplet, nō quã potest alium in moram constituere, ut per Docto. in d. §. offerri, & per supra allegata, nume. 1. & Paris. cons. 34. num. 7. uol. primo, & numero 21. & Ancha. Regiens. quęst. 68. in contract. in 2. part. Rimin. Sen. d. cons. 535. uolum. 3. Cùm igitur nō apparet dictũ Horatium habuisse in promptu omnia necessaria tempore, quo ædificium potuisset finiri, & ex dictis testium examinatorũ pro parte Magistri Laurētii expresse hoc constare dicitur, & dictũ Horatium fuisse requisitum, & interpellatum à Fratino filio dicti Magistri Laurentii, uidetur dicendũ dictũ Magn. Laurētiũ non teneri ad aliquod interesse, quia frangēti fidem fides frãgatur eidem, maximè cũ nō suus in diuersis obligationibus, ut cōsuluit Paul. de Cast. in cōs. 412. Quia breue spatium, uol. 1. & per Doct in d. §. offerri, ubi Pau. de Castr. Immò dictus Magister Laurentius posset petere damna, expensas, & interesse dicto Horatio, & non potuisset cogi amplius ad aliquod ædificiũ perficien-
9 dum † cum ex culpa ipsius nō euenerit, ut in simili ꝑ singulari tradit Mathesi. sing. 50. Magnum periculum, num. 2. & ibi adden. Alexand. cons. 49. nu. 3. & 4. uolum. 2. Tiraq. ĩ tracta. de iudi. ĩ Reb. exig. uers. trigesimoseptimo, car. mihi 54 Plot. in l. si quando, num. 543. uersic. actio. C. und. ui, & Paul. de Cast. d. cons. 412. & per Paris. de sind. in cap. si officialis decedat, & faciunt, quæ dixi in tracta. de Tutor. & Cura nume. 218. uersic. & ita iudicaui in Ciuitate Politiana, cart. 206. Felyn. consil. 25. numer. 10. & seq. Crot. cons. 114. num 10. & seq. uolum 1. cart. 136. & Roderic. Soarez. alleg. 19.

nu.22.Ruin.conf.108.nu.11.& seq.vol.1. car.172.Fran.Frecia,in tract.de præsenta. instrum.in 13.par.quæst.3.car.104. ubi ét habetur,quòd qui non adimplet intra statutum tempus,licèt postea adimpleat, nō potest executiuè agere contra aduersariū maximè præcedente iuramento,quia ipse prius defecit in salutare suo, & tetigi supra decis.25.nu.34.hac 2. par. & infra numero 31.

Secundo,quia fuit conuentum expresse in scripta facta inter magistrum Laurentium,& Horatium,quòd illa pars,quæ nō stabit promissis,& deficiet in casu suo,incidat in pœnam scutorum 25.aureorum,cū protestatione fienda ad inuicē, & apparet ꝙ non fuit petita pœna,sed interesse damni emergentis, & lucri cessantis, quo casu non pōt ferri sententia super interesse,nā
30 † sententia debet esse cōformis petitioni, & super non petitis nō pōt iudex pronuntiare nisi nulliter , ut not.in l. uinum.ff.si cer.pet.& ibi Doct.c.licet hely.de simonia, Immo fatuus est iudex,qui super non petitis pronūtiat,ut per Bar.in l. stipulationes non diuiduntur.ff.de uerb.oblig.& Sebast. Vant.de nullit. senten.ex defe. proces. nu. 97.uers.idcirco, car.mihi 229. nisi super interesse esset pro sequutum iudicium , ut dixi supra in Repertorio decisionum , in uerbo,sententia lata extra petita in prima par.Afflict.decis.95 in fi. Paris.cons.26.nu. 13.& 14.uol.4.Caballi.consti.Aegidia.lib. 6.c.28.sub nu.3. Pau.Emi.Varal.Rota Romana decis.262.in 2.par. car.87. & decis. 126.in 3.par.car.36. & appellatione inte-
31 resse non uenit pęna, quia † pœna est certa,& continet certam summam , interesse uerò a principio est incertum,& pœna succedit loco interesse,& est diuersa, ut dicit tex.in l.fi.ff.de præto.stipulatio. & in l. stipulatio ista habere licere.§ alteri.ff.de uerbo. oblig & ita firmat multum subtiliter Anto. Fume.in l.unica.C. de eo, quod interest,numero 19.20.& Docto.in d.l.unica,ubi Dec.& alij,nec ualet argumentum de pœna ad interesse,ut per Ancar.q.familia.54.numero 15.lib.1. uide Corne.consilio 2.num.14 uol.3.& glo.in l.1 §.si plures.ff.de eo,per quem fact & quando pœna est expressa in contractu,illa debet peti,
32 & non † interesse , aliàs petens interesse succumbi debet d.l.fi Bar.in l. Lucius.ff.de actio.empt. Ias.in l.2.§. item si in facto,nu. .. & seq.ff.de uerb.oblig.etiam quod ista pœna non concurreret cum interesse, ut ibi per Ias. si esset apposita super facto affirmatiuo,ut in casu nostro,ut latè consuluit Paris.cons.34.num.12.32.& num.37. uol.1.Beneue.in tract.de mercat. in 5.par. nu.21.& seq.car.mihi 84.& Maran. in suis disputa.num.20.& nu.26. & seq. disputa. 7.& uide infra nume. 22.& 33.& maximè quia fuit pœna posita pro relaxatione interesse,ut præsumitur,ut per Paris.d.cons. 34.nu.38.licet Bertachi.in 2.par.in uerbo, interesse,teneat cōtra,& uide Doct. in l. fi. §.fi.ubi Alex.de eo per quem fa.er.& Bar. in l.qui fidem.ff.de transact. & ea quæ dixi supra decis.25.nu.27. & seq.& num.33.& seq.hac 2 par.

Tertio,quia dictus Horatius tenebatur prius præparare necessaria ad construendum molendinum , & ad faciendum fundamenta,& demonstrare locum certum, ubi molendinum esset ædificandum, quo casu necessaria erat interpellatio,& protestatio infra tempus aptū ad conficiendum dictū molendinum, cum & locus loci non cer-
13 tus ac dies incerta reperiretur † ideo erat necessarium requirere,& certiorare dictū magistrum Laurentium de loco certo,& de die, qua intendebat ipse Horatius uelle molendinum facere, seu incipere,ut cōcluditur Dec.in cons.3.col.3.& 4.& Paris. d.cons.34.nu.24.uers. & licèt cōmunitas, uol.1.& cons.5.nu.45.& seq.& nu.51. uol. 4.tetigi infra, nu.34.sed hoc non fuit factū per dictum Horatiū,neq; in tempore, neque legitimè,ideo perinde est ac si nō fuisset
14 factum,nam † protestatio, & interpellatio facta extra tempus nō ualet, nec obligat.l.si soluturus.ff.de solutio.Paris.d.cōsi.
15 34.nu.27. cum simili. Quia † paria sunt nō facere,& extra tempus facere,sicut paria sunt quem non esse obligatum, & tempus esse lapsum,per tex.in l.sed si unus.§.situ.ff.de iniur.Paris. de sindi.c. pone quod extat statutum in prin.Pau. de Cast. consi. 117.nu.3.uol.1.& paria sunt quid nō facere,& illegitimè facere l.4.§. condemnatū, cum concordan.ibi per Alex.ff.de re iudi. & Afflict.decis.182.nu.2. Et paria sunt nō esse debitorem,& esse, sed per exceptionē tueri, & ante diem uel conditionem conueniri.l.fulcinius.§.si in diem ff. quib. ex caus.pos.in pos.eat. Quòd autem non fuit facta interpellatio , & protestatio in tempore

pore apparet ex depositione testium, qui deponunt fuisse de anno 1560. de mense Maij, & postea iussu d. Horatij ad uocandum d. Magistrum Laurentium, vt vellet redire ad conficiendum Molendinum. Et scripta, & sic obligatio fuit facta de mense Martij 1559. ita quòd cucurrerũt menses quatuordecim, & Molendinum potuisset regulariter finiri ad plus infra quatuor menses, per quod datur intelligi d. Horatium non habuisse omnia necessaria parata, & sic non adimpleuisse ex par te sua. Nam quãdo quis promittit factum
16 † successiuum, vt domum, seu insulã ædificare, talis promissio habet diẽ tacitam, infra quam opus expediri possit l. insulã. ff. loca. Marc. Anto. Baue. in tract. de mora, in 2. par. nume. 15. versic. 8. idem dicas, in Tom. 16. & Dec. d. consil. 2. sub nume. 6. & & Paris. consi. 5. num. 45. volum. 4. Anch. in suis quæst. familia. quęst. 63. num. 13. 14. & num. 20. in 1. par. & infra car. 609. num. 22.
17 Et † dies tacita ita interpellat, & constituit quem in mora, sicut expressa, vt per glo. in l. si mora. ff. sol mat. & sequitur Dec. dicto consi. 2. sub d. num. 6. Dec. & Doct. in l. ninum. ff. si certum peta. Alexan. consi. 131. num. 1. 2. volum. 4. latè Paris. consi. 19. nu. 196. & seq. volum. 2. car. 60. Ias. in l. 2. num. 35. C. de iur. emphy. Et quòd protestatio facta (dato ꝙ in tempore esset facta) non sit legitimè facta, apparet ex forma protestationis, & relaxationis nuntij, in quibus non apparet fuisse factam, & notificatam ad locum uicinıæ, ubi solebat manere, & morari d. Magister Laurentius, neque ad
18 scalas † palatij, ut mandat statutum, ita ꝙ non potuit reddere d. Magistrum Laurentium, vt docet Alexand. in consil. 33. vol. 2.
19 & † actus factus contra formam statuti, est ipso iure nullus, quia forma est illa, quæ dat esse rei, vt dixi supra in Reperto. Decisionum, in uerbo, forma statuti, & in uerbo, forma quando est inducta, in 1. par. & in dubio forma statuti importat substantiam actus. Mari. Angusol. consi. 275. num. 12. & seq. car. 477. Dec. consil. 429. in causis, nume. 5. & consil. 455. & dixi in Repertorio, Decisio. in uerbo, forma statuti, in prima par. Nec isto casu per illa uerba relata per nuntium, hoc modo uidelicet se citasse, & notificasse protestationem dicto Magistro Laurentio, cum copia, & omnia in ea contenta, eademque copiam ad columnam affixisse, & omnia alia fecisse, pro vt habuit in mandatis, & in mandatis fuit sibi commissum, ut notificaret more absentium, præsumitur notificasse ad scalas, & ad locum vicinię, & ubi erat solitus morari dictus Magister Laurentius, ad sonum tubæ, quia omnia ista distinctè debẽt
20 apparere, & non generaliter, aliàs † solemnitates istæ nunquam prę̄sumerentur interuenisse, vt pro singulari tradit Hypp. sing. 323. nume. 3. Pau. de Cast. consil. 428. uisis, & consideratis, nu. 4. uolum. 1. Tob. Noni. consi. 58. & uide Alex. cons. 138. vol. 7. & consi. 77. volum. 3. num. 10. & tetigi in Reperto. Decisionum, in verbo, solemnia, & in uerbo, solemnitas, in 1. par. Pet. Surd. consi. 28. nu. 99. & seq. car. 86. Rota Putei, decis. 355. lib. 1. car. 132. & decisi. 365. lib. 2. Cassad. decis. 3. per totum, & n. 7. de procu.

Quarto, quia hoc euenit casu fortuito, & naturali ui aquarum, ad quod non
21 † tenetur conductor. l. Maritus, & ibi glo. & Docto. ff. loca. & condu. Ergo non potest ad aliquid condemnari, & per Rota. Luca. decis. 8. nume. 10. Alexan. consi. 118. sub nume. 7. uolumi. 5. Pau. de Cast. consi. 425. num. 2. uolum. primo, Petr. de Vbald. de duobus fratribus, in octaua par. nu. 14. 15. & quæst. 13. 14. & 15. Dec. in l. contractus, num. 28. ff. de reg. iur. Soc. Iun. consi. 120. nu. 10. & 21. volum. 3. car. 146. & Bart. in l. & ideo. ff. de verbo. obliga. facit tex. & ibi Docto. in l. planè, & l. sequen. ff. de pet. hæred. & tetigi infra. nu. 38.

Pro parte D. Horatij multa allegabantur non spernẽda. Primo, quia d. Magister Laurentius se obligauit cum d. D. Horatio facere Molendinum triturantem arbitrio boni uiri, & versa vice d. Horatius promisit dare omnia necessaria ad dictum Molendinum construendum, & pro suis laboribus soluere d. Magistro Laurentio scutos 20. & facere expensas, pro ut in scripta continetur, & probatur per testes quamplures d. Horatij, ipsum Horatium tpe quo d. magister Laurentius cępit laborare, & facere dictum Molendinum, habuisse in promptu omnia necessaria ad d. Molendinum construendum, & finiendum, ut deponit Magister Mattheus secundus testis, Magister Dominicus quartus testis, Bartholomeus sextus testis, & Bannus Ioannis septimus testis, & sic adimpleuit ex parte sua omnia adimplenda,

& constat dictum magistrum Laurentium cœpisse laborare, & per aliquot dies laborasse cum suis filijs, & postea reliquisse dictum ædificium imperfectum, & se absentasse, & ipsum tantum foras stetisse, quod necesse fuit dicto Horatio post duos annos, de mense Ianuarij 1562. locare dictum Molendinum magistro Dominico detto Scudisio, & eidem dare, pro conficiendo d. Molendinum scutos 36. aureos, vt ex scripta apparet, quo casu manifestissimè apparet, dictum magistrum Laurentium non seruasse promissa, & non fecisse quod facere debebat, & transacto tempore, quo vero similiter poterat dictum molendinum perficere, ob non factum dicitur statim absq;
22 aliqua interpellatione † cõstitutus in mora, tex. est in l. si ita stipulatus essem abs te. ff. de verbo. obliga. Paris. d. consilio 19. vol. 2. & ita dicit Dec. in d. consilio 2. sub d. numero 6. & supra dixi numero 16. sequitur Paris. d. consi. 34. numero 15. vol. primo, & Corn. consi 217. viso processu, volumine 4. & Anchar. d. quæst. 54. numero 15. in prima par. & quæst 68. in 2. par. & vide Mascard. in tract. de probatio. concl. 1065. vol. 2. car. 403. & succedit obligatio ad interesse, vt est tex. in l. stipulationes non diuidun tur, vers. celsus. ff. de uerb. oblig. vbi Bar. & Doct. & Dec. in d. consilio 2. & Corne. d. consilio 207. & alii supra relati, & in terminis loquitur Gaspar. Caballi. tract. de eo, quod interest, numero 181. vers. non minus tamen, car. 298. Natta consilio 449. volumine 2. car. 428. quia pro facto promisso, & in totum non impleto, petitur interesse, transacto tempore, quo fieri poterat, vt sequitur Pau. de Cast. & Alexand. in l. si in stipulatus. ff. de verb. oblig. & Bertachi. in Repertorio in uers. interesse pro facto, sub num. 50. & late tradit Paris. d. conlio 34. num. 18. & Corn. consilio 28. visa petitione, nu. 9. vol. 2. & infra num. 37. seu pœna peti potest, quando est conuenta, vt in casu nostro, per ea, quę latè supra in proposito dixi, numero 12. & Corne. d. consi. 28. in fi.

Et dato, quod opus fuisset perfectum, & sic molendinum finitum, & se absentasset postea dictus magister Laurẽtius absque eo, quod fecisset illud approbare a peritis in arte, si casmate periisset, periculum illud totum spectasset ad ipsum magistrum Laurẽ
23 tium, quia † promittens facere ædificium ad arbitrium boni uiri, si ante approbationẽ minatur ruinam, vel sit vitiosum, aut casmate pereat, omne periculum spectat ad conductorem & fabricantẽ. facit tex. in l. si fundus, & l. maritus. ff. loca. & ita ꝑ plura dicit Fulgo. in l. opus, in fi. ff loca. & Bar. in l. marcius, in prin. ff. eo. & consuluit Paris. cons. 37. nu. 11. & 12. cons. 38. conductor iste, & cons. 40. nu. 2. & seq. vol. primo, & faciunt adducta per Alex consilio 129. puto de iure, vol 2. in molendino, Natta consilio 449. num. 8 & seq. vol. 2. quod nõ procedit in illo, qui dietim fuit conductus ad opus faciendum, Roman. sing. 31. si quis conducatur, Petr. de Vbald. de duob. fratri. in 8. par. quæst. 37. num. 28. uide Bar. sing. 122. qui locauit, Vincenti. Caroci. in tract. de loca. & condu car. 85. numero 1. seq. tit. uitio operis, & sic isto casu dicendum est, dictum magistrum Laurentium teneri, & obligatum esse ad restituendum omne interesse dicto Horatio, ob molendinum nõ finitum, quia tenetur etiam de leuissima culpa uti bonus uir, & peritus, per supradi
24 cta, & per tex. in l. si † fundus, & in l. maritus. ff. loca. & per Io. Botta cons. 105. car. 185. ubi latè Corn. cons. 157. col. 2. uolu. 2. Dec. in l. contractus, num. 27. seq. ff. de reg. iur. Caballi. in tract. de eo quod interest, nu. 182. car. 302.

Ad contraria, quæ supra dicta fuere in fauorem dicti magistri Laurentii, respondebatur, quod non procedunt in isto casu, sed quando constaret dictum Horatium non adimpleuisse ex parte sua contenta in dicta conuentione, & non quando clarè constaret
25 ipsum † adimpleuisse pro parte, vt dicunt Doct. in l. Lucius d. §. offerri. ff. de actio. emptio. & per Paris. d. cons. 34. uol. primo, at in casu isto clarè apparet dictum Horatiũ habuisse parata omnia necessaria a principio, quando dictus magister Laurentius ædificauit dictum molendinũ, & se absentauit, ergo, &c. nec potest dici contrarium probari per testes examinatos ex parte dicti magistri Laurentii, quia sunt singulares. Nã deponunt de auditu, absente dicto Horatio, & sic. se audiuisse dici a Fratino filio magistri Laurentii, & non quod non uiderint dicta necessaria parata in dicto loco molendini, quo casu eorum dictum nihil ualet, quia procedit a radice infecta, hoc est a fratino, qui habet interesse in causa, & sicut non crederetur dicto fratino, ita

etiam

26 etiam alteri ab eo † audienti, quia accessorium sequitur naturam sui principalis, et quod esset maius dignum suo principali. §. si quis alienam purpuram, insti. de rer diuis. & ibi glo. Ias. in l. huiusmodi §. legatū, nu. 21. & seq. ff. de leg. primo, cum simili. ne magis credatur copię, quàm originali, ut in proposito per Ias. cons. 22. accusatur, uolumine 1. Crau. cons. 6. nu. 67. uol. 1. Purpura. cons. 154 num. 5. & seq. uolu. 1. car. 158. dixi in decis. 1. nu. 47. car. 22. in hac 2. par. & Ioannes Hieronymi primus testis non dicit quòd dictus Horatius non haberet necessaria parata, sed quod dictus Fratinus dicebat dicto Horatio, quòd conduceret tabulones, & legnamina, & quòd dictus Fratinus sequebatur laborare lignamina, & ipse testis tulit auxilium dicto Fratiño ad conducendum tabulones in dicto loco; qui erant in gora dicti testis, & cola Benardini tertius testis non dicit, quòd dictus Horatius non habebat necessaria parata ad conficiendum molendinum, sed quod audiuit dictum Fratinum de anno 1560. ò 61. postquam reuersus fuit ex Pitigliano dicere dicto Horatio, quòd per eum nō stabat, quin opus perficeretur, & quòd prouideret Tabulones legnamina & alia necessaria, & ipse Horatius promisit prouidere, & sic per hoc non uidetur inferri, quòd infra tempus congruum non adfuerint dicta necessaria, attento, quod dictus Horatius non tenebatur statim omnia in promptu habere necessaria, sed dietim, &
27 infra tempus idoneum, † & in tempore, & existente dicto Fratino, aut Mag. Laurentio in opere, cùm ista dependeant a facto, & uoluntate ipsorum, ut consuluit Paris. d. cons. 34. num. 21. & seq. uolu. 1. & in cons. 5. num. 51. uersi. prout & necessaria, uol. 4. & sentit Deci. in cons. 6. vt diligenter sub num. 1. uers. 3. quòd istud lucrum, & etiam quia deponunt de facto inter fratinum, & Horatium tempore, quo reuersus est ad laborandum in dicto ædificio, quòd fuit de anno 1561. & sic post discessum Mag. Laurentii per plures & plures menses, & non est mirum, si aliqua poterant deficere, quia dictus Horatius propter longam moram dicti Mag. Laurentii, & filiorum poterat ab opere desperato aliquantulum desistere, & reliqua preparata non conducere ad molendinum, donec reuersi fuerint ad opus perficiendum, cum absque eorum præsentia in opere poni nō poterant, & sic non potest dici, quod culpa ipsius Horatii hoc fuerit factum. immo, ut dixi, constat ex iisdemmet testibus, dictum Horatium semper dixisse dicto Fratino, quod laboraret, & quod omnia prouidebit in tempore, & non deponunt de tempore, quo Mag. Laurentius unà cum filiis cæpit fabricare ædificium, in quo tempore aderant necessaria pro illo ędificio illius tēporis, quo casu de uno ad aliud non bene infertur, nam ex diuersis non fit illatio. l. Papi. exuli. ff. de minori, & tradit Corne. consi. 343. uol. 1. nume. 17. & seq. attento, quod per quatuor testes iure peritos contrariū manifestè apparet, uidelicet, quod dictus Horatius habebat, quando dictus Mag. Laurētius cæpit facere dictum molendinum, omnia necessaria in promptu, quod tempus debet attendi ad constituendum dictum Mag. Laurētium in mora post tempus molendini fiendi, & non facti, ut per Doct. in d. §. offerri, & supra dixi nu. 22. & testis deponens per sensum corporeum præfertur alteri nō ita deponenti, quia testis ad hoc,
28 vt eius dictum concludat † debet deponere per sensum corporeum, aliàs non probat. Deci. in l. 1. num. 55. ff. si cer. peta. Bar. in l. qui testamentro. § fi. & ibi adden. ff. de
29 testamen. & etiam quia sunt † maiores numero, & sciētia, ideo perferendi sunt, cap. in nostra, ubi Abb. Fel. & Doct. de testibus l. cum l. seq. ff. de testib. quia ubi est maior numerus, ibi pręsumitur maior ueritas. Corne. cons. 232. num. 3. uolu. 2. & magis credendum est magistris molendinorum, & fabris murariis, quàm aliis, quia standū
30 est † peritis in arte tanquam uerosimiliora deponētes, ut per Bar. in prohemio. ff. col. 4. uersi. item nota hic, & Doct. in l. 1. ff. si cer. peta. & in proposito cōsuluit Corne. consi. 343. num. 17. & seq. uol. 1. Alexan. consilio 148. uol. 2. accedit, quòd ipse Horatius non erat amplius obligatus tenere & habere in promptu omnia necessaria ad ædificium prædictum, quia erat transactum tempus per plures menses conficiendi dictum ædificium per dictum Mag. Laurentium. nam de mense Iulii, aut August. 1560. Fratinus iuit Pitiglianum, & postquàm reuersus fuit, laborauit in dicto ædificio, ut dicunt testes, & scripta fuit facta de mense Martii 1559. & de illo tempore cæpit dictus Magist. Laurentius facere di-

ctum ædificium,& a tempore scriptæ, & initii dicti laborerii, & reuersiones Fratini de Pitigliano cucurrerunt saltem menses 14.& dictum ædificium regulariter (vt deponunt omnes ferè testes Horatii) poterat finiri infra quatuor menses,ita quod a tempore mensium quatuor citra, dicitur dictum Mag. Laurentium incidisse in mora, & non adimpleuisse ex parte sua, & ideo dictus Horatius nõ erat amplius obli
31 gatus ad contenta in dicta scripta † maximè præcedente protestatione, vt supra dixi,num.9.& nu.22. & sequitur Paris.dicto consi.34.nu.26.volu.1. Matthesi d. singul. 50. & ibi adden. cum res non sit amplius integra,aliàs secus per ea, quæ dixi in Repertorio decisionum, in verbo electio,nu. 1.& 2.in prima par.Anchara. in clemen.rubri.de Hereti.sub numero 4. vlterius dicti testes(dato, quod probarent intentionem magistr.Laurentii, quod negatur, non debet haberi in consideratione, quia fuerũt producti, & examinati extra tempus statuti,quod præfigit tempus ad probandum, & probatum habendum,vt concludit Pau. de Cast.in l.fi.ff.de ferijs.Bar.in l.damni.§. Sabini.ff.de damn.infe.& sequitur D.Hennig.in sua pract.ciui.rubrica 14.num.14.& 15.& seq.Rota Bononi.decis.11.car.12.Paulo de Castr.in l.fi.ff.de feriis. Nec uidentur admissi a iudice, quia iudex admisit, quatenus sint admittendi, per quæ uerba censentur admissi,si sunt admittendi.si autem non sunt admittendi, non censentur admissi,sed reuocati,vt fieri potest.Dec.in cap.quoniam contra, numero 46.in fi. de proba.& ibi Niconi.glo.fi. numero 111.& concludit etiam Bald.in l.edita, sub numero 98.C.de edendo.Fel.in cap. cum contingat,sub numero 1.2.de off.deleg.Maran.in spec.aur.in 6. par. vers. secundo, sequitur numero 290.car.240. in secundo actu. &
32 idem † est si dixisset,quòd non admisit nisi nisi si,& in quantum,quia censerentur admissi,si essent admittendi, & utroque modo essent,& non essent ligatæ manus iudici,prout de iure reperiretur cautum posse, vel non posse procedere, non obstante dicto vulgarium, qui aliter putabant per doctrinam Rom.consi.501.num.4.& seq.quia nulla est differentia inter affirmatiuã hãc, & negatiuam,cum clausula si, & in quantum de iure,ut per Perus. in cap. sępe,nu. 4.de appella.car.37. Ruin. consilio 61. nu. 27.volu.5. Maran.Spec.Aur. in 6. par.in 2. actu.principa.num.200. versi. quid autem si iudex,car.240.Io. de Amic. consilio 71. columna 9.late Corne. consilio 80. col.1. & vol.1.Octaui.Pedemonta.decis.5.numero 2.& 10.car.28.& decis.131. num.1.& 2. car.525.Cæsar. Contard. de moment.possessio.limit.13. num.22. & seq. car.196. & ita practicatur, & fuit Iudicatum * Romę, ut refert Pau.Emil.Veral.Rota Roma.decis.59.num.2.lib.1.car.13.& uide Benintéd. decis.1.& Mari.Anguissol. cons. 172.nu.4. & seq. ubi loquuntur etiam quando simpliciter est admissa appellatio,uel Apostoli traditi.& Rui.cons.80.uol.5. & sic Plot. in l.si quando,nu.159.C.unde ui, malè loquitur.

Ad secundum fundamentum,quòd fuerit adiecta pœna expressa scutorum 25.& illa non fuerit petita,sed interesse;responderbatur, quod quandò pęna concurrit cum in
33 teresse,tunc potest peti † pęna,& interesse,si interesse est plus,quàm pæna, si autem minus, pęna peti potest etiam integra, ut per Bar.in l.4.in 9.oppo.in fi. §. cato. ff.de verb.oblig.Ias.in §.omnes,col.4. nu... insti.de actio.& Maran.d.disputa.7.in fi. & si non petitur pœna põt peti interesse, ut per Alex.& Doct.in d.l.fi.§.fi. de eo per quem fac.er.& Bertachi.in 2.par.in uerbo, interesse,sub nu.30.& sub nu.50. & etiã utrunque dummodo in uno obtineat Paris. d. cons.34.nu.vol.1.44. Afflict.decis.234.fideiussor,facit Bursa.cons.53.uol.1. tetigi supra,decis.25. nu.27.& seq. & nume.33. & seq.hac 2.par. Immo prius peti debet interesse, quàm pœna, & si interesse denegatur,tunc pœna peti debet,alias non,ita cõsuluit Dec.in d.consi.2. sub num.7.in fi.& num.seq.& faciunt tradita latè per Bar.in l.1.num.5.& seq.ff. de actio. emptio. quia in promissionibus facti succedit obligatio ad interesse, ut supra dixi, numero 22. & quòd tacitè succedit, habetur pro expresso,ut in l.cum quid ff.si cer. pet.& ibi Bar. & sequitur Afflict.decis.3.in fi. & alternatiuè utrumque potest peti ab actore. uidelicet aut factum,aut interesse non facti, ut per Bar.in l.stipulationes non diuiduntur, in 7.quæst.num.35.ff.de uerb.oblig. Paris. d.consi.34.nume.44. & Bar. late in d.l.1.d. nu.5. & seq.

Quo uerò ad tertiũ fundamentũ, quod necessaria erat interpellatio, & protestatio infra

infra tempus finiendi ædificium ex parte d.Horatij propter diem, & locũ incertum, dictum fuit, ꝙ d.Magister Laurentius post scriptam factam cępit fabricare, & facere d.ędificium in loco d.Horatij, ut supra demonstratum fuit, & sic aderat, & locus, & dies certa, quo casu quando quis promittit factum successiuum sub certa die, & lo co, intelligitur fiendum quàmprimum fie
34 ri potest, & nulla † requiritur interpellatio, vt per Ias.in l.quod te nu.23.ff.si cer. pet.Craue.consi.64.nume.1.Pet.Ancha.in suis quæst.fami.quæst.54.num.15.in 1.par. Dec.in d.consi.2.num.6. & Paris.d.consil. 34.nu.15.& seq.uolum.1. & sentit Dec.in consi.274.num.3. &.4.Soc.Iun.consi.120. num.17.volum.3.& dixi supra nume.1.Et dato, ꝙ interpellatio fuisset necessaria, apparet ex dictis testium, quòd d.Horatius misit, & literas, & nuntios ad dictum Magistrum Laurentium, vt illum interpel larent, & requirerent, quòd uellet redire ad perficiendum d.Molendinum, ut ipsi nuntij proprij fatentur, qui optimè probant, etiam ꝙ essent singulares, tanquam deponentes de facto proprio, sine eorum commodo, & vtilitate, aliàs non probarēt, vt est tex.in l.si quis decurio.C.ad leg.Cornel.de Fal.Pau.de Cast. in l.quicunque. C. de ser.fugi.& in cons.301.in fi.vol.1.Crau. consi.178.sub num.7.lib. primo, Alexan. consi.44.nu.10.& seq.volum.2.& latè tradit Marc. Ant.Blanch.in tract. de compre. in 8.quæst.sub num.35.versicu.aut arbiter producitur, car.564. ubi dicit esse communem opinionem Beniuten. Rota Bon. decisio.63.num.1.car.92.cum aliis, & præcipuè stantibus aliis coniecturis, uidelicet literis scriptis per dictum magistrum Laurentium dicto Horatio, licèt sint negatę, & continua lamentatio d. Horatii de interpellatione facta dicto Magistro Laurentio per literas, & nuntios, & quòd non reuertebatur, ut ex lectura testium clarè apparere uidetur, adnotata per Barto.in l.si suis ex argentariis.§.pręror ait.ff.de eden. in l.si quando, in fi.C.unde vi, Dec.consi. 473.num.11.& 12.Rim.Iun.consi.309.nu. 20.& seq.volum.3.car.290.& apparet per protestationem factam d.Magistro Laurentio omnia adimpleuisse, & obtulisse
36 adimplere si qua † sint adimplenda.quod sufficit, ut per Paris.d. consi. 34.nume.27. volum. 1.& Pau. de Cast. in l.si pacto quo pęnam, colum.2.uersic.aut ergo, & ibi Iasõ nume.11.C.de pact. Et licèt uideatur fieri. magnum fundamentum per partem Magistri Laurentii, ꝙ gora non erat facta, nec fundamenta illius, & Docia non cooperta in totum, nec facta gradatim, q̃ erāt fienda ex parte d.Horatii, & per hoc uideatur fuisse in culpa, et per eum stetisse, iuxta supra allegata, tamen rectè intuenti apparet, ꝙ prædicta poterant gradatim, et non gradatim fieri, et ꝙ non habebant im pedire ędificium fiendum per dictum Magistrum Laurentium, ut testes periti depo nunt, et apparet, quòd dictus Magister Laurentius discessit absque licentia, et nunquam reuersus est, et non fecit fienda, et imperfectum reliquit dictum ędificium, et cùm iste contractus, et ista conuentio locationis, aut innominata sit bonęfidei ob non factum, pęna committitur,
37 et † succedit obligatio ad interesse, ut con cludit Paris.d.consi.34.num.6.et num.35. vol.1.et supra dictum fuit, num.22.et tradit Gaspar.Caballi.tract.de eo, quòd interest; nume.181.uersicu.Non minus tamen utile, car.298.sentit tex.in l.si fundus, et in l.Maritus.ff.loca. Attento maximè quod locando operas suas promisit se peritum in arte, et uelle teneri de dolo, lata, leui, et leuissima culpa, ut latè consuluit alios, allegans D.Ioan.Botta, consi.105.car.185.et Caballi.ubi supra, nume.48.49. car.103.et num.181.et sentit Pau.de Cast.consi.425. num.2.uol.1.

Ad quartũ de casu fortuito, et inundatione aquarum, respõdetur prædicta procedere, si facto opere hoc euenisset, uel si dum esset in opere ante moram, et nõ potuisset prouidere, et pręuidere, ut loquuntur ibi Doct.allegati, nu.21.et Abb. in cõs. 93.Duo sunt, colum.fi.in princi. uolum.1. car.4. per doctrinam Bart.in d.l.ideo. ff de uerbo.obliga. Natta consi. 449. nume.17. uol.2 sed secus est, quando opus non esset factum, nec approbatum, et derelictum;
38 et post moram casus † euenisset fortuitus, tempestas, et magnus aquarum cursus, quia tali casu culpa, negligentia, et defectu ipsius Magistri Laurentii periti dicitur euenisse, et ideo ad damna, et interesse teneri non est ambigendũ, si opus nõ esset inutile.Paris.d.consi. 34.per totum, volu. primo, Dec.in l.contractus, sub num.42 ff. de regu.iur.Lancel. Conrad.de offic.prætor.§.

tor.§.3.tit.de furibus,nu.23.car.369.Pract.
Pap.in for.libel. quo agi ad ficti.præsta. in
gl.inuestiuit,nu.11.car.355.uersic.sed quid
dices,& tractat Didac.latè in c.peccatum,
§.6.nu.1.& 2.de reg.iur.car.538.& uide Ri
mi.iun.consi.210.num.51.uol.2.sentit Pau.
de Cast.d.consi.425.nu.2.uol.1.

Circa uerò secundum quæsitum, quan-
tum debeat esse istud interesse, hoc opus
39 hic labor est, quia † interesse dicitur dam
num emergens, & lucrum cessans , ex eo,
quòd non fuit datum,uel factum,quòd fie
ri,uel dari debuit, vel factum,aut datum,
quòd fieri,aut dari non debet, ut notatur
in l.1.C.de senté. quæ pro eo quod inter. &
ibi Bar.& Doct.& Bal.consi.291.numer.6.
consi.343.in fi.uol.1.Alex.consi. 166. nu.5.
uol.2.Bal.consi.449.in prin.uolu.3.& dicit
Dec.in consi.489.num.11.& consi.539.nu.
10.quòd promittens interesse, videtur pro
mittere illam quantitatem,quę probatur,
modo ex parte Horatij per testes quãplu-
res fuit probatum sibi interesse ex causa
damni emergentis,& lucri cessantis , hoc
modo,videlicet.

Primo , ex causa damni emergentis sibi
interesse patet , quia fecit scriptam de an-
no 1559.cum dicto magistro Laurentio,&
promisit dare scutos 20.aureos pro d.mo-
lendino conficiendo,& expensas, & postea
ob moram d.Mag.Laurentij fecit scriptam
cum Mag.Dominico detto scudisso, de an
no 1562.&promisit dare pro dicto ædificio
conficiundo scutos 36.aureos, & sic passus
est hoc casu damnum circa scutos 16.Dein
de ob non factum,& opus non finitũ , nec
approbatum,hyberno tẽpore propter plu-
uias,omne quod fuit ædificatum per dictũ
magistrum Laurẽtium minatus est ruinã ,
& cecidit , adeo quòd omnia fundamenta
repleuit,& propter euacuationem,& refe-
ctionem de nouo expendidit scutos decẽ ,
& plus,quod non fecisset si magister Lau-
rentius intra tempus ædificasset molendi-
num approbatum,& triturantem.

Secundo ex causa lucri cessantis appa-
ret sibi interesse, quia per omnes testes cõ
cluditur, quòd dictus magister Laurentius
perfecisset dictum ædificium,&molendinũ
triturantem infra quatuor, aut quinque
menses, & quod statim ipso finito lucratus
fuisset dictus Horatius quolibet mense sta
ria quinque grani pro pensione , & fictu ,
& quòd dictum opus imperfectum reman
sit per annos duos , & sic ad minus menses
24.quo tẽpore lucratus fuisset staria 120.
grani ad minus, sicut statim ipso finito lu-
cratus fuit,& est, quibus stantibus clarè ui
detur sententiandum interesse ascendere
ad scutos 24. respectu damni emergentis ,
restituto sibi omne dato, & accepto per di
ctum magistrum Laurẽtium occasione æ-
dificij conficiendi , aut computando in di-
cto interesse ultra dictos scutos 24. atten-
to,quòd dictus Horatius solùm scutos 20.
soluere tenebatur a principio,& omne qđ
postea soluit,& soluere debuit vltra dictos
40 scutos 20.dicitur plus soluisse,& sic † dam
num emergẽs passum fuisse,& peti potest,
etiam quòd quis non sit mercator, ut tra-
dit Rom.consi.94.consi.100 & Alex.consil.
141.num.3.uol.5.&consi.31.num.10.uolu.
6.Plot.in l.si quando,num.427. uers.debi-
tor numorum,num.467.& num.423.C.un
de ui,Rim.iun.consi.52.num.31.& seq.uo
lu.1.& consi.304.num.8.& seq.uol.3.&Do
cto.in l.unica. C. de sent. quæ pro eo quod
inter,& sequitur in proposito Corn.consi.
207.sub num.2.uol.4. facit Paris. de sindi-
ca.c.excedunt etiam barones,nu.37.uersi.
& sic uasallo fugiente,Barto.l.incola. ff. ad
muni.& Io.Bapt.Lup.in tract.de usur.com
men.1.§.6.car.32.nu.1.& seq. nu.116. cart.
35. respectu uerò lucri cessantis constat, ꝙ
si ædificium infra quinque menses fuisset
factum,dictus Horatius lucratus fuisset di
cta staria 120.infra menses 24 ut deponũt
41 testes,quod † interesse peti potest,ut sen-
tit in proposito Corne.consi.207.viso pro
cessu agitato,nu.1.& 2.uol.4.& latè tradit
Cagno.in l.Quintus,nu.26. ff. de reg.iur.
qui cæteros allegat, & Corne.d. consi.343.
volu.1. & faciunt adducta per Nat.d.consil.
449.num.8.& seq.vol.2. Rim.iun.d.consil.
304.num.8.& seq.uol.3.consi 52 nu.31.&
seq.uol.1.& Dec.consi.441.in fi.Lup. in tra
cta.de usur.d.§.6.num.104.&seq.car.32.&
nu.117.car.35.

Et apparente de dicto interesse lucri ces
42 santis , & damni emergentis,illud † uenit
in obligatione , ut dicit Dec.in d.consilio
489.num.11.& consi.539. num.10. & dici-
tur expressum, Octa.Pedemon. decis. 129.
num.12.& 13.car.520.

Tamen rectè intuenti non uidetur di-
ctum interesse aliquomodo ascendere ad
dictam summam,tam respectu dãni emer-
gentis,quàm lucri cessantis,quia nemo de
bet

bet ex damno suo fructum consequi, nam
43 † damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi imputari debet. l. damnum. ff. de reg. iur. ubi Dec. & Doct. & infra, nume. 49. & constat, quòd respectu damni emergentis nullum interesse potest considerari, nisi omne illud quod fuerit solutum dicto magistro Laurentio, quod videtur esse summa scutorum undecim, qui debent concurrere cum summa dictorum scutorum 36. solutorum per d. Horatium d. magistro Dominico detto Scudisso, adeo quòd Dom. Horatius soluit scutos vndecim magistro Laurentio, & scutos 36. magistro Dominico pro dicto molendino, & solùm uiginti cum expensis soluere tenebatur, & non plus, & omne illud, quod soluerit vltra dictã summam scutorum uiginti, dicitur pati damnum, quia inuenit ędificium cõficiendum solùm pro scutis 36. & solutum dicto magistro Laurentio debet sibi restitui, ne maiorem summam soluere teneatur, nam ob eius discessum fuit coactus tot scutos soluere, & sic culpa d. magistri Laurentij, & ideò aliquam mercedem ipse recipere non debet, nisi pro toto opere, cùm sit obligatio
44 indiuidua, & pro ædificio cõficiendo, † & non pro operibus, & rata temporis, ut per Bal. in l. 2. & l. ædem, num. 8. C. locat. & in l. & si patrem. ff. de leg. 1. & latè tradit, & sequitur Paris. de sind. c. si officialis decedat, num. 9. & seq. & tradunt Doct. in l. diẽ functo, de offi. eius cui manda. est iurisdi. & uidetur tex. in l. qui operas. ff. loca. uide Practi. Pap. in for. responsio. rei, in gl. exceptionem, la 2. Bertachi in Reper. in uerbo colonus. Octauia. Pedemon. decis. 98. num. 2. Capici. decis. 125. nume. 7. Alba. consi. 131. Laur. Sylua. cons. 28. car. 139. Cepha. consi. 70. consil. 71. lib. 1. & Grat. cons. 129. lib. 1. And. de Capua sing. 5. & Bal. in l. nec patronis. C. de ope. liberto. omnino Natta consi. 229. uolu. 1. ubi etiam quid in famulo, qui noluit finire tempus absque causa. Licèt contrarium teneat Paris. d. consi. 34. nume. 47. uol. 1. & prædicta probãtur, quia dictus Horatius promisit dicto magistro Laurentio scutos 20. aureos, & expensas, & dictus magister Laurentius promisit uersa uice dicto Horatio laborare, & facere ædificiũ aptum ad macinandum, hoc est instrumenta omnia apta ad conficiendum ædificiũ, & ea ponere in opere, & dictus Horatius erat obligatus omnia alia facere, uidelicet murare domum, cooperire dociam, facere fundamenta goræ, & alia necessaria ad molendinum finiendum præter instrumenta molendinaria, ut clarè ex lectura dictæ scripturæ apparet, & magister Dominicus secundus conductor dicti ædificij promiserat facere dictum molendinum, & dare triturãs infra certum tempus, & dictus Horatius solùm erat obligatus dare, & consignare eidem magistro Dominico cimenta & alia necessaria ad conficiendum dictum molendinum, ut cantat scripta inter ipsos facta, quo casu clarè apparet, quòd satis plus promisit facere dictus magister Dominicus, quam dictus magister Laurentius, &
45 ideò non est mirum, si plus petijt, † quia labor sine præmio, & fructu esse nõ debet, pro singulari tradit Hippoly. singula. 693. vulgariter, & unusquisque labor debet honesto præmio decorari. l. fina. C. de stat. & imag. cap. fin. quæst. prima, vbi glo. prima, hoc notat, & latè tradit Cornel. Benincas. in tracta. de pauperta. quæst. septima. spe. primo, num. primo, & sequen. & qui ma-
46 ius laborat maius † debet salarium, & pręmium consequi, ut consuluit Corn. consil. 58. nu. 8. uolu. quarto, faciunt adducta supra in decisio. 11. sub nume. 9. hac 2. part. car. 197.

Ergo est dicendum, quòd si dictus Horatius promisit dictos scutos 36. dicto magistro Dominico, illos promiserat propter maiorem laborem, & operam, quam tenebatur facere, & quilibet sanæ mentis ita iudicaret. Accedit, quòd promiserat etiam dictus magister Dominicus dictum molendinum finire absque expensis, nam in scripta nullum apparet verbum expensis, sicut
47 in scripta magistri Laurentij, & † conducens operarium pro certa mercede non tenetur ei præstare victum, nisi sit consuetudo in contrarium, ut dicit Alexand. in l. si non sortem. § Libertus. nume. 12. ff. de condi. indebi. & ibi Docto. Bald. in l. quoniam. C. de test. & sequitur Iul. Ferret. in tracta. de milita. iusti. & de pœn. desertio. nume. 12. uersi quæro de casu, car. 155. & si non est certum pretium promissum, sed omne illud quod alij dabunt, si diuerso modo ab aliis sit datum, inspici debet qđ minus est datum, & illud solui debet, ita dicit Guid. Papa decisio. 252. Dec. consilio 423. columna secunda. Natta consilio 229. uol. primo. Crauet. de antiquita. temp. par. 4. se-

4.sectio.materia ista, num.114. uersi.duodecimo in contractu, car.220. ubi dicit in promissione speciei non censeri conuentũ de minimo, sed de mediocri, & uide Iacob.Nouel.in regula 183.saliarium,num. 3.in 3.fallentia, & tetigi supra in decisio. 13.numero 46.hac 2.par. & istæ expensæ trium,aut quatuor mensium ad minus iudicari deberent ad rationem scutorũ duorum, uel trium pro quolibet mense, & sic ad summam scutorum decem.Et ideo detractis expensis,& adiuncto maiori labore ipsius magistri dominici apparebit dictũ magistrum Dominicum fecisse dictũ molendinum pro minori pretio,& mercede, quam promiserat dictus magister Lauren
48 tius,& sic in hoc † nullum interesse considerari potest,ut tangit Dec.in d.l.diem functo.ff.de offi.assesso. num.7. & facit tex.in l.si quis domum,in prin.ff. loca. & per supra allegata,num.40.nec potest considerari interesse pro scutis decem solutis pro euacuando carcerato, & fundamentis repletis propter ruinam interuentam, quia illa ruina non euenit, nec procedit culpa, & defectu dicti magistri Laurentij, sed potius negligentia,& culpa dicti Horatij, qa dictus Horatius de anno 1560. interpellauit dictum magistrum Laurentium, & ipsum protestatus fuit de interesse & damno,& de conducendo de nouo alios magistros molendinorum ob ædificium imperfectum relictum, & postea reliquit dictũ ædificium ita imperfectũ per annos duos & plus, & non curauit illud alteri locare, quod si fecisset,dictum molendinum infra quatuor menses cõfecisset, & propter pluuias postea nõ cecidisset, nec minatus fuisset ruinam,vt deponunt omnes testes dicti Horatij,ideo talis negligentia,& culpa nõ
49 debet† nocere dicto magistro Laurentio, d.l.damnum quod quis.ff. de reg. iur. attento, quòd non erat electa industria personæ, & poterat per operarios finiri, ut in simili dicit Ruin. cons. 138. numero 1. 2. volumine primo, uide Boeri. consi. 13.nu. 20.Io.Botta, cons. 105. num. 15.& faciunt quæ dixi infra,nu.50. 52.& 54. & 56.& supra decisio.25. numero 38.hac 2.par. car. 600. & quotiescunque quis desistit ab ope
50 re, & † conductione, tenetur ad pensionem,& ad interesse locatori, nisi locator alios conductores accepisset, per tex.in l. diem functo, ff. de off. assesso. & ibi Dec. sub numero 8.& l.sed,& addes,§.fi.ff.loca. vide tex.in l.aduocationes, & l. seq. C. de condi.ob causam. Rom.sing.66. an stante statuto, pulchrè Gaspar. Caballi. in tract. de eo quòd interest, numero 181.& 182. car.299. & nulli dubium est, quòd dictus Horatius poterat alios magistros molendinorum post protestationem factam conducere,& facere finire dictum molendinũ ut postea fecit, quia apparet in ciuitate montis Politiani,& eius territorio adesse quamplures magistros molendinorum,& quòd multum frequentatur hoc exercitiũ, & quotidie molendina fiunt, & magna copia illorum reperitur, & præcipuè in Valle Nebiani,ubi D. Horatius fecit suum cõficere molendinum,& etiam duo magistri fuerunt examinati per dictum Horatium, videlicet magister Mattheus, & magister Dominicus, & etiam præsumuntur adesse in ciuitate ista, cùm sit locus insignis, vbi
51 † præsumitur adesse copia peritorum.c. statutum, & ibi not.de rescrip.lib.6.Rolan. a Val.de luc. dot. quæstio.64. nume.22. & Phanuci.de luc.dot.in glo.14. sub nume.9. vers.quod medici,car. mihi 554.& Bar. in prohem.ff.in prin.num... Sylu. Nupt.lib. 2.sub num.53.in 5. limit. car. mihi 156. & ideo cessant adducta per Dec. in consilio 562.numero 12.& 13. & cùm dictus Horatius potuerit de facili conducere alios magistros molendinorum, & conficere dictũ molendinum,& sic prouidere omnibus accidentibus & casibus fortuitis,& non fecit
52 dicendum est culpa,& † negligentia ipsius omnia fuisse decursa,& ideo sibi imputari debet,& non alteri,per supradicta, nume. 50.Ripa in tract.de peste,cap.1. nume.128. car.76.in proposito Soc.iun. consilio 120. numero 7.8. uolumine 3. car.146. per Paris.d consilio 34 uolumine 1. & Corne.d. consilio 343.uolumine primo, quia non excusatur prætextu ignorantiæ, qui scire potuit,quòd ignorat l.regula. ff. de iur. & fa. ignor.Guid. Pap.sing.227.non excusatur, facit Io. Botta consilio 105. numero 46. secus si non potuisset infra tempus habile, & conducere, & finire, ut per Gaspar. Caballi.tract.de eo quòd interest,numero 181. car.298. numero 187. in fi. car.
53 307. & † paria sunt conductores accipere,& posse conducere,sicut non posse conducere, & nolle accipere, l. mulier. ff. ad trebel. Pract. Pap. in for. lib. quo agi, ex

subiti.

ff.ad trebel.Pract.Pap.in for.lib. quo agi, ex substi.in glo.substituti,nu.4.in fi.car.mihi.408. & paria sunt aliquid esse certum, uel de facili posse certificari, ut per Ruin. consi.131.num.12.uol.1. latè Tiraq. de retract.§.41.glo.1.num.9.uers.& ad id quod, & qui potest facere, ut potest, iam dicitur posse l.qui potest facere.ff de reg.iur.in 6. Iacob.Machel.in suo patroci.9.numero 6. car.mihi 59.& in proposito uidetur tex.in l.cùm in plures,in prin.ff loca. Aegid.Bos. car.415.nu.54.Capici.decis.87.sub num.8. car.92.Ripa de peste,d.c.1.num.128.& his mediis dicendum est idem etiam quoad interesse lucri cessantis dictarum stariorū 120. grani, quia si ipse Horatius non fuit lucratus dictum granum propter ædificiū nō finitum, hoc euenit culpa, & facto suo, quia poterat post protestationem factā, quamprimum conducere magistros molendinorum, & sic incipere lucrari dictum granum, post quatuor menses, immo statim post quatuor menses elapsos a die, quo discessit dictus magist. Laurētius, debebat dictus Horatius uigilare, & facere quicq d poterat pro conducendo magistrum molendinorum, ad finiendum dictum ædificium, si interesse futurum lucri cessantis prætendebat habere, quod non apparet fecisse, immo de eius negligentia, & culpa apparet, quia stetit per menses 14. quòd non interpellauit d. magistrum Laurentium, nec protestatus fuit, & postea a die protestationis factæ ad conducendum magistrum Dominicum, stetit menses 24. quo casu interesse futurum lucri cessantis, peti
54 non † potest, per tradita per Imo. Roma. & Alex.in d.l.diuortio, in prin.ff.sol.matr. & consuluit Ruin. consilio 104. numero 10.uers.postquam uidimus, uol.4. & conferunt, quę dixi supra, nu.50.& 52. & etiā necesse erat probare habere præ manibus molendinarios, qui promisissent dicta
55 † staria quinque grani dare pro quolibet mense, si dictum molendinum perficere fecisset, & non probare se tantùm lucrari finito dicto molendino, & quòd ideo tantū lucratus fuisset, si prius ad perfectionem conduxisset, ut dicit Bar.in d.l. unica, num. 24.& seq.C.de sen.quæ pro eo quod inter. Pau.de Cast.in l.3.§.nunc.de offi. nume.3. ff.de eo quod cer.lo.Dec.cōs.441.in fi. Benuenut. in tract. de Mercatu.tit. de contra. Mercato. nume.3. car.78.Lup.d. tracta.de usur.d.§.6.nu.117.& seq.car.35. uide Cagnol.in l.quintus, num.26 ff.de reg.iur.Rimin.iun.consi.304. numero 8.& seq uolu. 3.& consi.52.num.31.seq.uol.1 & Afflict. decis.20.quidam nobilis, & ibi additio.nisi probasset a communiter contingentibus, quòd ita solet lucrari dominus molendini in illo loco per supradicta. Qua de re uidetur solùm in hoc interesse lucri cessantis considerari debere tempus, quo dictus magister Laurētius incidit in mora, quòd fuit post quatuor menses a die, quo cæperat ædificium fabricare, & tempus quod expendidit dictus magister Dominicus in perficiendo dictum molendinum, quod fuit tempus quinque mensium ad plus, & sic interesse quinque mensium deberi dicto Horatio per dictum magistrum Laurētium, & ab illo tempore citra absolui, & ab expensa facta in cauando & exportando terram, & ædificium diruptum, quia p dictum Horatium stetisse dicitur ex eo, qa
56 † post dictos quatuor menses non curauit fieri ædificium per alios magistros per latè supra deducta, & allegata, & per notata per glo.in l.diem functo.ff. locati. Capici. decis 87.num.8.& 9.& per Natta d. consi. 449.d.nume.8.& seq.uolu.2. & Soc.iun.d. consi.120.nu.7.& 8.uol.3.car.146.& per supra deducta, num.50.& 52. Vnde stantibus
* supradictis fuit sententiatum * die 4. Februarii 566 in ciuitate Montis Politiani in hunc qui sequitur modum.

Christi nomine inuocato, sententiamus, pronuntiamus, & declaramus, dictum magistrum Laurentium non adimpleuisse ex parte sua a principio contenta in dicta scripta facta inter Horatium de Mancinis, & ipsum magistrum Laurentium, & incidisse in pœnam conuentam scutorum 25.aureorum, & sic ad cautelam ipsum magistrum Laurentium condemnamus ad soluendum dictam pœnam, & sic summam scutorum 25.aureorum dicto Horatio ob non factum secundum scripturam inter ipsas partes factam, & etiam ad dandum, & restituendum dicto Horatio dictos scutos undecim habitos, & receptos a dicto Horatio occasione faciendi dictum ędificium molendinarium, retenta tamen pecunia, & mercede per dictum magistrum Laurentium de rebus ædificii factis per ipsum magistrum Laurentium, & eo nomine apparentibus, ab aliis autem petris

tis per dictum Horatium dictū magistrum Laurētium, & filios absoluimus, & liberamus, vide circa hāc absolutionem, Paul. de Cast. consil. 219. nu. 2. vol. 2. & supra decisio 25. num. 27. & seq. hac 2. parte.

Quæ omnia bene nota, & considera tu iuuenis Aduocatus, quia sæpe contingunt; cùm possint extendi ad quodlibet aliud opus, & ędificium locatum, & conductum per Peritos in arte, & casu, vel negligentia diruptum, & non ędificatum, nec approbatum, Nam si daret damnum vicino huiusmodi demolitio, & ruina, posset oriri quæstio, an huiusmodi damnum vicino esset resarciendum, quia si negligentia, dolo, culpa lata, & leui, aut mendaciis Domi
57 ni † damnum fuerit datum, cùm potuerit prouideri, tunc Dominus tenetur ad totale interesse, & dando seruum, Animal, & rem, quæ dedit damnum pro noxa nō liberatur, si sciuit naturam animalis, vt præsumitur, si fuit apud eum aliquo tempore, & dimisit sine custodia, & non prouidit. l. i. ff. quadru. pauper. fecis. dica. Cassane. consuetu. Burgundi. tit. des iusti ces §. 7. Rubri. prima, num. 17. vers. item etiam quando, cart. 72. Boeri. in consuetu. cart. 70. col. 3. §. 4. tit. des costumes, Natta cōs. 550. nu. 3. & 13. volum. 3. faciunt quę dixi supra decisio. 7. & maxime, num. 16. hac 2. part. Corne. cons. 81. colum. 2. vol. 3. Rota Bononi. decisio. 69. nu. 7. Bertazzol. consil. 442. nu. 35. cons. 449. num. 10. & seq. vol. 2. in criminali. Marcabrun. late consil. 442. num. 39. & seq. car. 140. & ideo dixi damnum datum per canem mordentem, aut equum vel Taurum ferocem, aut currentem in loco publico sine custodia, & freno, vel bestias solitas custodiri reptas in agro alieno, debere per Dominum animalis resarciri, & idem si vasa ad fenestras, vel quadrellos, aut saxa, vel ligna aliqua sup. tecto, muro, Lodia, Campanile quis poneret, quę aliqua tempestate, vel ui ventorum, aut alia de causa de facili possent minari ruinam, & cadendo damnum vicino inferre, vt dicunt supradicti Doctores, & Petr. Iacob. in sua practi. ciuil. in for. libel. in actio. de Pauperie, colum. 2. vers. item ex prędictis satis potest colligi, Hippoli. Bonacossa, in tracta. equorum, quæst. 56. & quæst. 178. quæst. 180. & quæst. 345. & videtur tex. in l. i. §. quod cùm suspenderetur. ff. de his, qui deiecer. vel effuder. & ibi Docto. l. si seruus. §. si ex plaustro. ff. ad leg. Aquili. & & l. q. foueas, & seq. & l. si putator, ff. eod. tit. Si autē absque culpa, dolo, & negligentia Domini damnum sit datum tunc orietur actio in factum, & non actio iniuria-
58 rū cōtra dominū. & ipse dando † animal, vel rem, quę dedit damnum, etiā quòd secundum propriam naturā sit insensata, & sine intellectu, pro noxa liberatur, & hoc damnū semper potest peti etiā quòd casu fortuito, & inopinato damnum eueniat, & sit petitū cum qualitate aliqua, licet nō sit probata, & remaneat simplex delictum. l. qui ad modum. §. si nauis. & §. item labeo. §. si nauis altera. ff. ad leg. aq. li. Marcabru. d. cons. 32. nu. 43. & seq. car. 139. vbi licet Dominus nō teneretur qualitate non verificata, tamen res, & animal pro noxa esset obligatus, & præcipuè stantibus clausulis salutaribus per ea, quæ dixi in Repertorio Decisionum, in verbo, libellus, in prima part. ita latè tradunt Aret. in princi. inst. et ibi Fab. § primo, si quadrup. pauper. fecisse dica. num. 3. Plot. in l. si quando, num. 875. C. vnd. ui. Carauita. consil. 116. num. 40. Petr. Calepha. consil 91. volum. 2. Consil. Crimin. Diuersorum. Petr. Iacob. in sua pract. ubi supra, col. 3. in fin. uers. itē est notandum, & uersic. sententia cnm; car. 54. & uide Alberic. de statu. in prima part. quæst. 88. uers. sed quid si statuto, facit Ant. Gomesi. de contract. cap. 3. num. 22. cart. 196. quia est obligatio in rem, non in personam, adnotata per Cepol. de serui. Rust. prædi. cap. 58. nu. 5. car. 46. quæ supradicta, ut dixi, procedūt in qualibet re sensata, & insensata, & dante noxam, hoc est damnum, secundum eius propriam naturā, vel præter, & contra, & ob ferocitatem, & lasciuiam, & etiam aliū spincta, & pede cadere facientem, ut si bos bouem percuteret, equus equam, uel asinā, causa luxuriandi insequeretur, & faceret cadere per aliquā ripam, uel calcitrando percuteret, aut mulus, uel asinus equam, Taurus Vaccam caualcando per supra dicta, & per Angel. cons. 27. Pari. de findi. c. Tu qui uadis, col. 2. & capit. quia multa, colum. 2. uersic. ubi autem Hippoli. pract. Crimin. §. & quia, nume. 9. & in l. frater tuus, num. 9. uersic. facit etiam. C. de sicar. Plot. l. si quando, num. 697. C. und. ui, Boeri. decisio. 324. num. 5. Crau. cons. 119. lib. 1. & dicam infra, nam tali casu teneretur dare animal

pro

pro noxa, hoc est pro damno dato, si non est in culpa Dominus, & nō potuerit prouidere, & reparare, & animal obtulerit pro noxa ante litem contestatam, aliàs secus si post litem contestatam offerret seruum & animal pro noxa, quia talis facultas dandi seruum pro noxa, durat vsque ad litis contestationem, super actione iudicati l. item vertunt. §. idem recte. ff. de peti. hære di. & per Bart. in l. si ita stipulatus fuerim decem. ff. de verbo. obliga. & non negauerit Animal, qui dedit damnum esse suum, nam si negaret propter mendacium, vt dixi supra, num. 57. teneretur de suo resarcire omne damnum, quia propter mendacium perdit beneficium offerendi, vt est etiam tex. in l. j. §. & cū etiā. ff. si quadrup. pauperi. fecis. dicat. & ita fuit Iudicatum * Fiuizani contra D. Nicolaum Mãfredi ad fauorem Petri Benedicti de Verucula, ex eo quia Mulus. d. Nicolai equitauerit equam dicti Petri causam luxuriandi currendo, & spingendo illam, adeo quòd fecit cadere illā ( giu per vna Rippa, & Grotta ) adeo quod mortua est, & ipse negauit Mulū esse suum, nec dedisse damnum, & conuictus fuit cōdemnatus, est verū, quòd, si Animal mortuū fuisset, primū qui insultaret alium, & alter se defendendo percuteret, vel esset causa mortis aggressoris, qd̃ non teneretur Dominus ad aliquod damnum, neque animal pro noxa, cùm liceat etiam animalibus se defendere, & idem est dicēdum, si non appareret, quis illorum prius esset aggressor, & aggressus, Bonifa. de Malefi. in Rubr. de dam. dato, sub num. 5. & 6. Bal. in sua practi. in Rubri. de extraordi. quæst. versic. vndecimo queritur, ĩ fin. Francis. de Aluero. in cons. 74. Feltsius nu. 6. & 8. volum. primo, Consilio. Crimin. Diuerso. car. 162. & ibi Modesti. Polento, in consil. 83. Titius vulnerauit, num. 28. vol. 2. cart. 219. Plot. in l. si quando, nu. 699. versic. occidens. C. vnd. vi, Hippoli. Bonacos. in tracta. Equor. quæstio. 16. Quid si duo equi, Hippoli. in Rubri. de probatio. nu. 415. & Iacob. de Bello visu, in sua practi. iudici. titu. de quæst. num. 134. versic. sed qd si, cart. 73. Tiraquel. in tracta. de legib. connubiali. in l. j. num. 87. cart. 19. & pulchrè in proposito loqtur Maria. Socin. in cons. 63. in facto præsupponitur, vol. 2. Consil. Diuerso. Author. cart. 134. & Ioan. Andre. Alferi. cōs 4. cart. 54. vbi dicit procedere ēt, quòd Dominus Animalis vulnerati cōduceret absque protestatione ad Marescalcum causa curandi, & moreretur, quia si sine culpa ipsius Animalis percussi, & probaretur initium Rixæ, quòd Dominus Animalis percutientis teneretur ad emendam, aut dare Animal pro noxa, vt dixi supra, quamuis illud de Marescalco, & receptione Animalis sine protestatione videatur dubitari ab Hippoli. Bonacos. in tracta. equor. quæstio. 91. Plot. in d. l. si quando, nu 395. dicitur esse. C. vn. vi, Petr. Due. Regula. 195. deterioratio. in 5. fallentia, Crauet. cons. 106. sub num. 2. in fin. volum. primo, tamen Franc. Tontul. in suo voto 6. num. 17. & 18. cart. 29. Iudicauit * non videri remisisse interesse, & damnum recipientem, rem deteriorem, & Ant. de Fan. de pignorib. in 7. par. membr. 3. num. 8. & etiam ponunt supradicti Doctores coniecturas, quibus percussus, vel non videretur aggressor, aut aggressus, & quādo vnus esset mortuus, & alter vulneratus, vel vnus percussus, alter non, & sentit Ioan. Fab. in §. ius autē gentium, institu. de iur. natura. genti. & ciuil. Guliel. Benedi. in cap. Raynutius, in verbo. Qui cum alia matri. contra n. 262. & 263. car. 21. Boeri. decisio. 237 num. 2. 3. & 4. Grāma. cons. 29. num. 17. & 18 Cepol. cons. 29. Ioan. de Amic. cons. 23. inquisitione, Alciat. de præsumptio. Regula. 3. præsumptio. 39. car. 144. quæ omnia sunt bene notanda pro iuuenibus, quia sæpe eueniunt inter pastores, & greges, & quilibet de facili diceret contrarium. Hinc infertur, quòd si propter magnam pluuiam
59 & † inundationem flumen Arni, & Ticini conducunt Trabes, & lignamina particularium personarum, & illa irruunt in aliquod Molendinum, aut ædificiū, & illud deuastant, aut damnificant, si culpa aliqua Dominis non potest ascribi, quòd ligna poterunt retineri à Dominis Molendinorum pro eorum damno, & nulla erit fienda restitutio Dominis lignarū, nisi damnū emendant. l. quintus. & l. fin. ff. ad leg. Aqli. l. iuris. ff. de incend. Nauffra. Ruin. Iacob. de Bello visu in sua pract. Crimin. tit. de Furtis, versic. aut illa res vacat, nu. 52. practi. Papi. in for. libel. cōfessio. in glo. seruitus la 2. Aquæductus. n. 14. car. 243. Franc. Marci, decisio. 889. num. 26. in prima par. pulchrè Corne. cons. 282. col. 2. & 3. vol. 4. Benuenu. Strac. in tract. Mercatu. tit. de nauibus,

uibus,num.22.car.122. Et ista lignamina, res, & bona ita ab aquis in alienum immissa,aut ab alijs occupata, & capta, dum super aquis decurrunt,debent propriis do
60 minis restitui.si †damnum non dederunt, & non fiunt occupantis, ut not. Auct.Nauigia.circa princi.Cepol.de serui.Rustico. prædio.titu.de Fluminib.cap.31.num.9.& num.31.car.113.Sebastia.Monticu.§.præterea,num.13.instit.de rerum diuisio.car. 27.pract.Pap.ubi supra.d.glo.seruitus, nu. 14.pulchrè Fede.consi.107.Domine Francisce,& consi.seq. Afflict. de feud.in 3.par. Quæ sint Regalia,per Imp.Federi.uersic. Ripatica,num 7.& 8.& Natta, consi 331. volumi.2. & de rebus extra nauem proiectis propter tēpestatem,uide Franc. Marc. decis.889.nume.26.in 1.par.car.866.Ideo in istis casibus bonum esset per officium
61 iudicis succurrere uicinum aduersus † domum,uel rem ruinosam, aut quæ minatur ruinam,& damnum,faciendo illam eleuare, aut accommodare ita,& taliter, quòd damnum aliquod dare non possit, aut per cautionem de damno infecto, iuxta tex.in l.prætoris,in princi.ff.de dam.infe.Arc.in in §.præterea,nume.13.uersic. uidimus in Noxali. institu.de actio. & ibi Ias. in §.superest num 59.& seq.ubi ponit formam libelli,& Arc.ubi supra, nu.44.& per Spec. in tit.de satisda.§.ultimo;& modum procedendi etiam ponit.l.si finita.§.ubi uero, & §.seq.ubi Pau.de Cast.ff.de dam.infec.Rofred.in sua practi.tit de damno. infec.car. 126.244.& 262.& per Benedi. in repet.c. Raynutius,in uerbo,damnum num.14.de testam.ideo patet ex prædictis, quadrellos positos super Campanile Papiæ per fabricatores in magna quantitate non fuisse ad usum boni patris familias, & artificis, ac periti positos, & accommodatos, adeo q uí uentorum, uel tempestatis non possent cadere super domos, & appothecas uicinorū ponendo palos,& ligna per transuersum bene clauatos, sed uelo leuato unum post alterum positū,& ideo tenentur Domini ad damnū, & quadrelli sunt obligati pro damno,& posse eos retineri affirmaui per supradict.,& per tex.in l.si seruus §.si ex plaustro.l.si putator, & l.octaua.§.mulionem.ff. ad l. Aquil. & Franc Gratia.in compendio iuris ciuilis in 5.par. lib. 6.de lege Aquilia.car.125.colum.2.uersic. mulionem,& car.127.colum.1.uersic.sed ex placito,& car.128.col.1.uersic.si putator, quia sumus in actu successiuo per aliquos dies duraturo, & nō in momentaneo una die finituro, adnotata pulchrè per tex. in l.qui occidit.§.in hac.ff.eod. & Francis. Gratia.ubi supra car.128.colum.2.uersic. in hac quoq; actione,ubi prouideri,& prę uideri poterat hoc infortunium, & hæc ruina ab istis conductoribus Campanili
62 Papiæ,qui etiam tenentur ad pęnam,damnum,& † interesse, quod eueniret ob negligentiam,& culpam,ac mendacium eorum in nō fabricando Cāpanile suis temporibus,& retinendo pecunias solutas ad eorum usum,& lucrū, exercendo mercantias,per supradicta, nume.22.24.num.38. & 57.& per Paris consi.134. uolu.1.nu.21.
63 & seq.& per totum,quia si†promiserunt in tribus,uel quatuor annis fabricam dicti Campanili perficere, & finire tenētur singulo anno tertiam, uel quartam partem fabricasse, quia ita promisisse est intelligendū l.3.& ibi Doct ff de annu.leg. Dec. in l.lecta,nu.10.ff.si cer.pet.& Hug.Cels.in cons. 100.nu.15 uers.scrupulus aūt restat, car. 350. & dies interpellat pro homine, qñ sunt eiusdē fori, aut creditor est in loco debitoris,ut ibi dñt,& dixi supra n. 17. & tetigi in decis.21.nu.56.& decis.43.n.41. & 68.in prima parte. Et cum hoc non fe-
64 cerint,&†pecunias uniuersitatis retinuerint,& in proprios usus fuerint conuersi, & non in cimentis fabricę non est mirum, si ad usura usurarum essent obligati uti pupillares pecunias, & in quadruplū, aut ad pœnam conuentam per ea, quæ dixi supra in decisio.37.num.10. in prima par.& in meo tract de tuto.num. 116.car.111.& per Dec.in consi 6.in princip.& consi.473. Quęritur,nu.9.& 10.Ripa in tracta.de peste,num.154.uers.sed quæritur, & per Paris.d.consi.34.num.22.& per totum, uol.1. secus si promisissent dictum Campanile intra quatuor annos fabricasse,& perfecisse, quia tunc tempus ad fauorem conductoris esset concessum,Dec.d.l.lecta.d.n.10. & 21.& sufficeret intra dictū tempus fabricare, & perficere, & durante d.tempore non possent molestari, nisi cucurrisset tantum tempus, q ullo modo in residuo temporis causa,& fabrica non posset finiri,per ea,quæ dixi supra,num.27.43.& seq & faciunt adducta per Dec.in c.ex ratione,ubi Dec.nume.61.et sequen.extra.de appella.

& ibi

& ibi Perusi.sub nūme.56.versi.aliquando,
65 & quarto, vbi dicit † restitutionē in integrum non dari ei, qui semper fuit negligēs, & superuenit impedimentum in fine temporis, intra quod, si impedimentum non superuenisset causam, & opus terminare, & perficere nullo modo potuisset, & sentit Neuizan.consil.41.nume.18.Sfortia.Oddo. in tractat.de restitu.in integr. in prima par. q.27.artic.3.nu.29 & 30.car.256. arti.4.nu. 44.& seq.car.257.Et artic.5.nu.53.& art.6. nu.54.& seq.cart.258 q̄ sunt notāda contra negligētes, & infingardos laboratores, & artifices petētes restitui aduersus impedimētū tp̄is occursum in fine termini, intra quē si nē nullo modo opus pfecissent, nec pficere potuissent, si impedimētū non supuenisset, & ideo nihil eis nocuit, nec pdesse dēt.

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO XXVII.

## ARGVMENTVM.

Scriptura priuata anteriorum non subscripta tribus testibus idoneis etiam recognita, nō præfertur instrumento publico posteriori, secus si esset testibus subscripta, & ab ipsis uerificata, & idem si non se subscripsissent, tamen fuissent præsentes.

Scriptura priuata recognita post iura tertio quæsita non præiudicat successori singulari, nec contumacia debitoris, secus si ante ius quæsitum esset recognita, uel uerificata.

Scriptura priuata scripta à tertio, & subscripta à parte, idem operatur, ac si tota esset à parte scripta.

Scriptura priuata quomodo, & quando potest recognosci, & uerificari, & an per comparationem literarum.

Contractus factus in scriptura priuata, cum hoc, quòd postea fiet instrumentum per publicum Notarium, an ualeat, & sit locus pœnitentiæ ante celebrationem instrumenti, hic latè discutitur.

Hipotheca, & obligatio bonorum non præsumitur in scriptura priuata debitoris, nec potest extendi.

Confessio qualificata non potest pro parte acceptari, & pro parte non, & idem in scriptura priuata, & quando, vide hic.

## SVMMARIVM.

1 *Hipotheca anterior præfertur posteriori ex regula, qui prior est in tempore potior est in iure.*

*Prior qui est in tempore, potior est in iure, n.1.*

2 *Saluianum interdictum dicitur intentatum per clausulas salutares positas in fine petitionis, & libelli.*

*Clausula, omni meliori modo, non se astrigēs, deducens, &c. posita in libello importat remedium Saluiani interdicti, nu.2.*

*Saluianum interdictum utile habet locum non solum inter colonos, sed etiam in quolibet cōtractu, & cōtra quemlibet tertium possessorem num.2.*

*Saluianum interdictum est possessorium, & hipotheca petitorium, & non admittit excussione, nec appellationem suspensiuam, nu.2.*

*Saluianum interdictum est adipiscendæ, & nō datur contra eum, qui possidet, vel desiit possiderè, & quid probare debet, nu.2. & 3.*

3 *Agens remedio hipothecario vel Saluiano interdicto, aut l.fina.C.de acquir hæred.debet plenè probare venditorem possedisse tempore venditionis, vel post, aut in suis bonis reliquisse bona petita, & reum conuentum de presenti possidere, aut dolo desiisse possidere, & nume.10.*

*Constitutum an, & quando transfert possessionem in emptorem, vide nu 3.*

*Hipothecariam intentans debet probare authorem suum possedisse tempore hipotheca, vel post, aut in bonis suis bona obligata reliquisse, vel dolo desiisse possidere, nu 3.*

4 *Statutum Florentinum prohibet excussionem fieri.*

fieri, & debet attendi in foro Fiuizani in defectum statutorum Fiuizani.

Excussio non habet locum, quando principalis non est soluendo, nec quando contractus est iuratus, aut proceditur summariè sola facti veritate, nu. 4.

Sententia super excussione facta, quod principalis non est soluendo, facit ius quo ad oẽs etiã in alijs causis, nu. 4.

5 Hipothecaria actio est realis, & sequitur rem, non personam.

6 Dictio (ut supra) est repititiua pracedentiũ in suo sermone.

7 Actio personalis non sequitur fundum.

8 Qualitas adiuncta uerbo intelligitur secundũ tempus verbi.

9 Hipotheca, & obligatio bonorum non prasumitur, & qui contrarium dicit incumbit onus probandi, nu. 35.

10 Interpretatio est fienda contra illum, qui legẽ apertius facere debebat ad eius fauorem.

Hipotheca reperta in principio scriptura priuata scripta a creditore, vel tertio, non censetur repetita in subscriptione facta a debitore, si promittit soluere, ut supra, & non obligat bona, nu. 9.

11 Identitas rei debet probari ab illo, qui intentat hipothecam vel saluianum interdictum, & saltem per duos confines, aut signa non variabilia.

12 Testes examinati extra tempus datum ad p̃bandum, & probatum habendum non probant, etiam quod intra tempus iurassent.

13 Iudex qui admisit testes, & capitula, vel illos publicauit post tempus datum ad probãdũ, & probatum habendum, debet illam admissionem, & publicationem reuocare.

14 Testes non publicati, aut non examinati in cã principali possunt examinari, & publicari in causa appellationis, ubi non probatum probatur, & non deductum deducitur.

15 Scriptura priuata legitimè non recognita nullam facit fidem, & quomodo recognosci debet, ac quando, vide hic, & nu. 53.

16 Comparatio literarum non fit in Apocha, non subscripta testibus regulariter, & nu. 53.

Scriptura priuata recognita ante ius tertio quasitum praiudicat debitori recognoscenti, & etiã singulari successori, secus si esset contumax, vel recognosceretur post ius tertio quasitum, quia tunc requireretur probatio uera per testes. nu. 17.

17 Scriptura priuata, in qua adest hipotheca, & obligatio bonorum, licèt sit anterior instrumẽto publico, tamen nõ prafertur instrumẽto publico si nõ est subscripta tribus testibus idoneis, & ab illis uerificata, uel non sit probata per testes presentes, etiam quod uirtute pacti mereretur executionẽ, & ualeret ut instrumentum, numer. 18. 24. & 27.

Instrumentum publicũ prafertur scriptura priuata, anteriori, nisi scriptura priuata probetur testibus presentibus, nu. 16. & 17.

18 Contrahentes an possint facere, ut scriptura priuata ualeat in uim instrumenti publici, & mereatur executionem, & maximè in praiudicium tertij, vide hic, & nume. sequen. & nu. 24. & 25.

Pactum quod scriptura priuata habeat executionem, & ualeat in vim instrumenti publici, an valent, uide hic nu. 18. & sequen.

19 Dispositio loquens in casu vero, non habet locum in casu ficto, maximè quando exorbitat a iure communi.

Hipotheca recipit omnes qualitates, cõditiones, & modos obligationis. nu. 19.

Testator non potest facere quin solemnitates requisita in testamento interueniant, nu. 29.

20 Priuilegio inserto in corpore iuris, non potest per partes praiudicari, & renuntiari.

22 Ratificatio, qua fit ab homine non retrotrahitur in hipotheca a die contractus, secus si sit a lege.

23 Locator habens hipothecam pro solutione pensionis, & fructuum prafertur, quibuscunque posterioribus creditoribus hipothecarijs expressis in fructibus, & pensionibus suis, & et tertijs possessoribus.

25 Hipotheca potest induci, & probari etiam sine scriptura, & illa probatur cum die, & anno per duos testes, & prafertur hipotheca in instrumento publico posteriori expressè.

Scriptura priuata quo ad praiudicium tertij requirit diem, & annum ac locum ad illius uerificationem, ut constare possit de anterioritate. nu. 25.

Confessio, & contumacia debitoris in scriptura priuata non nocet tertio, quando euenit post ius quasitum tertio, secus si ante, vel esset p̃bata. nu. 25.

Contumacia post ius quasitum tertio illi non p̃iudicat, nume. 25.

26 Hipotheca, & obligatio bonorum qua apparet per confessionem factam debiti, licèt sit anterior, non prafertur posteriori apparenti per veram numerationem.

Creditor per veram numerationem licet sit posterior prafertur creditori anteriori apparenti so-

Venti solùm per confessionem, nisi ex coniectu ris verificaretur confessio.nume.26.

Hipotheca anterior tutoris, vel pcuratoris, aut ipsius filij familias non præfertur hipothecæ filij sui iuris effecti anteriori, nume.26.

Filius familiàs non potest obligare bona sua sine solemnitatibus iuris, & sic cõsensu patris, ideo obligatio facta, quando est sui iuris, præfertur, licèt posterior.nu.26.

Hipotheca generalis bonorum non comprehendit supellectilia, vestes, & libros, qui, & quæ sunt ad vsum propriè personæ, nisi expressè dicatur, nu.26.

Hipotheca pscribitur p tertium possessorẽ extraneũ inter decẽ annos, & quõ. vide, num.26.

27 Scriptura priuata habet executionẽ paratã, & æquiparatur instrumẽto publico scdm statutum Florentinum, & si est verificata præfertur instrumento publico posteriori.

Scriptura priuata quæ habet executionẽ virtute statuti, vel pacti, si producitur in alio loco iudicij meretur executionem, quia respicit decisoria, & non ordinatoria iudicij, & ideò attenditur locus contractus, vel destinatæ solutionis.nume.27.

Locus contractus, aut destinatæ solutionis attenditur in decisoriis, & in ordinatoriis locus iudicii.nume.27.

28 Creditor potest agere contra tertium possessorem emptorem, omnium bonorum emptoris uocatoria ex eo, quia emit in fraudẽ creditorũ. & hoc si probauerit fraudem, & esset facta excussio, & interloquutum non esse alia bona, & nu.29. & seq.

30 Coniunctus non præsumitur scire factum cõiũcti in his, quæ respiciunt factum, quod potest esse occultum, secus in his, quæ respiciũt iura sanguinis, naturæ, & morum.

31 Excussio non probatur per testes, sed per nuntium, & acta.

33 Scriptura priuata præsumitur recognita, & facit fidem si fuerit sententiatum Debitorẽ uirtute dictæ scripturæ esse debitorem.

Confessio partis approbata per iudicem non potest amplius improbari prætextu erroris, & inualiditatis a confitente, secus si non esset approbata.nu.33.

34 Fideiussor de nõ offendẽdo, nõ tenetur soluere si nõ appareat de cõfessione offensionis, nisi p cõtumaciam principalis sui, quia talis contumacia non dicitur uera confessio.

35 Hipotheca in instrumẽto publico, an possit p notarium extendi, sicut alias extendit clausulas, q̃litas poni in instrumento.

36 Emptor an hẽat rẽ emptã obligatã uirtute generalis obligationis bonorũ i casu euictionis.

Hipotheca generalis bonorũ, an comprehendat rem, quæ in ea alienatur.uide nu. 36.

Quem de euictione tenet actio, eundem agentẽ repellit exceptio.nu.36.

Mercator dans vestem, aut pãnum, vel merces alicui, si non soluit precium, an præferatur alteri creditori habenti expressam hipothecã super bonis debitoris, vide remissiuè. numer. 36.& 37.

37 Venditor an præferatur in re vendita cuicũq; alteri creditori anteriori habenti expressam hipothecam, & quid si in specie obligaret sibi pro pretio rem venditam.

Creditor, qui soluit pecunias pro reficiendo domum, pro custodia bonorũ, pro alimentis, pro expensis funeris, & infirmitatis, & pro semine dato ad seminandum seminato, præfertur cæteris, etiam anterioribus creditoribus hipothecariis.nu.37.

Mutuans pecuniam alicui pro aliquid faciendo, an in re facta præferatur cuicunq; creditori anteriori hipothecario, vide num.37.

Tertius non potest impedire executionẽ immissionis possessionis, quando non possidet, uel est facilis recuperationis.nu.37.

Tertius quando impedit executionẽ, & immissionẽ possessionis, & quãdo nõ. vide sub n.37.

38 Venditio dicitur facta in scriptura priuata simulatq; partes dè re, & precio conuenerunt, & non pactum de vendendo.

Venditio non requirit translationem dominii, & possessionis ad essentiã contractus, sed sufficit consensus, res, & precium, nu. 38.

39 Venditio, & alienatio bonorũ facta in scripta priuata, vbi sit dictum, quòd fieri debeat instrumentũ publicũ, an valeat ante instrumentũ confectũ, & an sit locus pænitentię, et an secundus emptor præferatur, vide hic, & nu.40.43.44.& 45.

41 Media declarantur ex præcedentibus, & seq.

42 Emens nomine proprio, & pro eo, quem nominabit, si non nominat, intelligitur pro se, et hæredibus suis.

45 Instrumentum scriptum a Notario ex consensu partium, si per aliquam ex partibus steterit, quin legatur, & rogetur, habetur pro perfecto, & rogato ad præiudicium contradicẽtis.

Pactum de vendendo, quãdo habet omnia substantialia venditionis dicitur vẽditio, & nõ est locus pœnitentiæ.nu.45.

46 Vendens omne ius ligandi, & quod habet in re vendita, si non habet ius, non tenetur de

Calculus

65 *Calculus factus per arbitros, & firmatis præsentibus partibus, si probetur talis confirmatio per testes præsentes, ualebit, licet arbitri non tulerit sententiam, uel nan appareat de calculo, donec contrarium probetur.*

66 *Verba (in ueritate, uel sub fide, aut in fide) important iuramentum.*

*Confessio sine causa facta præsente parte, & acceptante, potest per iuramentum probari cū si est acceptata ante reuocationem, aliàs secus, nu. 66.*

67 *Creditores plures uirtute scripturarum priuatarum, quis nam illorum sit præferendus & quis in actionibus personalibus, & realibus, uide hic, & nu. 68.*

68 *Creditor posterior, qui exegit suum debitū, an teneatur restituere anteriori creditori negligenti debitore effecto non soluendo, uide hic, & nu. 69.*

69 *Creditor, qui accepit à suo debitore rem alienam ignoranter consistentem numero, pondere, & mensura, an illam teneatur restituere uero Domino, saltim tantundem in genere.*

*Dominum in his quæ consistunt numero, pondere, & mensura transfertur per immissionem, nu. 69.*

70 *Pactum, quod quis possit post terminum exequi instrumentum, uel scripturam priuatā sine citatione, & apprehendere corporalem possessionem bonorum sine authoritate iudicis, & remota omni exceptione, ualet, & tenet, & potest petere creditor associationem familiæ ad euitanda scandala.*

*Possessio bonorum potest apprehendi per Creditorem propria authoritate, si partes in contractu ita conuenerunt, & data fuerit licentia a contrafaciente, nu. 70.*

71 *Pactum, quod non soluens intra terminum morosus possit grauari personaliter, & realiter, intelligitur secundum terminos iuris, scilicet prius in bonis, postea in persona, nisi aliud fuerit declaratum, secus si hoc à lege, uel statuto fuisset ordinatum, nu. 73. & seq.*

*Statutum, quod quis possit realiter, & personaliter grauari, potest grauari prius personaliter, & postea realiter ad electionem Creditoris, secus si ab homine hoc esset conuentū, quia intelligeretur secundum iuris dispositionem, nu. 71.*

72 *Verba (ad arbitrium) intelliguntur secundū subiectam materiam, nu. 71.*

*Verba adaptantur ad immediata, & proximiora, & non ad mediata, & remotiora, num. 72.*

73 *Verba rescripti iudicis & contrahentium debent ad sensum iuris communis, statuti, aut consuetudinis reduci ex eo, quia prouenient ab homine, nu. 71.*

74 *Sententia iudicis intelligitur in obscuris lata, secundum terminos iuris, et nu. seq.*

75 *Fructus in sententia intelliguntur, deductis oneribus, & expensis in illis impositis, et factis.*

*Fructus beneficij dicuntur deductis alimentis Rectoris, & expensis, nu. 75.*

*Fructus beneficii non exacti, an perueniant ad successorem in beneficio, uel ad hæredes Rectoris mortui, et quos, ac quomodo, nume. 75. et seq.*

*Spolium in statu Mediolani non habet locum, et fructus beneficii à solo separati sunt Rectoris defuncti, et hæredum suorum ex priuilegio, nu. 75.*

76 *Omissum à statuto, et constitutione censetur remissum sub dispositione iuris communis.*

77 *Melioramenta, et deterioramenta quando concurrunt confunduntur, et illud quod superabundat confusioni recipit nomen meliorамentorum, et deterioramentorum, et nō ulterius, quod procedit in qualibet dispositione, et sententia.*

*Deterioramenta sola illa dicuntur, quæ excedunt melioramenta, et idem è contra, nu. 77.*

78 *Iudex non potest in causa melioramentorū, et deterioramentorum ferre sententiam super melioramentis, et deterioramentis taxatis, et separatis, sed confundendo deterioramenta cum melioramentis condemnare in illud quod excedit, et præualet, ne diuersas, et contrarias sententias circa eandem materiam proferat.*

79 *Sententia lata contra casum legis statuti, et communis opinionis, est ipso iure nulla.*

80 *Emptor non compensat melioramenta cum fructibus, nisi à die litis contestatæ citra ꝑpter Titulū, et bonā fidē, quia illa fecit, ut Dominus, et non nomine alieno.*

81 *Sententia quando dicitur conformis, et quādo non, ad hoc, ut possit exequi uirtute legis, et statuti, uide hic.*

*Sententiæ tot dicuntur, quot capitula, et idem in stipulationibus, et contractibus; quando sunt separata, nu. 81.*

82 *Sententia in dubio non præsumitur cōformis.*

83 *Scripta priuata reperta in Archiuo quādo, et quō facit fidē, et inter quos, et quid in antiquis,*

 tiquis,

*tiquis, latè vide hic.*

*Confaderati, et adharentes an gaudeant priuilegijs, et statutis aliorum confederatorũ, et adharentium vide hic, nu.83.*

84 *Liber monasterij, Episcopatus, astimi, et capituli, in quo varij, et diuersi administratores scripserunt an, et quando ualeat, vide hic.*

85 *Bona, an, et quando in dubio censeantur emphiteotica, et quando censualia, vide hic.*

*Bona prasumuntur esse illius natura, cuius est solutio, et recognitio, nu.85.*

86 *Instrumentum respectu fidei est indiuisibile, et non potest pro parte facere fidem, pro parte non secus in scriptura priuata.*

*Scriptura priuata inseparabilibus potest pro parte acceptari, et pro parte non, et quando, ac quomodo, nume.86.*

87 *Confessio inseparatis potest pro parte acceptari, et pro parte non.*

88 *Cõfessio qualificata, quãdo nõ potest pro parte acceptari, et pro parte sic, vide hic pulchrè.*

89 *Creditor in solutione tenetur facere fidem, et cartã debitori de solutione, et debitor creditori de credito, et hoc expensis petentis.*

90 *Debitor tenetur facere receputam, et cartam creditori de debito expensis petentis, non tamen ad hoc, ut mereatur executionẽ, et habeat maiorem vim, quã habebat debitum, nisi in loco adsit consuetudo, nu.89.*

91 *Depositum, quando dependet à scripta priuata, et contractu, nõ habet executionem, quia retinet naturam primaua originis.*

## DECISIO LXXI.

PETRVS Antonius detto Massclino de Posaira, de anno 1566. accepit à domino Marchione de Studiatis de Pisis certam quantitatem coraminis, & dictus Marchio composuit, & scripsit Apocham, & in ea dixit qualiter dictus Petrus Antonius (prometteua de pagar li detti dinari di qui à un' anno, & obligaua se sui heredi, & beni, & uoleua che ualesse come un contratto) & prout in ea.

Petrus Antonius in fine dictæ scriptæ se subscribendo dixit Ioan. Petro Antonio confesso hauer hauuto detto coramo, & prometto pagare quanto di sopra si contiene.

Deinde de anno 1570. Nardinus sorori dicti Petri Antonij emit a dicto Petro Antonio plures petias terrarum, & soluit ferè in pecunia numerata, & tertijs personis totum prætiũ corporale habuit, & habet possessionem dictorum bonorum.

De anno 1572. dictus Marchio de Studiatis seu Petrus Columbinus eius procurator vulgaris mouerunt litẽ contra dictum Nardinum ordinariè intentando hipothecariã actionẽ, & sic petẽdo dicta bona sibi assignari iure pignoris, & hipothecæ, donec de pretio fuerit integraliter satisfactus, tanq̃ anterior in hipotheca, fuit exceptũ p̱ d. Nardinũ d. Marchionẽ non potuisse, nec posse agere hypothecaria, nec interdicto Saluiano cõtra d. Nardinũ ad dicta bona, vti sibi non hypothecata, & uti nõ habẽs p̱bationẽ cõtra eũ.

Ex parte dicti Melchionis videbatur dicẽdũ ipsum Melchionẽ obtinere debere, q̃a est
1 anterior in scripta, & † hypotheca, & qui ẽ prior in tp̃e, potior est in iure. regula, q. prior. de reg. iur. in 6. l. diuersis temporibus. C. qui potior in pigno. habe. & ibi Angel. Ant. de Fan. de pignor. in 5. par. 2. Mẽbro, n. 1. seq.
2 Et remedium † Saluiani interdicti dicitur intentatum etiam p̱ clausulas salutares positas in fine petitionis, uidelicet (petẽs, &c. non tantum d. modo & cet. sed omni meliori modo & cert. deducens & cet.) ut per Soci. consil. 80. columm. 2. uol. 3. Corne. consil. 218. uol. 3. Deci. consil. 57. & consi. 187. Craue. consil. 201. nu. 218. uol. 2. Bello. consi. 24. nume. 8. Bursa. consil. 32. nume. 45. uol. 1. & Afflict. decisio. 95. nume. 7. faciunt quæ dixi supra in repertorio decisionum, in uerbo, libellus, cart. 1057. in prima parte, & habet locum non solum in conductoribus, sed etiã in quocunque contractu, in quo adesset hipotheca, gloss. in l. 1. C. de precar. & salua. interd. & ibi Bar. idem Bar. in l. 1. ff. eod. Ant. Cieffi. consi. 96. num. 5. lib. 1. Anton. de Fan. de pigno. in 3. membro 8. par. nu. 18. & 19. & 26. Ioan. Petr. Surd. consi. 131. nume. 1. 2. 11. & 26. Menoc. de adipis. posses. Remed. 3. q. 5. nume. 22. quæstio. 7. Porc. consil. 134. nume. 2. Crauet. consi. 845. nume. 8. 9. & 11. uolum. 5. Petr. de Nicola Mozzi. de contractibus, cart. 54. numer. 21. & sequen. Paul. de Castr. consil. 168. numero 1. & 2. volum. 1. Hieros. Gabri. consil. 46. nume. 20. practi. Papien. in forma. libel. in actio. Hipothe. in glo. sub eodem numero 8. carte 379. Natta. consilio 474. numero 34. 35. uolum. 2. Cephal. consi. 728. numero 16. in fine. & numero sequen. uolumin. 5. & ita practicatur vbique. Rolan. consilio 14. & consil. 79. numero. 39. volu. 1. vbi & excussio bonorum nõ requiritur, licet

licet Bello.in consi.34.nume. 8.teneat contra, & malè, nec appellationem admittit Paul.Emili.Veral.in Rota Romana, Decisio.106.lib.3.car.30.nec datur contra illũ, qui semel possedit etiam virtute constituti, cum sit possessorium adipiscendæ. Anton.Cioffi.consil.45.nume. 5. & seq. lib. 1. Bello.d.consil.34 nu.8.

Et intentans hypothecariam, vel Saluianum interdictum, aut Remedium.l.fi.C.de Acquir.possess.sufficit probare uenditorem possedisse tempore uenditionis, uel post, aut in suis bonis reliquisse bona petita, licèt hypotheca postea extingueretur, & nõ cõpeteret, q̃a Saluianum subsisteret, & hoc plenariè nõ summariè ꝓbare, & sic saltẽ ꝑ unum testem, & iuramentum supletoriũ, &
3 † Reum conuentum de præsenti possidere, aut dolo desiisse possidere, ita Anto.de Fã. de Pignori.in 8.par.membr.3.nume. 18. & sequ.in 6.& 7. conclusione Beltran.cõsilio 213.volum.2.Roland.consilio 14. numero sexto, sequen.& nume.11.& seq.vol.primo. Rota Putei decisio.207.lib primo, cart.85. Nicola.Mozzi. in Tracta. de contractib. Titu.de pignori.& hypo.§. venio ad sextam, nume.21.& seq.cart.54.Crot.consilio 306. colum.prima, & seq.volum.3.car.51.Alex. pulchrè in consilio 70.numer.3.uolum. 5. & in consilio 137.numero 2.& 3.uolum.2. & late Vinc.Franc. decisio.Neapo.101.numero.21.& seq.cart.95.Anto.Cioffi.consil. 45.numero quinto, & sequen. uolum. primo, Michael.Grass.communem opinionem libro primo, quæstione prima, & quæstio.9. Rimi.Sen.consi.573.numero 16.consi.464. nu.5.8.12.& seq.uolum.3.ubi limitat, nisi in constituto adesset clausula ex nunc, at ex tunc, & econtra, quia sufficit quandocũque possidere, antequam emptor, uel creditor secundus possideat, ut etiam tetigi supra in Repertorio Decisionum, in uerbo, constitutum, in prima parte. Alba.consilio 103. & Bolognet.consi.7.numero. 23.cart. 138.& Fertant.Gargia.Patroci 33.num.11. & seq.car.26.facit Rota Putei Decisio 443. libr.2.cart. 316.Paul.Pic.consi.28.nume.3. & seq.cart.72.quia tali casu non datur Saluianum interdictum, sed reintegranda, uel hypothecaria, cũ sit Saluianũ remediũ adipiscẽdæ, ꝑ supradicta, & ꝑ Ant.Ciof.d.cõs. 45.nu.5.& seq.lib.1.& Bello.consi.34. nu.8. Frãc.Becci.cõs.89.nu.14.& seq.Mat. Brun. cõs.57.nu.3.Nec requiritur aliqua excussio in casu nostro, et q̃a actũ sit cõtra tertium possessorem.primo q̃a ẽ reiecta excussio ꝑ
4 † statutum Florentinũ, sub Rub.59.de reiecta excussione bonorum, ꝙ debet attendi cum statutum nostrum Fiuizani nullibi locutus sit de huiusmodi excussione, adnotata per Bal.l.1.§. excipiunt, in fin. ff.de Fer. Paul.de Castr.consil.140.& consilio 129.in prima parte.& consi.39. uolum.2. & in l. si conuenerit, §.si Nuda.ubi Alex.ff.de pignora. Actio.dixi supra decisio.30.num.8. & decisio 35.nume.28. in prima part. Secundo, quia per testes fuit probatũ dictum Petrũ Antonium non esse soluẽdo, adnotata per Petr.Duen.Reg.335. Fideiussor.numero 1. cart.166.& Bar. in l.fin. ff. si cer. peta. quæ sententia facit ius quo ad omnes, & in aliis causis, & sic iuuat tertio Aemiliani cõsilio 103.numero.2. Paul. Emil. Veral. decisio 35.numero6.in 2.par.cart.113. ubi scriptura legitimè exemplificata facit fidem, etiam contra eum qui non interuenit in illo iudicio. Tertio, quia obligatio bonorum fuit iurata, quod iuramentum impedit excussionem, cum possit seruari sine interitu Salutis æternæ secundum magis communem & ueram opinionem, ut per Alexan. consilio 29. numero.38.volum.7. Petr.Duena. Regula 335. Fideiussor.in xx.limita.Steffa. Aufrer in additio ad Capel.Tholosa. Decisio.139.Hippoli.in Rubri. de fideiussori. numero 314.q.44.Mar.Ant.Baueri.in tract. de uirtu.iura.in princ. numero 24. Mathe. Brun.consilio 28.numero.5.Quarto, q̃a interdictũ Saluianũ, respicit possessorium, & exceptio excussionis respicit petitoriũ. Ripa in Rubri.de pignorib.col penult.& ideo in tali Saluiano interdicto nõ fit excussio. Soci.consilio.60.col...versicu. uel etiam & tertio.uol.3.Alex.d.consilio 70 numero 3. volum 5.Craue.consi.201.in 7.dubio Bursa.consil.3 uolum.primo, nu.45 Rolan.cõsilio 14.nu.14 & 18 uol.1. Anto. de Fan. de Pignori.Membr.primo parte 8. nume.5.6. 19.& 20.cart.552.licèt Bello.consilio 34.numero 5.& Fran Becci.consi.89 car.159. teneant contra, quo ad Saluianum interdictum, & contra communem, per supradicta. Quinto, quia sumus in causa summaria, & sola facti ueritate inspecta, quo casu non habet locum excussio, quæ est de apicibus iuris. Anto de Fan. de pignoribus in 8.par. membr.primo, nu.28.car.524.Cur.Sen.cõs. 6.num.2.

Pro parte Nardini plura fuerunt in medium adducta,& primo , quia non competit d.Marchioni aliqua hypothecaria actio
5 aduersus Nardinum, quia est† actio realis, & non personalis,& sequitur rem , & non personam.l.pignoris.C.de pignoribus.Anto.de Fan.de pignori.in 2.par.3.memb.numer.3 2.& in prima par.nu.3. & Purpura. consilio 462.num.26.& 27.uolu.2.sed iste Petrus Antonius non obligauit bona , sed personam,nam promisit soluere(ut supra) hoc est infra tempus ibi expressum , ut ibi
6 promisit,quia † dictio(ut supra) est repetitiua,præcedentium in suo sermone. Bero. cons.164.nume.7.& consilio 14. num. 4. & 5.uol.3.Deci.consilio.128.in fin.& Ancharan.Regiens.q.53.num.12.in 2.par. facit Mari.Angussolus,consilio 164.numero 2.& seq.uol.1.ubi latè, & aliud est permittere soluere,aliud obligare bona sua,quia
83 quo † archiuo,etiam quòd esset antiqua, nisi esset probatum de tempore repositionis à non suspecto,facta fide per custodem legalem Archiuij, & de subscriptione illius tempore extractionis, & quòd huiusmodi scripturis ita repertis detur fides, & quòd in d.Archiuo non ponuntur scripturæ, quibus non adhibeatur fides, & quòd esset causa inter subditos,cùm extra territorium non probaret, nec contra forensem,& confęderatum, ut per Rotam Putei.decis.451.& decisio.454.lib.2.car.319. vbi dicit facere fumum, & sic aliqualem præsumptionem Paul. Pic.consi.97.nume. 87.car.242.Anch.Regiens. quæst.60.num. 5.& seq.in prima parte, car.40.qui ita est intelligendus,vbi dicit, his pręcedentibus probare etiam Dominium, si alter illo in tempore non possidebat, Cephal. consil. 137.nume.633.& seq. uolu.2.consiliorum ultimarum volunta.car.248.& de materia Veral decisi.41. & decisi. 42.in prima par. Caballi. Milleloquio 658. in fi in 2.parte, & tetigi supra in decisio. 23. nume. 73.& num.81.83,& 93.hac 2.par.& in Repertorio Decisionum,in verbo,libri, & scriptura in prima parte,& per Bertazzol.consi. 1.nume.78.& seq.& consil.14. nume.22.& 23.lib.1.in ciuilib.Natta consi.672.nume. 33.& seq.volumi.4.car.41.Fely. in Repertorio suo,in verbo scriptura priuata,& in verbo,scriptura Archiuij,columna 561.& 562.facit etiam circa cõfęderatos,& adhęrentes,Pau.Pic.in consi.5.nume.4.& consi. 99.num.32.Bal.consi 491.in fi vol.primo, & Marcabrun.consilio 82.nume.121. car. 319.ubi ponunt, an sit forensis,aut de iurisdictione,& Fely.in c cum causam, uers. in ea glosa,ibi,ex Archiuio publico,num. 7.de probatio. Mascard. de probatio.conclusio.4. columna prima, volumi.primo, car.115.& num.8.& 9.conclu.926.num.6. & seq uolum. 2.car.265. Craue. de Antiq. tempo.sectio. Quarto limitatur,num.1.& 2.car.67.& tetigi supra, num.27.Octauia. Pedemonta.decisio.69.car.254.Hiero.Magoni.decisio.93.numero 10.& seq.car.274. Rota Perus.decisio.115.nume.18.& seq.in secunda par. Franc. Marc.decisi.298.num.
84 1.decisi.439.num.4.in prima par. † secus si esset liber Antiquus alicuius Archiuij, vel Monasterij,aut Episcopatus in quo uarij,& diuersi administratores, factores, & officiales bonę vocis,& famę varius in temporibus scripsissent, ut puta bona esse feudalia, vel emphiteoticaria, aut censualia Monasterij,principis,aut ecclesię,& aliqui mortui fuissent, aut aliquæ essent uerificatæ partitæ in totum, uel in parte, quia tali casu facerent magnam pręsumptionẽ, adeò q̃ trãsferrent onus probandi in contrarium in aduersarium,quia non est credendum tot, & tales personas uoluisse falsum scribere,& in peccato mori,cũ quilibet præsumatur memor salutis æternæ, & maximè si in aliqua parte uerificetur, ut tetigi supra,in decisio.45.nu.94.& 95.& in additio.num.2.& in Repert. Decisionum, in uerbo,libri,& scriptura,& in uerbo, libri canonicorum,car.163.in prima parte. Mascar.de probatio conclusio.111.num.4. uolum.1.car.115.latè Bursa. consilio 330. num.100.& seq.uolum.3.car.325. Ancha. Regiens.quæstio.60.nume.5.& seq.in prima part. 40. ubi loquitur in æstimo communis, alio non possidente, tunc temporis,facit Decia.consilio 76.nume.2.uol.3. Dec.consil.146.num.14.Craue.consil.158. nu.4.& 7.libro 1.Alban.consilio 64.nu.22. Nicola.Festasi.in tract.de æstimo,num.13. & seq.car.12.& uide Alcia.consi.12.nume. 9.& 19.Tomo primo,libro primo, car.12. & maximè, quando tendit ad coadiuuandam intentionem agentis,aut se defendentis, Dec.d.consi. 146.nu.14.& 15.pulchrè Craue.de antiqui.tempo sectio. Quid in libro, in prima par.nume.11.13 23.& 24. car.83.& ideo ex supradictis(quia apparebat liber Episcopatus Papiæ bonorum emphiteoticorum separatus à libro bonorũ censualium, & scriptus diuersis temporibus à diuersis officialibus, & administratoribus, & quòd aliqui acceperant inuestituras uti de bonis Episcopatus) fuit IVDICATVM hoc anno 1585.per excellentem Do. Antonium Marium de

Canis, bona Bastiæ, & Stratellæ fuisse, & esse bona Episcopatus Papiæ, & subiecta ficto perpetuo, & non censualia, & ita dicendũ est de bonis terræ Bassignanæ, cùm clarius apparent, & per libros separatos, & quàmplures inuestituras, d. bona esse Episcopatus Papiæ, & non † particulariũ personarum, per supradicta, & per Rimi. Sen. consi. 356. nu. 11. & 12. uol. 3. car. 176. & per ea, quæ dixi supra in Repertorio Decisionum, in uerbo, censualis, an emphiteoticarius, in prima par. Socy. consi. 167. col. 2. Volum. 2. & consi. 50. colum. 1. & 2. uolum. 4. Cephal. consi. 297. uolum. 2. ubi in bonis ecclesiæ fauore ecclesiæ in dubio potius emphiteosis, & fictus perpetuus, quàm census iudicatur, & Mascard. de probatio. in uerbo, emphiteoticas, conclusi. 601. nu. 8. & 9. car. 11. lib. primo, & conclusio. 281. car. 120. lib. 2. ubi dicunt communem, uide de materia Purpura. consilio 109. num. 6. uolum. 1. Menoch. consi. 291. num. 8. uolu. 3. car. 351. Mathesi. Vesembeci. consilio 62. car. 155. Imo. in c. ad audientiam de rebus eccl. non alienan. Nicola. Festas. in tract. de æstimo, nume. 53. & seq. car. 12. & Guliel. Rodoan. de rebus ecclesi. car. 31. in uerbo, contractus. Natta consilio 194. uol. primo, quia licèt sit discrepantia inter Doctores, an bona sint Liuellaria, uel censualia, & an sit translatum Dominium in ecclesia illorum bonorum, uel non, quamuis fauore ecclesiæ, ut dixi, communem esse censeri liuellaria, & sic translatum dominium, nihilominus non habet dubium, quando aliqua minima præsumptio, uel minimus fumus appareret, pro liuello, ut quia bona illa dicantur ecclesiæ, & soluatur pensio, uel census, aut q͂ non possit alienare sine consensu directi, uel prius, non requisito Rectore, & quid simile demonstrans translationem Dominij in ecclesiam: per supradicta, & per ea, quæ dixi supra in decisio. 43. num. 55. in prima par. Bello. cons. 21. num. 7. & seq. & Natta. consi. 3. num. 4. 5. 12. uolum. 1. & Cepha. consi. 9. num. 17. & 18. uol. 1. ubi bona præsumuntur esse illius naturæ, cuius est recognitio, & solutio, & tetigi in Repertorio Decisionum, supra in uerbo, locatio an probet. in fi. in 1. par. car. 1067. & Paris. consi. 13. num. 20. & sequen. uolu. primo.

Et quamuis instrumentum publicũ sit indiuisibile respectu fidei illius, quia non potest pro parte facere fidem, & pro parte non, tamen in scriptura priuata, quæ dependet à uolũtate approbantis potest approbari pro parte, & † pro parte non, maximè in capitulis separatis, & non cõnexis connexitate indiuisibili, ita tradit Crau. de antiq. tempo. sectio. uiso, de uerbis, nu. 76. & seq. car. 50. & uide eundem, nume. 68. & seq. car. 48. ubi dat limitationes, & car. 61. n. 59. & circa scripturam priuatam manu debitoris, tertij, & officialis, aut administratoris, an possit pro parte acceptari, & pro parte non, et quando, ac quid in connexis respectu officii, et negotii, et quid in separatis, et quid si procedat protestatio solum in fauorabilibus, latè etiam tradũt Doct. in d. l. scripturas. C. qui potio. in pig. habe. et in l. admonendi. ff. de iureiur. ubi Ias. glo. in cap. in præsentiarum, de testibus Alexan. consi. 30. num. 1. consi. 123. num. 5. & 6. uolu. 7. Ias. consi. 57. nu. 3. uol. primo, Dec. in consi. 558. sub num. 7. consilio 317. num. 6. & 8. Ruin. consilio 114. num. 14. consilio 100. uolum. 3. consilio 76. et consi. 77. uolum. 4. Crau. consilio 275. num. 2. uol. 2. consilio 150. consilio 197. num. 13. uolum. 1. Phanuci. de Luc. dot. gl. 11. num. 5. car. 495. latè Fely. in cap. examinata, num. 2. de iud. Hyppol. in Rub. de fideiussori. nume. 66. & sequen. uersi. modo ingrediendo quæstionem, Hyppol. Rimin. consi. 127. uolum. 2. et Rota Perusi. decisi. 19. nume. 23. et 25. in prima par. pulchrè Francis. Marc. decisio. 60. in prima par. car. 19. Grauati. ad Octauia. Vest. in sua pract. lib. 6. num. 20. 21. car. 151. ubi inseparabilibus, et diuiduis natura, solutione, et effectu potest pro parte acceptari, et pro parte non, et uide Ioan. de Platea, in l. 1. colu. 1. C. de anno, et tribu. lib. 10. car. 23. Bart. in l. Publia. §. fina. ff. deposi. Purpur. consilio 462. uolum. 2. Fely. in cap. cùm inter, columna 4. de re. iudi. Alex. consilio 132. num. 9. uolum. 5. consilio 71. clarissimè, num. 5. uolum. 3. Gemin. consi. 9. Zabarel. consil. 37. colum. fina nume. 9. Bal. consilio 156. cum duæ, nu. 3. uolum 3. Franc. Viui. commu. opinio. in uerbo, scripturam, car. 182. Lauren. de Pinu. consilio 158. num. 10. et sequen. car. 197. Cuma. consilio 177. colum. 2. car. 71 Menoch. de arbi. iudi. lib. 2. centuria 2. casu 93. per totum, et num. 33 car. 170. ubi loquuntur in contractu, testamento, et societate, ac tutore, Lanfranc. Cep. quoniam contra, de confes.

Rubri.

Rubri.nu.17. de probat.car 69.pract.Pap. in forma libel.peten.copia instrum.in glo. cum anno, versic. quid autem si mercator, num.6.car.166.& in for.opposi.contra instrum.in glo. quod negatur, sub nume.4. car.179.Rimin.Sen.consi.287.num.11.12. & seq.volum.2.car.107.Octa.Pedemonta. decis.71.num.61.car.274. Quæ † videntur posse extendi ad confessionem, & per actorem diuidi, & si eos posso acceptare confessionem rei,pro se faciente, & repellere quod contra se facit, & maximè quando præsumptio est pro repellente, & non acceptante.Bald.in l.si præsid.C.de donat. ante nup. Pet.de Ravē. sing.93.confessio, Ias.in l.manifestè,num.8. & ibi Curt.ff.de iureiuran.Ferrant.Gargia patroci.6.num. 7.Niconi.in allega. prima,num.19.versic. non obstat, quòd confessio,Alexan.consi. 2.num.22.volum.4.& consilio 39. num.2. vol.7. Franc.Marc.decisio.520.nume.4.in 2.parte,car.566.Rota Genuę,decisio.141. num.2.car.201.decisio.114.nume.3.decis. 95.num.3.decisio.122.nume.5.decisio.60. num.4.Natta,consi.134.num.2.volum. facit Alexan.consi.39.circa ultimum,sub num.2.vol.2.Henr.Boich.in c.cùm super, nume.1.& seq de conces. præben.car.411. Zabarel.d.consi.37.num.9.Bursa.cons.53. sub nu 17.& 18.volum.1. Lauren. de Pinu. d.cons.158.num.10.& seq.car.197. Rimin. Iun.latè in d.consi.127.volum.2.& consil. 48.num.47.volum primo,Boer.consilio 7.

28 Nisi vnica oratione † qualificata esset confessio enūtiata,& alia in contrarium,non vrgeret presumptio,vt quando quis diceret,ego occidi Titium,sed ad meam defensionem; nam tali casu non potest ad mortem damnari alio non apparente,vel accepi fardellum,sed ei restitui,vel statim dedi suo famulo,vel vxori ibi præsenti, vel fateor habuisse centuram mutuo, sed tali die restitui, vel loco illorum dedi sacchos viginti frumenti,aut promisisti non repetere,vel quid simile, nam vnum tendit ad obligandū, alterum ad liberandum. & ita quando vnum negotiū pendet ab altero, vt adulteriū à Lenocinio,dos à matrimonio, & quando vnum inest alteri voluntate contrahentium,ut promisi centum Titio, & ipse promisit pro me ire Romam, idem quando vnū negotium tangit aliud, uel ratione accessorietatis, vel ratione qualificationis,uel alijs modis, de quibus loquuntur supradicti Doctores, aut factū principale non est prohibitiuum,& habetur pulchrè per Rimi. Iun d.consilio 127. volum.2. Boer.d.consi.7.gl.in l.si quidem. C.de exceptio.Fernan. Vasq.de successio. lib.3 §.23.limit 18.num.23.car 559.in prima parte,Signorol.& Raphael.Fulgosi.in consilio posito, post Cepol.in suo tracta. seruit.& tit.de seruis fugiti.car. mihi 201. Franc.Marc.decis.439.num.6.in 2.par.car. 49.& tetigi supra decisio.16.nume.19.hac secunda parte, & Menoch.de arbit. iudic. casu.95.car.173.& Ias.in l.manifestè , nu. 8.ff.de in litem iuran. car.124. licèt teneat contra propter iuramentum , Bertazzol. consilio 449.num.30.vol.2.in Criminali, Decian.consi.80.nume.36.& 37.volum.3. Octauia.Pedemonta.decisio.60.num 9.& sentit Paul. Emil.Veral. decis.206.num.3. & seq.lib.primo,car. 58.idem Veral. Rota Roma.decisio.186.nume.2. & decisio.191. nume.2.lib.primo , facit dictum Roman. consi.294 confessio, & ibi Mandos.lit.B.& ideo Ferrant. Gargia,in patrocin.6.nume. 7.car.36. videtur in suo exemplo malè loqui, & Ias.in d.l.manifestè, nume.8 Rota Genuæ decisio.153.nume.primo.& 9 car. 209.decisio.95.nu 1. & 2.Gherar.Mazzol. cons.23.num.82.Boero.cons.42.nume.36. consi.96 nu.30.vol.3.car.557. Ioan.Bap. Ferret.cons.74.vol.1.car.73.late Mascar. de probatio.concl.867.lib.2.car.217.Volpel.consi.44.& consil.45 car.35. in Criminali,quæ sunt notanda per iuniores, quia, & Seniores aliquando deuiant, & tangit Anchara.Regiens.quæstio.15.num.8.in 2. par.car.67.& in quæstio.48. in 3.par.car. 173.Rimin.Sen.consilio 287.num.9.& 11. volum.2.& ibi Appostilla.vbi confessio referens se ad aliud, non præiudicat , si non apparet de relato,& licèt qualitas illa non præsumatur à iure, tamen est idem dicendū in confessione principali,ut est debitū, & sic dolus cum dolo compensatur alia coniectura, & præsumptione non apparente;aliàs secus,quia tali casu posset acceptari pro parte.& pro parte non,ut dicunt supradicti Docto.& Rota Genuæ d. decisio.153.nume 9.car.209.& Alexand.consi. 39.circa ultimum, sub nume.2.uolumine 7.ubi dicit magis communem,& ideo breuiter restringendo hanc materiam confessionis qualificatæ concluditur , quòd si cōfessio est de genere prohibitorum, vt

est

est furtũ,& homicidium,quia in eo præsumitur dolus,tunc si dicit occidi,sed ad mei defensionem,talis qualitas non acceptatur ita,& taliter,quòd sit absoluendus, q̃a confessus est actum prohibitum, sed quia non probatur, nisi mediante sua confessione,ideo pœna non ordinaria,sed extraordinaria punitur,sed quando confessio nõ est de genere prohibitorum,vt debitum, venditio,depositum,mutuum,donatio,& quid simile,tunc,si quis confitetur cũ qualitate in eadem oratione,vel vt supra dixi, & contra talem qualitatẽ, nulla alia adsit coniectura, nisi sola præsumptio iuris in cõtrarium,vt q̃ solutio,restitutio,depositio,pactum de non petendo,& quid simile non præsumatur,tali casu omnino est confessio acceptanda cũ illa qualitate,quia & etiam principalis petitio,& confessio eadẽ ratione non præsumitur, & sic non præsumitur debitum,donatio,uenditio,depositum,promissio,& alienatio, quia nemo p̃sumitur velle iactare suum, & iuramẽtum suppletorium nõ haberet locum,quia deberet potius deferri confitenti,quàm acceptanti,per tex.in d.l.manifestè, & ibi Docto.ff de iur.iuran.& sic principium cum fine compensatur,& non potest diuidi, secus si cum qualitate, & sine alia coniectura,alia præsumptio,& aliud iudicium concurreret, nam tunc præualeret, & posset coadiuuari per iuramentũ suppletorium, & non aliter:ita hæc omnia colliguntur p̃ Rota Genuæ d.decis.95.& decis.153. nu 9. Alex.d.cons.39.sub nu.2.col.fi.vol.7.& pulchrè Ferret.consilio 74.volum.1.& Henric. Boich.in cap.cùm super,numero 2. & seq. de conces.præbend.car.411.& per alios supra allegatos. Vnde ex prædictis potest colligi, quàm in aduertenter aliqui dicunt illum, qui accepit sine testibus mutuo cẽtum ab aliquo, & bona fide restituit sine testibus, & postea ille,qui mutuauit repetit, & si qui accepit mutuũ negat aliquid sibi deberi, ille facit positiones, qualiter mutuauit, vel defert iuramentum decisorium, & petit responderi purè,& simpliciter, an receperit in mutuum scutos centũ, & si ille confiteatur recepisse, sed restituisse,vel nihil recepisse,per quam receptionem sit debitor, nolunt confessionem hãc qualificatam valere, sed posse diuidi,& sic acceptari potest confessio tantùm, vt dicit Ias.in d.l.manifestè,numero 9.ff.de iur.iuran.Georgi.Natta in clem.sępe in prin. in glo. in verbo, simpliciter, numero 1. car. 116.de verb.signifi.& Caballi. in milleloquio 243.& 244.in prima par.car.113.vbi dicunt procedere ratione iuramenti, quia non fuit delatum nisi super mutuo, & non super restitutione, quod mihi non placet, tamen bonum est dicere, quòd vult iurare super tota causa, vel potest dicere,nihil habui, & si habui restitui, vel non sum tibi debitor hac de causa, ideo bene nota, & quia in praxi sæpe cõtingunt hæc omnia, volui tibi ita explanare,& adducere,ut veritatem ex supradictis possis in contingentia facti elicere, & non velo leuato dicere,quòd potest diuidi confessio,& quòd solutio, & satisfactio, ac qualitas non præsumitur,vt multi insipidi dicunt,& tenẽt absque aliqua consideratione prædictorum.

Et licèt creditor possit adstringere debitorem ad faciendum sibi cartam de eius
89 credito,& debitor † creditorẽ de solutione ad hoc, ut possit semper apparere de credito, & debito, ac liberatione expensis petentis, ut per Fel.in cap.accedens,il primo,numero 2.& 3.vt lite penden. & in c. 1.in sexta fallentia,de probatio. dixi supra in decisio.13. numero 28. in fi. & numero 29.hac 2.par.& Ruin. consi.215. numero 8.volum.primo, ubi idem si esset scriptura vetusta,uel amissa,& Pau.Granu.in suo theorema 9.car.45.ubi latè. Tamen non tenetur obligatus iste se obligare ad formam guarentigiæ,nec quòd scriptura,uel
90 instrumentum mereatur executionẽ, nisi de hoc sit consuetudo,& stilus ita faciendi, & cogendi in illo loco,quia plus grauaretur,& obligaretur, quàm per prius fuerat conuentum,& contractum,adeo quòd talis scriptura,& instrumentum solum probarent creditum, aut solutionem,& non mererentur executionem,cum subintrant in locum prioris obligationis,quę non habebat obligationem bonorum,nec executionem,Ripa in l.2.nu.49 ff. de soluto.matrimon. & Ant. Gomes. de contractib.c.2. sub nu.17.car.168.& ibi Appostilla, littera D.car.188. Alba. consilio 33. & Benuenut. Strac. in tract. de assecuratio. tit. de adiectio.glo.37.car.143 facit dictum Henric.Boich.in cap.si instrumenta, num.4. de testib.car.279.Boer.decis.295 nume.17.& 18.Mari.Angustol.cons.29 in fi.Dec. cons. 475.numero 35.consilio 499. numero 14.

Marcabrun.consil.46. num. 39. cart.188. vbi idem in laudo, & sententia, cùm valeāt in vim practi. & conuentionis, sicut etiam videmus depositum non habere executio-
91 nem, quãdo † dependet à scripta, & contractu non habente executionem, quia idē iudicatur de eo, quod de scripta, & contractu, qui præcedit. Socin. cons. 143. uolum. j. & cons. 171. colum. penult. vol. 2. Bald.consil.232.volum.3. Paul. de Cast cõs. 170.vol.2.Roma.consil.238. colum.1.consil.500.colum.2.& cons.520.colum. 1.Dec. consil.216.Abba.consil. 7.volum.2. Alexā. cons.80.vol.3. & ideo notata per Roland. in cons.17.volum.primo, nõ obstant, quia loquuntur in uero deposito, & principaliter facto, & non dependente ab alio contractu, ut iura iuribus concordentur.

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO XXVIII.

## ARGVMENTVM.

Statutum de consilio sapientis & de compromisso non habet locum in causa executiua liquida, & quomodo, ac quando prędicta procedunt hic latè discutitur.

Causa compensationis, aut reconuentionis opposita in causa executiua an, & quando locum habeat, hic videre poteris.

Statutum de compromisso, & de consilio sapientis æquiparantur quo ad causam executiuam retardandam, vel non.

Iudex ordinarius, & Delegatus, & Arbitri an, & quando, & quibus causis possunt allegari suspecti, uide hic.

Sententia lata post allegatam suspitionem, & processu, an, & quando sit nulla, & nullus hic declaratur.

Materia suspitionis iudicium, iurisdictionis Arbitrorum, & intimationis illorum hic late narratur.

Iudex secularis non potest se intromittere in causis ecclesiasticis & spiritualibus.

Sapiens assessor, & Relator non potest esse secularis in causis spiritualibus, & ecclesiasticis, quando iudex tenetur illius consilium sequi, alias secus.

## SVMMARIVM.

1 *DICTIO, (omnis, oē, omnes, & quascunque) est vniuersalis, & omnia comprehendit, nihilque excludit. Declara vt num. 72. 74.*

2 *Executiua causa dicitur summaria, & extraordinaria, nu. 76 77.*

*Summaria causa, quæ dicatur, vide remissiuè, num. 2. & 76.*

3 *Statutum de cõsilio sapientis obligans iudicē ad illud sequendũ cum clausula annullatiua, habet locũ etiam in causa clara, & liquida, non executiua, nu. 60. & 78. & seq.*

*Statutum de consilio sapientis respicit vtilitatem publicam, & illud non possit renuntiari, vide nu. 3. 66 67 80. & seq.*

4 *Statutum de consilio sapientis habet locum etiam in causa liquida, & clara, quando aliqua exceptione offuscatur, & adumbratur, maximè procedente ab eodem instrumento, declara, vt num. 40. 90. & 91 92.*

*Exceptio quæ oritur ex eodē instrumento, an retardat excutione, vide n. 4. 40. 90. & 91.*

6 *Statutum de consilio sapientis, & de compromisso, an habeat locũ in causa executiua, vide per totum, & nu. 16. 20. 42. 60. 61. 75. 92. & 93. & 78.*

7 *Statutum de consilio sapientis, & compromisso intelligitur si fuerit petitum à parte.*

*Statutum de fideiubendo, se præsentando, & de aliquid faciendo sub pœna intelligitur, si prius fuerit petitum, etiam si diceret, quod actus esset nullus, nisi certa dies fuerit apposita, numero. 7. 9. & 10.*

10 *Legatũ pium vel relictũ per testatorem cum grauamine, & pœna heredibus satisfaciendi, nõ facit hæredē incidere in pœnā, si prius non fuerit interpellatus, & monitus, nisi dies certa fuerit interposita, num. 79.*

*Hæres*

*Hæres grauatus aliquid implere sub pœna ĩtelligitur grauatus, si fuerit ĩterpellatus, aut monitus, nisi dies certa, vel tẽpus certũ fuerit expressum, num. 10. 79.*

11 *Reconuentio an possit in cã executiua fieri, et an habeat impedire executionem, vide nu. 19. 39. 47.*

*Executio, an possit per exceptionẽ retardari, vide num. 11. 19. 39. 42. 90.*

12 *Causa reconuentionis, & compensationis dicitur incontinenti fieri, & finiri, si intra instantiam executionis probatur, & expediri potest, aliàs dicitur requirere altiorem indaginem, nu. 11. 18. 19. 39.*

*Exceptio dicitur alteriorem requirere indaginem, si non potest eadem instantia probari, & finiri, qua principis causa finitur, nu. 11. & 12. 22. 26 39.*

*Incontinenti aliquid dicitur fieri, & probari, quod eadem instantia probatur, & finitur, qua principalis causa, nume. 11. & 12.*

13 *Clausula (sine lite, & exceptione) importat sine citatione, cõsilio sapientis, & iudicio, & per exceptionem liberatur, nu. 67. 88.*

14 *Promittens obseruare actum nullum, vel cui non potest renũtiari, valet promissio in vim pacti, maximè p̃cedẽte iuramẽto, & nu. 15.*

*Actus nullus aliquando potest substineri in uim pacti, nu. 14.*

*Clausula (de iure, & de facto) qui importat, vid. num. 15.*

17 *Statutũ obscurũ recipit interprætationem à communi practica, & obseruãtia, n. 62. 63.*

*Obseruantia declarat omnem dubietatem legis, statuti, & promissionis, num. 17. 62. 63.*

18 *Summaria petitio non suspenditur per reconuentionem non summariam.*

21 *Iudex, an teneatur sequi malum consilium sapientis, nume. 51. 52.*

23 *Interuallum temporis dicitur cõtinere actus, vel exceptio, qñ testes sup illis examinãtur.*

24 *Paria sunt non probare intra certũ tempus statutum, vel minus sufficienter probare, aut non posse probare.*

25 *Iudex præsumitur intra breue tẽpus magnũ processum non vidisse, & sñiam fulminasse.*

*Processus magnus non præsumitur intra breue tẽpus posse expediri, num. 25.*

27 *Promittens restituere Molendinũ bene aptũ & triturans, intelligitur expensis dicti conductoris, & vide num. 35.*

28 *Expensa nõ duratura vltra tempus conductoris dicitur temporalis, & non perpetua, & pertinet ad conductorem.*

29 *Expensa, quæ nõ ascendit ad medietatẽ pensionis dicitur modica, & facta gratia colligendorũ fructuũ, & nõ põt repeti, num. 32.*

30 *Testis deponẽs publicã vocẽ esse in loco non probat, nisi addat qualitatem loci.*

33 *Conductor, qui scit solitũ euenire non potest petere remissionẽ mercedis, & idem si culpa sua euenit, num. 4. & 94.*

34 *Locator, qui promisit remittere p̃sionẽ ĩ casu belli, & pestis, an in alijs non expressis teneatur remittere.*

*Verba, qñ ĩ sẽsu directo nihil operãtur, inducũt argumẽtũ à contrario sensu, etiam ad derogationem iuris communis, num. 34.*

*Argumentum à contrario sensu habet locum etiam ad derogationem iuris cõmunis, qñ verba ĩ sẽsu directo nihil operãtur, nu. 34.*

35 *Promittẽs suis sumptibus cõstruere Molẽdinũ, vel domũ, tenetur reficere, & manutenere, & tp̃e destructionis currit p̃sio, qa talis promissio est pars maioris pensionis*

*Cõductor ẽt ad lõgũ tp̃s p̃mittẽs suis sumptibus soluere onera, & cõstruere, & meliorare Molendinũ, & domum, tenetur reficere, et manu tenere, et tẽpore destructionis currit pensio, et talis promissio est pars augumentum pensionis, num. 35.*

*Emphiteota, qui promisit meliorare, et plantare arbores, an possit repetere, vide num 35.*

38 *Notarij declarationi in dubio stãdum est circa contenta in instrumento.*

40 *Statutum reijciens omnes exceptiones non intelligitur reijcere exceptiones procedentes ab eodem statuto, et ita in pacto, num. 4. 70. 90. et 91.*

41 *Locator promittens reficere expensam excedentẽ summã decẽ aureorum, non tenetur reficere nisi sit probatum excessum, et in dubio non præsumitur excessisse.*

*Expensa non præsumitur facta vltra summam taxatam, si non probetur, nume. 41.*

42 *Executio per exceptionem, recompensatione, reconuentionem, consilium sapientis, et compromissum non debet retardari, si exceptio non est liquida, nec incontinenti liquidanda, maximè præstita fideiussione de restituendo in casu succumbentia, numero. 11. 19. 48. 57 et 58. 60. 90. 91.*

43 *Compensatio, et reconuentio non habet locũ contra debitum iuratum.*

*Statutum de consilio sapientis, de appellatione, de compromisso non habet locum, quando per calumniam esset petitum, et animo dilatandi solutionem, num. 43. 64.*

Iudex,

85 *Iudex, qui habet iurisdictionem a statuto, tenetur seruare formam statuti, alias ut priuatus dicitur iudicare, & procedere.*

87 *Actus, qui reducitur ad uiam iuris, dicitur fauorabilis.*

*Statutum reducens causam ad uiam iuris primauam dicitur fauorabile, nu. 87.*

91 *Appellari non potest ab executione facti quo ad retardandam executionem, nu. 91.*

93 *Mentio non est fienda de actu nullo, & inualido, & ideo non annullat actum, nec rescriptum.*

*Rescriptum non annullatur, nec dicitur subreptitium, si non est facta mentio in eo de actu nullo, & inualido, nu. 93.*

94 *Remissio mercedis non hēt locū in casu solito euenire noto conductori, num. 37. & 94.*

95 *Executor an, & quando possit allegari suspectus.*

96 *Iudex ordinarius non potest in totum allegari suspectus.*

97 *Suspitionis allegatio debet cum causa habili fieri, & quid de iure ciuili, & quando esset periculum scandali.*

98 *Arbitri ad probandā suspitionem debent eligi statim illa proposita, & ad plus intra tres dies alias processus ualet, & debent esse ecclesiastici.*

99 *Arbitri possunt eligi extra iurisdictionē iudicis suspecti intra unam dietam, & in iurisdictione, sed debent ipsi, aut partes (non iudex) eligere locū in iurisdictione non remotū, ubi est ius reddendū, nisi esset cōsuetū in aliquo loco ius reddi, n. 100. & 101.*

103 *Iudex suspectus potest eligere locū arbitris, in quo debēt reddere ius, si partes, aut ipsi arbitri nō sūt cōcordes, et idē i alijs causis.*

104 *Iudex allegatus suspectus poterit assignare arbitris electis terminum ad terminandum suspitionem, cum pœna, & declaratione, quod illo transacto procedet ad ulteriora super meritis, & ad pœnam.*

*Iudex delegatus, & arbiter possunt extra diacesim suam ius reddere partibus uolentibus, secus aliqua earum contradicente, nu. 102.*

105 *Libellus recusationis quomodo formari dēt.*

*Sententia recusationis, uel non, quomodo formanda, nu. 105.*

107 *Iudex suspectus quomodo debet intimare arbitris, et indicent intra terminum, alias quòd ipse procedet ad ulteriora.*

107 *Arbitri possunt allegari suspecti iisdem met causis, quibus iudex delegatus, & ante litem contestatam, nisi superueniat noua causa, & num. 112.*

*Iudex delegatus potest allegari suspectus usq; ad litē contestatā, & usq; ad processum datum, & peremptorium, si superuenerit noua causa, nu. 107. & 112.*

108 *Mandatum speciale in indiuiduo requiritur ad allegandum aliquem suspectum.*

*Procurator quando pōt facere cadere suum principalē in pœnā, debet habere ad illum actū speciale mādatū in indiuiduo, n. 108.*

109 *Arbitri possunt interrogare iudicem de ueritate suspitionis, & tenetur respondere.*

110 *Papa, Cardinalis, & collegium, an possit allegari suspectus, & nu. 111.*

112 *Sententia lata, et processus factus post allegatam suspitionem an, et quando sit nulla, et nullus, et quid pracedente protestatione contraria facto.*

114 *Causa, quibus iudex, et arbiter potest allegari suspectus, hic numerantur.*

*Iudex quibus causis potest allegari suspectus hic narratur, nu. 114.*

115 *Indultum Leoninum in statu Mediolani non attenditur, et est annullatum, nec curia Romana illud admittit.*

*Executio sententia, et instrumenti, ubique locorum prolata, et celebrati debet fieri secūdum statutum, et consuetudinem loci iudicis exequentis, nu. 115.*

*Cōsiliū sapiētis nō cōceditur amplius in statu Mediolani uirtute indulti Leonini, n. 115.*

*Consuetudo loci pradominantis obseruatur et in locis subditis, et inferioribus, si non habent statutum, aut consuetudinem particularem in contrarium, nu. 115.*

116 *Indultum Leoninum uidetur loqui circa cōsilium sapientis de causis commissis iuris non peritis.*

117 *Sapiens in causis ecclesiasticis, aut spiritualibus debet esse ecclesiastica persona, et non secularis, quid in mixtis, uide nu. 121.*

*Consilium sapientis in causis ecclesiasticis, uel spiritualibus non potest mitti, nisi personis ecclesiasticis, nu. 117.*

*Iudex secularis nō pōt allomō se intromittere in causis ecclesiasticis, aut spiritualibus, num. 117. quid in mixtis, uide num. 121.*

118 *Iudex secularis nō pōt prascribere, nec p cōsuetudinē acquirere iurisdictionē ecclesiasticā, et cognitionē causarū ecclesiasticarū, aut spiritualium uti incapax a principio.*

119 *Papa solus, et nō Eps pōt committere uni laico causas spirituales, aut ecclesiasticas.*

120 *Clericus non potest consentire in iudicem secularem, nec prorogare iurisdictionem ecclesiasticam, & si facit, sententia est nulla, & ipse potest puniri.*

*Iudex secularis non potest contra clericum, & eius bona propria, & ecclesiastica iudicare, etiam eo volente, num. 120.*

*Sententia lata à iudice laico contra clericum, & bona ecclesiastica, aut spiritualia est nulla, & immissio in possessionem bonorum etiã clerico non opponente, numero. 120.*

122 *Iudex debet habere sportulas sententiæ, & non sapiens, & relator, sed tantùm debet habere Honorarium pro labore Relationis.*

*Sportulas sententiæ debet habere iudex, & qui est particeps suus in officio, & non Relator, & sapiens, ac Assessor, num. 122.*

*Clericus cõuẽtus à seculare corã iudice seculari, vel vocatus à iudice seculari põt ire ad suũ iudicẽ ecclesiasticũ spreta citatione, & iudicio iudicis Laici, & facere ĩhibere iudici laico, & reuocare omnẽ pcessũ, & coram eo litigare, si est Reus, aut agaĩ de re ecclesiastica, vel spirituali, ac sua pp̃ria num. 120.*

## DECISIO LXXII.

MAGNIFICA Cõmunitas Serawalle de Anno 1584. Locauit Molendinum D. Frãcisco Galleano pro scutis 220. singulo anno soluendis, & inter cætera pacta, & capitula, adsunt infrascripta.

Che in tempo di guerra, & pestes, habia da fare il debito ristauro al detto M. Francesco, ad arbitrio de duoi homini da bene.

Che in caso la casa de Molino ruinasse, ouero che venisse qualche Alluuione di sopra la Ripara, che la detta Magnifica communità sia obligata ristaurare la detta casa, & detta Alluuione dalla Motinella ĩ sù, quãdo detta Alluione fosse di spesa di piu di scudi quattro d'oro, & quando fosse di meno spesa, che il detto Galliano l'habbi da fare lui, & mentre si leuerà detta Alluuione à nome della Communità, che non habi da correre fitto al detto Galliano.

Che sia obligato il detto Galliano Fittaruolo (come cosi pmette alli detti Cõsiglieri presenti, & che accettano) dare, & pagare ogni anno alla Magnifica Communità, & suoi Agenti per fitto del detto Molino scudi ducẽto uenticinque d'oro di libre quattro di Genoua per ogni scudo, con questio, che il primo anno non possi essere astretto à pagare il fitto, se nõ alla fine dell'anno, & gl'altri anni alla fine d'ogni sei mesi in pace, & senza lite, remossa ogni eccettione, & contradittione.

Quã quidẽ locationem, & quę quidem omnia, & singula supra scripta & in pręsenti ĩstrumẽto cõtẽta, mutuis hinc inde stipulationibus promiserũt firmã, ratã, gratam, ac firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, & obseruare, & efficaciter adimplere, & nõ contrafacere de iure, nec de facto, aliqua ratione, uel causa, vel aliquo modo casu, uel iure, sine ullo Legũ, uel Decretorũ, seu Rescriptorũ auxilio, nec aliter, Renuntiantes p pactũ expsũ q̃buscũque legibus, statutis, Decretis, & ordinibus in contrarium disponentibus, ex quibus se se tueri, & adiuuare possent dictę partes &c. Renuntiantes inter cętera exceptioni doli, conditioni indebiti, conditioni sine causa, & actioni in factum, omnique alii exceptioni, defensioni, & iuri, ac legum auxilio, quæ possint opponi, ex quibus se tueri possent, & legi dicẽti, generalem renuntiationem non ualere: Iurantes; &c. dictæ partes prædicta omnia, & singula fore, & uelle attendere, & efficaciter adimplere, & ut supra.

Modo euenit, quòd transactis supradictis sex mensibus, & ultra, dictus D. Gallianus non soluit fictum dict: Molendini, iuxta conuenta, nec aliqua Alluuio fuit leuata noĩe Cõitatis, nec Cõitas ĩterpellata, Magnifica Communitas petiit executionẽ instrumẽti secundum formã statuti, & assignatis quindecim diebus dicto D. Galliano ad pbãdũ solutionẽ, opposuit (animo differẽdi solutionẽ) exceptionẽ cõpensationis, & retẽtionis ex eo, quia dicebat euenisse casum Alluuionis, & teneri soluere fictum pro tempore restaurationis, & multas, expensas fecisse in reparatione, & petiit consilium sapientis secundum formã statuti Serauallæ, & constitutionum Mediolani: fuit replicatum per Magnificam Communitatem consilium calumniose petitam, & animo differendi solutionem non debere concedi ad impediendam executionem, sed pręstita fideiussione per Magnificam Communitatem de restituendo in totum, uel in parte solutum in casu succumbentię debere exequi instrumentum

mentum contra d. D. Gallianum.

Fuit quæsitum quid iuris.

Pro parte D. Galliani, primo faciebat cō stitutio Mediolani, & statutum terræ Serauallæ, sub Rubrica de Consilio habendo: Quod vniuersaliter disponit, (quòd in omni sententia diffinitiua, uel ēt habente uim diffinitiuæ ferenda per iusdicentem dicti loci, teneatur iusdicens ad petitionē Actoris, vel Rei consiliū habere) cum igitur statutū dicat, de omni sentētia haberi debere cōsiliū sapientis, videtur nullū casum ex-
1 cludere, nā qui † omne dicit, nihil excludit l. Iulianus ff. de leg. 3. & in proposito loquitur Natta in cons. 154. numc. 2. & 3. libr. 1. & facit Georgi. Natta in clem. sæpe. §. q̄ omnia. versi. circa quintam. num. 40. ibi prę terea, dum tex. dicit, de verbo. signific. car. 355. Secundo, faciebat dictū statutū Serauallę, ubi supra, ubi dictabat quòd. posset peti consiliū sapientis etiā in dubijs occurrentibus in processu causæ ordinariæ uel
2 summariæ, & † causa executiua est summaria, ut per Maranta. Spec. Aur. in 4. par. distinctio. 9. nu. 175. & 176. vers. Decimo tertio dicitur summaria, cart 159. Bart. in l. litibus, colum. penul. C. de agr. & cens. lib. 11. & Lanfranc. in clem. sępe, colum. 2. in 13. conclusio. de verb. signifi. ergo comprehensa videbatur à statuto prædicto. Tertio quia d. constitutio, & d. statutum obligant iudicem ad sequendum consilium sapientis cū clausula irritante, quòd aliter sententia sit ipso iure nulla: quo casu etiam in causis claris, & liquidis debet sequi consiliū
3 sapientis, & sic in † executiuis, nec potest dicto statuto renunciari per partes uti respicienti utilitatem publicam, Schala Pataui. in tract. de cons. sapient cap. 5. in fin. lib. 1. & cap. 6. & 25. uers. Tamen quia, cart. 22. lib. 2. Ioan. Baptist. Asin. in sua praxi, Ciuil. §. 25. capit. 2. sub num. 1. uersic. si uero, cart. 159. & tetigi supra, decisio 27. sub numc. 50. hac 2. part. & Corset. singula, in uerbo, sententia. 14. cart. 635. Lauren. Syluan. cons. 40. nu. 10. & seq. & Lancel. Gallia in consuetudi. Alexand. in uerbo, non possit, quæstio. prima, num. 30. & seq cart 99. sentit Alexand cons. 96. ut is narratis, sub nu. 2. uolum. 4. Quarto, quia causa executiua alicuius instrumenti, vel obligationis, quando habet plura pacta, & conuentiones, & petitur executio, si cōtra instrumentum, & executionē opponitur aliqua exceptio procedēs ab eodem instrumento, vel contra instrumentum ali
4 quid opponitur, quod † obtenebret & offusc at instrumentū, vel executionem, tali casu potest peti consilium sapientis, & impediri executio, quia talis exceptio proueniens ab eodem fonte nunquam intelligitur reiecta, quia est obligationi adiecta et q̄ debitor promisisset soluere omni molestia, & exceptione remota. Alex. cons. 95. num. 2. consi. 119. num. 2. vol. 2. Natta consilio 51. numero 18. 19. & 20. consilio 25. numero 2. consi. 123. nu 6. lib. 1. cons. 474. nu. 35. in fi. vol. 2. Pau. de Cast. cons. 270. numero 3. versi. neque etiam subest, volumine 2. Soc. consilio 51. ante, num. 7. versi. 6. volu. primo, Rim. sen. consilio 300. numero 55. vol. 2. & Rolan. consilio 40. numero 40. volumine 2. at in casu isto est opposita exceptio alluuionis, & inundationis aquarum, per quam Gallianus non potuit moliri, & uti molendino, ergo iusta fuit exceptio, & apta ad impediendam executionem, vt ex instrumēto dictæ locationis apparet, & sic nō potest dici res clara, & liquida, ergo
5 dictum † consilium concedendum per supradicta, & per Blanch. de compromis. in q. 4. num. 4. & 5. Ias. consilio 35. in primo dubio, uol. 1. Marsi. singu. 467. numero 2. & 6. & Plot. in proposito, in l. si quando, num. 163. & 165. C. vnde vi. Quinto, quia quando executio alicuius instrumenti, vel sententiæ fieri debet parte citata, & intra certum tempus cum cognitione causæ, res nō
6 videtur clara, & videtur tunc † posse peti consilium sapientis, & habere locum statutum, vt in terminis loquitur Schala Pataui. in tract. de cons. sapien. lib. 2. c. 18. non obstante clausula, (renuntians omni legū, & statutorum auxilio) quia in contractu locationis non extenditur talis renuntiatio ad remissionem pensionis in casu inundationis, tempestatis, pestis, & belli, nisi expresse de pensionis remissione sit facta mētio, vt si dictum esset, & non possit se tueri a præstatione canonis, uel pensionis, uel non possit retardare solutionem pēsionis debitis temporibus, & postea faciat renuntiationes iurium, decretorum, & statutorum. ita Alberic. in l. 1. C. de iur. emphit. numer. 21. Cepol. cau. 48. Cotta, in suis memoriali in uerbo, conductor non tenetur, circa medium; Rolan. consilio 86. numero 10. vol. 3. & in proposito Bello. cons. 21,

num.12.Menoch.consilio 17.ad fi.vol.1.& Rim.iun.cons.343.num.62. vol.3. & Bero. quæst.125.

Pro parte autem communitatis Serauallæ dicebatur consilium sapientis nullo modo potuisse, nec posse concedi saltim quo
7 ad retardam executionem † præstito fideiussore de restituendo in casu succumbentiæ parte petente, principale non esse soluendo, & sententia nō notoriè inualida, iuxta notata per Alex.in l.si se nō obtulit. §.condemnatum, nu.23.vers.in quantū tamen.ff.de re iudi. Inno.in c. 2. vt lite pendem. Afflict. decis.356.in fi. Rota Luca.decisio.27.nu 46.car.157.M singer.centu prima obserua.6.& 48. Roma.cons.77.nu.2. & seq.Pau.de Cast.in l.peto.§.frater, in fi. ff.de leg.2. Octauia uester, in sua pract.Roman.lib.8.c.3.numero 15.c.252.col.2.Ias. in l.uniuersa, nu.2.& seq.C.de precib.impera.offer. Alexan.cons.96.visis narratis, numero 1.uol.4.consil. 37.colum.1. & numero 10.uolumine 2. Rota decisio 6.de resti. in integ.in nou. licèt Plot. in l. si quando. C.unde ui, in Repertorio suo in rub.de appel. in uerbo, decretum inquit, car.66.col. 2.& Rim.sen.consilio 418.uol.3. sentiant etiam parte non petente debere fideiubere, quādo statutum dicit, quòd debeat exequi sententia, uel instrumentum, nec retardari executio per appellationem, aut cōsilium sapientis præstita idonea fideiussione de restituendo in casu succumbentiæ, tanquam hoc inductum a forma; sed prima est communis, & obseruatur quod debet peti in iudicio, ut dicit Io. de Amic. consi. 28.col.5.& 6.& cons.53.col.16. uers.item alia ratione non obstat, Alexan.d. consilio 96.uisis narratis, columna 1. uolumine 4. & est glo.in d.l. uniuersa, in uerbo, præbeatur.C.de precib.impera.offer.& ibi Pau.de Cast.ubi dicit, quòd procedit, etiam quòd lex, aut statutum ulterius procederet, annullando actum, licèt in l.peto.§.fi.in lectura Paduana uideatur tenere contrarium, quando statutum annullat processum, & actum, & uidetur sequi Alex. d. consi.96. sub numero 2.uolumine 4. tamen Io. Guteri.Hispa.in repeti.l.nemo potest, numero 432.& seq.uers.& antea quam.ff.de leg. primo, car.432.disputat ad partes, & tenet sententiam, & processum ualere parte nō opponente. Cur.iun.consi.232. numero 3. & seq.uol.3, ubi loquitur etiam in pacto, & faciunt quæ dixi in tract.de tutore, nu. 40.car.25. in prima par. & sub d. numero 40.in 2.par.pulchre Natta cōsi.685.uol.4. & consilio 267 numero 4.uol.2. & Roma. consilio 67.sub numero 4.ubi dicunt etiā, quòd ista petitio debet fieri ante litem cōtestatam, cùm sit exceptio dilatoria, ut dicit Natta d.consilio 685.nu.8. & tetigi in Repertorio decisionum, in uerbo, statutū ubicunque, car.1196.in prima par. aliqui limitant prædicta non procedere, quando statutum denegaret audientiam, & appellationem, nisi prestita fideiussione, uel solutis certis pecuniis, quia tunc uidetur inhabilitare personam, & incipere a negatiua, & non ab affirmatiua, & ideo semper, & quandocunque posse opponi de nullitate processus ob formam statuti non adimpletam, nec per processum ad ulteriora
8 † censeri reiectam exceptionem hanc nullitatis, ut per Alex.cons 37.uiso, & opportunè, col.1.uol.2. Dec. pulchrè cons. 275. in causa, quæ Lucæ, col.3.& 4. num.3.car. 299.uers.sed prædictis nō obstantibus, uel
9 quando adesset limitatum certū † tempus in statuto, lege, uel pacto, ut per Hippo.Rimina.consilio 89.numero 18.uers.quę uerò, uol.1.car.352.& Carauita.in ritib. magnæ Curiæ, ritu. 245. numero 4.& 5. car. 139.ubi uidetur restrīgere ad actus extraiudiciales, non autem ad iudiciales, & fiendos per iudicem, ut uidemus, quando testator legat aliquid ecclesiæ cum hoc, quòd hæredes hoc debeant exequi sub pœna, nā
10 † pœna non debetur, nisi sit facta petitio, & monitio hæredi, ut adimpleat inter annum, uel nisi sit præfixum tempus adimplendi, & exequendi a testatore, quia tūc ipso iure eo elapso pœna debetur, ita latè Benedi.in c.Raynutius, uersi. si absque liber.Morere, il 2.in 2.par.num.221.& 222. car.79.de testam. Marti. Laud. consilio 57. & ibi additio.Capra reg.110.car.161.Hie. Gabri. consilio 131. numero 17. car. 165. Fel.consilio 34.Rim.iun.consilio 31.num. 132.& 133.uol.1.Iurs consilio 167.numero 18.uol.2. Anchara.consi.45.per constitutiones, Tiraq de priuileg. piæ causæ, priuilegio.84. & 85.car.120.late Paris.consilio 19.num.196.& seq.uolum.2.& Crau.consilio 59.numero 7. & seq.uolumine primo, quæ pœna non transit in hæredem hæredis, si in uita non fuerit agnita, Benedi.in d.c.Raynutius, num.231.Crau.d.cons.59. num.

num.7.& seq.facit Dec. cõs.9 nu.22 uol.2.

Et primo, quòd in hac causa executiua non debeat concedi consilium sapientis, facit ordo iudicij, quia Communitas Serauallæ petiit executionem instrumenti, & D. Galleanus opposuit, & opponendo reconuenit Communitatem ad damna, expensas, & interesse, & intra quindecim dies non probauit quidquam boni, sed animo dilatandi iudicium petiit cõsilium sapientis, & D. Iudex super reconuentione concessit consilium sapientis, & executionem admisit instrumenti præstita fideiussione per Magnificam Communitatem de restituendo in casu succumbentię, iuxta supra allegata; & clarum est, quòd alia est causa executiua, alia est causa reconuentionis, & quilibet dicitur actor in casu suo, licet possint simul, & in eodem

11 iudicio † hęc stare, si causa reconuentionis dependet à causa executiua, uel est etiam ipsa reconuentio executiua, & absorbet debitum exequendum petitum, aut potest eodem tempore definiri, aliàs secus: Sal y Bald. & Doct. in auct. consequenter, nume.14. C. de sent. & interlocu. Socy. consilio 41. colum.3. uersic. Quarto, uidetur, uolum.1. Anchara. Regiens. quæst.18. Reus quidam, lib.2 car.69. Maranta. Spec. Aureo. in 4 par. distinctio. 6 numero 39. uers. Tertio, successiuè quæro, car.111. sentit Alex. consilio 166. uiso puncto, num.3. colum. fina. & numero 2. uolumine 2. ubi si non potest eadem instantia terminari non differtur executio, sed illa exequitur, & causa reconuentionis tanquam separata prosequitur, & finitur postea coram illo iudice, & tali casu potest habere locum consilium sapientis, adnotata per Purpur. consil.46. nu:3.4. & seq. uolum. primo, car. 52. & tetigi infra, nu.18. & 19. Nam in con-

12 tinenti dicitur † posse liquidari, & pbari reconuentio, quando eadem instantia qua terminatur, & finitur executio, & principalis causa terminari, probari, & liquidari potest, aliàs altiorem diceretur requirere indaginem, & suo termino, & tempore esset expedienda dicta reconuentio; ita pulchrè, ultra supradicta consuluit Alexand. consi.166. colum. fina. num.3. & 4. volum. 2. consilio 101. super quo, num.4. & 5. uol. 4. & tetigi in Repertorio Decisionum, in uerbo: dictio: incontinenti, in prima par. car.931. & ideo bene iudex concessit consilium sapientis in causa reconuentionis dubia, & non liquidata eadem instantia, & illud reiecit in causa executiua per supradicta, & infra alleganda, num. . . & per pulchram doctrinam. Curt. Iun. in l. si quis in conscribendo, num.47. uersi. pro condemnato C. de pac. & Pau. de Cast. in cons.428. uisis, & consideratis, num.1. & 2. uolumine 1. car.221.

Secundo, quòd non debeat concedi consilium sapientis in causa ista executiua, per quod retardatur solutio post semestrem, colligitur clarè ex uerbis instrumenti locationis, sub illis uerbis (promette pagare alla fine d'ogni sei

13 mesi in pace, & † senza lite, rimossa ogni eccettione, & contraditione) quæ uerba important solutionem omnino fiendam absque aliqua retardatione; & actu iudiciario, ac citatione, & ipso iure dicitur condemnatus dicto tempore elapso, Mar. Anguss. l. consilio 59. num 22. car.136. sentit Pau. Emil. Veral. decisio.205. num.4. & seq. libro 1. car.58. & Neuizan. consilio 6. numero 4. car. 49. ubi dicit, quòd per huiusmodi uerba ope exceptionis liberatur, & sic excipiendo litem, & iudicium non posse inchoari, & fieri ad retardam solutionem, & faciunt quæ dixi supra, decisio. 27. num.70. hac 2. par. & dixi infra, nume. 67. & 88. ubi etiam comprobaui per illa uerba (Renuntians per pactum expressum quibuscunque legibus & decretis) & alia, quæ sequuntur, fuisse conuentum solutionem esse fiendam absque cōsilio sapientis. Quod etiam uerificatur per illa uerba in dicto instrumento posita, (non contrafacere de iure, nec de facto, aliqua ratione, uel causa, uel aliquo modo, &c.) quia

14 ille, qui promittit † de iure, & de facto non molestare, & attendere, & soluere, expressè dicit nolle petere consiliū sapientis semestre transacto, sed statim ipso iure soluere, aliàs si peteret illud consilium sapientis, licèt petere posset fortasse de iure, tamen uirtute promissionis de facto non potest, nec de iure, & illud factum & ius tenetur obseruare in uim pacti iurati. Marc. Mantua. sing.296. Multum laborant: Socy. consilio 220. uersic. confirmatur, uolum.2. Corn. consilio 245. per totum, & lit. E. uolumine 2. Crauet. de indemni. mulier. sub nume.4. car.248. & Maranta. Spec Aur. in 2. parte, numero 40. car.9. Dec. in cap. prudentiam,

dentiam, nu. 26. de offi. iud. delega. ut in simili de usufructuario dici potest, quando testator prohibet hæredem usufructuariã eius uxorem nõ molestare de iure, nec de
15 facto, quia tunc non potest † petere inuentarium, nec satisdationem, ut per Rui. in consi. 77. num. 3. & 7 uol. 2. Soc. iun. consi. 113. numero 34. 35. & seq. uolu. 1. maximè existente iuramento, ut in compromisso loquitur Pau. de Cast. consi. 13. numero 3. & 4. uolum. 2. & Rim. sen. consilio 595. numero 11. & seq. uol. 2. ubi dicit ita IVDI-
* CATVM * Parmæ.

Tertio, quia in causa executiua (cum dicatur causa finita, & non finienda) statutũ
16 loquens † de compromisso, & consilio sapientis super causa, & lite, non hẽt locum, ut notat Bar. in l. 1. nu. 6. & ibi Pau. de Cast. nu. 5. ubi et Bal. in §. quibus, num. 8. C. de nou. Codi. confi. Neuiza. cons. 30. sub nu. 21. Cur. iun. cons. 211. nu. 2. & 3 uolu. 3. car. 51. Hugo. Cels. cons. 13. nu. 4. car. 31. & Emilian. cons. 69. num. 11. & 12. car. 146. & dixi infra, nu. 60. 61. 92. & 93.

Quarto, quia statutum hoc de consilio sapientis semper habuit interpretationẽ, & obseruantiam hanc, ꝙ in causis executiuis nunquã fuit concessum consiliũ sapientis, licèt fuerit petitũ, ut ex actis apparet,
17 & certum est, ꝙ † statutum recipit interpretationem a communi practica, & obseruantia per ea, quæ in simili congerit Ioseph. Ludouic. commu. conclus. quæst. 98. car. 84. & dixi infra, num. 61. & seq. quæ ponunt falcem ad hanc radicem. Fuit tandem
* IVDICATVM * per Magnificum D. Philippum Caualcanum Fratrem meum iuniorem honorãdum prætorem Serauallæ de anno 1584. executionem contra Gallianum conductorem concedi debere attẽta fideiussione data per cõmunitatem de restituendo in casu succumbentiæ, & consilium sapientis in causa reconuentionis petitæ per D. Gallianum admittendum fore, & esse ex causis, ac rationibus supradictis, & in sua relatione excellẽtissimo Senatui Mediolani facta cum mea subscriptione, quę est huiusmodi tenoris.

Habita commissione a M. V. ex literis Mediolani. datis sub die uigesimotertio mensis p̃sentis stat m tribus in eis quæsitis respondit. Nunc verò idem iuris allegationibus munire superfluum non esse putaui, ut ostendam non per tenebras me uagasse, sed in claris, & apertissimis decisionibus meam pronuntiam fundasse, & per consequẽs Gallianum indebitè ad M. V. seu eius Excellen. Senatũ conquestum fuisse. Quorum primum tale est.

Quare stantibus probationibus utrinque factis super ruina, & impedito molẽdini exercitio iuxta pacti dispositione causam totam consilio sapientis committere recusauerim ad formam statuti, & nouarum constitutionum.

Cui respõdeo, ꝙ in proposito de quo agitur mutuæ factæ uidẽtur petitiones, una summaria exequutiua, & altera plenaria reconuentionis. Vnde in summariis, sum-
18 maria † petitio nõ suspenditur per reconuentionẽ causæ non summariæ, ut not. Innoc. in c. 1. de mutu. pet. & plene glo. in cle. sæpe in uerbo uoluerit, de uerb. sign. & plene in auth. & consequenter, de senten. refert, & sequitur Rom. cons. 323. in calu nu.
19 6. causa. n. exequtionis est † summaria, nec retardatur per petitionem, quæ requiri plenariam cognitionẽ. l. fi. C. de compen. l. 2. C. de edic. diu. Adria. tol. l. ille a quo. ff. ad Treb. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. Rom. d. cõs. 323. nu. 5. in exequtiua verò expeditũ videtur in iure, ꝙ stante statuto, ꝙ in omni-
20 bus causis consiliũ sapientis † debeat admitti, non hẽt locum in causa exequutiua liquida, quæ non dicitur proprie causa, sed cum adiuncto exequutionis. Dicitur. n. cã expedita, & non expedienda, in qua nõ dicitur definire, sed definitũ exequi. & cum res sit clara, & liquida, non est conueniẽs, ꝙ iudex grauet agentem superfluo dispendio Bar. in l. ille, aut ille. §. cùm in uerbis. ff de leg. 3 Crau in cons. 140. in causa, nu. 5. 6. uol. 1. Alex. cons. 62. nu. 7 uolu. 2. Vant. de nul. ex defect. iurisd. nu. 14. uersi. si uerò consilium car. mihi 109. a tergo, & hęc omnia per fratrem meum honoran. Borg. Caualc. decis. 21. uol. 1. & max. nu. 16. & seq. ubi plene, & habetur infra num. 60. 92 & 93. quinimo ubi iudex concederet, & ma-
21 lum † consilium sequutus esset, non excusaretur in sindicatu. Vant. eo. tit. num. 152. uers. iudex namque car. 110. a tergo. Menoch. de arb. iud. q. 23. nu. 5. unde, cùm tempus instaret sub certa pœna, a statuto mihi iniuncta, seruatis de iure seruandis deueni iuxta formam dicti statuti ad pronunciam exequutionis petitæ instrumenti iurati pro parte dictæ pensionis, & mer-

cedis

cedis liquidi &c. nulla quidem habita ratione consilij petiti, cum de stilo loci nō admittatur, & à nouis constitutionibus in
22 simili causa summaria reijciatur, in † plenaria autem quo ad exceptiones, seu conuentiones secus est, de sui etenim natura exceptiones dicuntur requirere altiorem indaginem, ex quo in earum cognitione venit subtilitas, prout in simili Aret. in §. bonæfidei instit. de excep & Soc. consi 59. colum. 2. volum. 4. Benintend. decis 77. nu. 13. Et ex allegato in precibus Galliani numero testium apparet, quòd dictæ exceptiones minimè probari potuerint incon
23 tinenti ex interuallo enim dicitur, cū † testes super exceptionibus examinantur. Boer. q. 295. nu. 7. post Ang. in l. si deposita. C. depositi, Menoch. de arb. in d. casu. 17. num. 8. car. 84. Quæ quidem exceptiones, quamuis vnà cum examinibus testium admissæ fuerint, attamen nihil releuant quo ad impediendam executionem, ex quo fuerunt admissæ si, & in quantum, nec omnimodam ueritatem demonstrare potuerunt, intra dictum terminum quindecim dierum assignatum in d. causa exequutiua ad opponendum, & probandum. Bar. in l. si is à quo. ff. vt in possessione lega. cap. cum contingat, extra de offi. deleg. Rom. consi. 76. nume. 8. circa finem. In causa nobilis &c. ex quo vix recipi potuerunt d. numerosæ attestationes, prout asserit d. Gallianus in eius precibus, minusque uideri po
24 tuerunt. Vnde idem est non † probasse, uel minus sufficienter probasse, aut probatum non constare, cap. super quæst. & ibi not. Abb. in 2. not. num. 3. de conces. præben c. tam literis de test. c. fi. de iureiur. Idem Abb. in c. cùm Bertoldus, de sent. & re iud. imperfectum enim, & nihil æquiparantur. Ias. in l. quoties, nu. 3. ff qui satisd. cog. Crau. Sect. Vidimus in genere nu. 33. de antiq. tempo. tantò magis, cùm d. Gallianus monitus expresè recusauit omnia eius iura producere, & ubi etiam exhibere contentatus fuisset, minus præsumitur à lege, quòd tam magnum registrum in
25 tra † illud breue tempus Iudex uidere potuisset, & nulliter egisset. Barto. in l. prolatam C. de sent. Ias. in l. is apud quem col. 4. in fi. & Alexand. ibi columna 3. C de eden. Vant. tit. de nul ex def ect. process. siue ord. iud. nu. 34 car. 227. vbi latè. Quod autem tempus in his cognoscendis requiratur, & quæ dicantur huiusmodi exceptiones
26 † requirentes altiorem indaginem statuē arbitrio iudicis. Rom. rub. de arb. nu. 30. & cons. 244. & ita firmat Menoch. de arb. iud. casu. 20. nu. 3. car. 110. à tergo, plures alios citando, subiungens ex hoc declarari constitutionem Pedemontium, dum vult exceptiones recipientes altiorem indaginem posse, & debere reseruari cū diffinitiua, ut etiam ius commune statuit. Mars. sin. 365. Quod intelligitur in quam respicere altiorem indaginem, & cognitionē arbitrio iudicis. Menoch. ibi. Qui eo minus incontinenti eas cognoscere potuit, attenta maximè disputatione, & difficultate, quæ oritur ex intelligentia duorum pactorum in dicto instrumento contentorum, Communitas enim asserit, ꝙ (ex quo dictus Gallia-
27 nus promisit restituere † dictum Molendinum benè aptum, & securum, taliter, ꝙ aqua liberè & sufficienter pro tribus rodiginis defluat) ad hoc, vt tale pactum aliquid operetur, debet intelligi expensis dicti conductoris, quemadmodum hęc quęstio videtur decisa ex Bald. consi. 119. uerba volum. 1. Natta consi 449. num. 17. uolum. 2. idemque eo magis stante notorietate fluminis Scripiæ, & eius solita excrescentia, ut fit ferè quotannis, quo casu ista
28 † expensa non esset duratura ultra finem locationis, ad quam impensam modicam locator non tenetur. Bart. in l. impensæ. ff. de impen. in reb. dota. fact. Alex. in l. diuortio. §. impendia sol. matri. vbi etiam expensas non perpetuas, sed temporales appellat Rol. à Val. cons. 28. nume. 24. vol. 1. Plot. cons. 65. car. 304. faciunt tradita per Menoch. cons. 64. n. 18. 19. & seq vol. 1. diciturq́;
29 impensa modica, ac facta † colligendorū fructuum gratia, cùm non ascendat ad dimidiam pensionis Boss. qui attestatur de communi. tit. de remis. merced. num. 104. prout etiam attestatur Rui. consi. 81. & 87. lib. 1. Vincen. Caroc. in tract. de loca. & conduct. in uerbo, remissione mercedis. 2. conclus. num. 5. Quòd autem dicta impensa non ascendat ad dimidiā partem, apparet ex capitulatis, siquidem percepit vtilitatem in mensibus septem sacchorū octuaginta frumenti, & mixturæ ascendentium ad summam scut. 220. ergo nedum modica. uerùm & nulla fuit impensa cùm tot fructus habuerit, qui ascendunt ad summam dictæ pensionis, prout ipsemet in

c. 2.

c.2 loco exhibitis habuisse,& recepisse fatetur, c.8.in fi.quod damnum etiam debet
30 articulari, & quidem graue † aliàs non sufficeret damnum, nisi euenisset graue. Rolan.consi.86.nume.4. volum.1. & testis deponens fuisse, & esse publicam vocem
31 in loco nõ probat,nisi addat † qualitatem loci.Grat consi.161.nu.12.vol.2. Nec vllũ habet dubium, ꝙ quando dictæ impensæ sunt factæ colligendorum fructuum gra-
32 tia,prout supra † non possunt repeti,Menoch.de arb.iud.casu.215. dicens fuisse de hoc interrogatum à Pio V. Pontif.Max.in Academia Mõtis Regalis,& Caroc.d.trac. de loc.& conduct.in verbo,expensis,num. 17. carte 76. à tergo, quo in casu tunc fit compensatio de anno fertili cum sterili, cùm casus non dicatur insolitus. Cephal. consil.556.nume.16.volum.4. Vincentius Carocius in tract.de loc.& conduct. in verbo, remissione mercedis, secunda parte, num.12.& 14.car.mihi 97.a, tergo, idque eo magis cùm conductor sciebat dictam inundationem fluminis Scripiæ, esse solitam, quia ob talem scientiam, nunquam fit remissio,& † hanc esse communem opi
33 nionem attestatur Nat.consi.610.nu.9.vol. 3.refert, & sequitur Caroc.d.tract. de loc. & conduct.nu.6.& 7.in uerbo, remissione mercedis.versicu.3.sit conclusio, car.67.& infra num.94. Accedente etiam alio pacto quòd in fine locationis expensæ tertiæ molæ debeat restitui per locatorem dicto conductori arbitrio boni viri, quia inclusio vnius,videtur exclusio alterius.l.cum Pretor.ff.de iudic.ex eo etiam, quia in instrumento conductor fecit sibi promittere remissionem de duobus casibus specificatis
34 in instrumento.f.belli, & † pestis, vnde censentur exclusi alii. Corn.consilio 128. colum.2.volum.2.Calca.consi.24.nume.8. Grat.consilio 161.num.19.& seq.volum.2. Paris.consi.38.nu.10.volum.1. Nec videntur obstare ea, quæ dixit D.Borgn.Frater meus,in tract.de tutore,num.85.car.69.in 1.par.de arg à cõtrario sensu, quia possent prædicta procedere, quando in sensu directo verba aliquid operarẽtur, aliàs secus, ut hic,vbi cõductor sine illo pacto nõ tenebatur pensionem soluere, nisi cum remissione,vt per eundem D.Borgni.in d.tract. nume.91. car.78.& Crot.consi.61.nu.15.& seq.volum.1.car.74.& Curt.Iun.consi.93. volumi. 2. ergo paciscendo illud quod de iure erat cautum,dicuntur dicta uerba nihil operari in sensu directo,& sic alios càsus excludere, vt etiam sentit pulchrè Plot.in consilio 65.numero 2. & sequenti. Vlterius, quia dictus Gallianus fateri uidetur conduxisse Molendinum imperfectum ad hoc,ut illum perficeret, quemadmodum fecisse ait ratione dicti Bedalis, &c.prout in capitulis 10. & 11. ab eo productis in causa,quo fit,quòd ad dictas impensas ipse conductor teneatur ex distinctione,cum qua transeunt Doctores,quòd quando quis conducit Molendinum, vt
35 possit suis sumptibus construere, † tunc tenetur reficere,& manutenere,& tempore destructionis currit pensio. Ioan. And. in tit.de loca.§.postquam,versic.sed quæritur quem ita declarat Natta consilio 13. nume.4.vol.1.quod etiam procedit in conductore ad longum tempus,Natta d.consi. 13.Caroc.d.tracta.de loca. & conducto.in verbo,refectione rei locatæ, nu.3.car.41. a tergo,vide etiam Pet.de Vbal. de duob. fratrib.in 8.par.nume.36.quæst.35.car 99. & idem iudicatur de parte, quo ad partem,ac de toto,quoad totum; & est ratio, quia tali casu promittens construere, & meliorare,vt emphiteota,& cõductor censetur cõuenisse cũ locatore, ut loco maioris pensionis sit talis melioratio, & cõstructio:ut per Ari. Pinel.in l.2.in 2.par.num. 10.C.de rescin.uend. car.122 & ibi Appostilla lit.B sub numero 7. & uide Floria.in consilio 1.num.5.& seq post lecturas suas, car.256.& uidetur tex.in l.fundi.ff.de contrahen.emptio.& ibi Doctores, & faciunt adducta per Pet.de Vbal.de duob.fratrib. in 8.parte,num.26. quæst. 23.car. 47.data ualiditate conuentionis, & contractus,& quæ dixi supra decisio.5. nume.11.12.13. 18.& decisi.12.num.8.hac 2.par.ut tale pactum, & promissio aliquid operetur ultra ius commune, adnotata per Io.Pet.Surd. consi.34.num.23.& seq car.104.ubi ostendit pactum conforme iuri communi ultra illud multum operari.

Pariter, quia d.Gallianus in dictis eius exceptionibus, & capitulis fateri uidetur, ꝙ casus,ac uis d.fluminis fuerit talis, ꝙ ei
36 resisti minimè potuit, quo in casu † dñs nõ tenet remittere colono.l.ex conducto. §.quidẽ. l.merces.§.culpa aũt.ff.lo.Neuiz. cõsi.99.nu.16.qđ eo maximè procedit,qñ aliqua culpa ascribi possit cõductori, put.

im pro-

in proposito nostro asseritur id euenisse culpa dicti Galliani, qui non adhibuit debitam diligentiam in priori refectione &c. Caroc. d. tract. de loca. & conduct. in dicto verbo, de remissione mercedis, num. 19. citans Menoch. in d. casu 77. in fi. admonens iudicem ad id diligenter inspiciendum, vt ibi &c. Et etiam quia quando euenit casus
37 d. conductor non fecit † denuntiationem dictarum impẽsarum, ideo videtur, quòd non possit eas repetere. Menoch. de arb. iud. casu 137. num. 19. Caroc. d. tract. de loca. & conduct. in dicto uerbo, remissione mercedis, cum pluribus alijs, car. 99. a tergo. Quia tenebatur suis expensis a scutis quatuor infra prouidere, & reaptare, & facere ita, & taliter quod, aqua curreret, & a scutis quatuor supra ipse non tenebatur restaurare, sed solùm hoc denuntiare Magnificæ communitati, vt ipsa restauraret, ita, & taliter, ꝙ molendinum posset macinare, & dum restauraretur domus, & riparia nomine dictæ communitatis, dictus D. Gallianus non teneatur soluere fictum, & ita expresse per pactum erat conuentum, quod cum D. Gallianus non obseruauerit, nec denuntiauerit communitati, clarè apparet communitatem non teneri remittere mercedẽ uirtute d. pacti, & sic exceptio ista Galliani fuit extra, & contra contractum, vt patet ex lectura contractus, & per Rolan. consi. 69. vol. 4. imo communitas eũ interpellauit ad relaxandum dictum molẽdinum, si putat sibi fore damnosum, quod tñ facere recusauit, ex quo non damnũ remissionis desiderat, sed lucrum, quod iura non prouident, prout animaduertit Paris. d. cõs. 38. vol. 1. nec suprascripto pacto, nec aliis prædictis videtur derogatum fuisse ꝑ subsequens allegatum pactum in dicto instrumento appositum. Quod eueniente aliquo diluuio (prout ipse Gallianus asserit) quo dicto molendino causaretur damnum vltra scutos quatuor, teneatur communitas ad illius refectionem. Quia in instrumento non legitur diluuium, sed alluuiũ, nec sunt vnum, & idem, quia diuerso nomine nõ nuncuparentur. l. si idẽ Codicilli. C. de codicillis, nec incõtinenti mutatio volũtatis ꝑsumitur, asserentes pro parte cõmunitatis, ꝙ nõ fuit intellectũ de alluuione fluminis Seripiæ, sed de squilla, & voragine, quæ causaretur ex superiori parte ripę quæ decidit, & ita conueniunt illa verba in instrumento, quòd debeat leuari, iuncta fide notarii, qui attestatur, quòd ista fuit
38 eius mens, cuius † declarationi in dubio standum est, Alex. in cons. 140. lib. 5. Alcia. reg. 3. præsump. 13. in fi. Calcan. consi. 70 nu. 1. stante etiam, quòd verbum alluuio potest conuenire intẽtioni alicuius ex partibus, cum alluuio sit incrementum latẽs, quod prædio accedit. Nec frater dicti Galliani id mihi negauit in rem pręsentem, de superiori Ripa partes intellexisse, quod etiam fateri videtur dictus Franciscus conductor in eius exceptionibus. Cùm itaque istæ exceptiones iudicio meo sint intricatæ, & forte dicto Galliano parũ proficuæ, ex aduerso verò constet, ꝙ dicta exequutio petita sit liquida. ea propter existimaui non debere confundi, nec vtile per inutile vitiari. Van. tit. de nul. ex defect. iurisd. vnde, ac quibus, vers. si tales, numero 35. cum pluribus. Ideo in ea parte dictarum exceptionum, iuxtà consilium venturum, pronuntiaui (quia eo modo instantia non poterat labi) Quod consilium in huiusmodi causa plenaria conceditur, tam ex consuetudine loci, & etiam nouar. constit. iuncta suspitione allegata. Et tandem ex dispositione statuti loci, ad cuius formam dictam causam remisi, vt iustitiam faceret, iuxtà dispositionem litterarum excellentis. sena. us.

Secundũ uerò quęsitũ est tale. Quare exceptiones supplicantis ex eodem instrumẽto manẽtes ab actione separãdas putauerim causę cõtinentiã diuidendo, & qua ratione cẽsuerim exequutionem non esse retardandam, dum super deductis per supplicantem consilium sapientis expectaretur.

Ad quod respondeo nequaquam exceptiones ab actione separandas. Verùm causam exequutiuam summariam ab his exce-
39 ptionibus altiorem † indaginem requirẽtibus minimè retardandam esse putaui, secundum communem conclusionem, Et per text. l. fin. in fin. C. de ord. cogn. & in l. 2. C. de falsis Barto. & cæteri, in l. quarta. §. condemnandum. ff. de re iud. Roman. consilio 76. numero tertio, Cephal. consi. 241. numero 17. uolum. secundo, Alexand. consilio 123. numero septimo, in 2. uolum. & de communi attestatur Vant. titul. de nullitati. qualiter sentent. procurat. qui dicuntur nulli, & cet. numero. 31. 32. carte. 264. à tergo. Et dato etiam, quòd ab eodem instru-

instrumento manarent, videtur tamen in-
40 telligi debere de exceptionibus, quę † impugnant sententiam, ut in exceptione nullitatis, vel restitutionis in integrum, vel si aliud instrumentum solutionis publicum ostendatur, quia tũc in continenti probari dicuntur. Menoch de arb. iud. casu 17. nume. 8. cart. 84. in his terminis loquuntur Doct. in d. §. condemnatum. Beninten. decisio. 77. num. 16. Secus videtur de exceptionibus, quę compatiuntur cum sententia, seu instrumento. Rip. in l. ubi purè §. in distrahendis, colum. 2. versic. amplia. 3. ad trebell. declarat Benintend. dicta decisio. 77. num. 15. Et in omnem casum dicitur quòd istæ prætensæ impensę non sunt liquidæ.
41 Et in dubio præsumitur † quòd expensa non excesserit quantitatem scutorum quatuor, prout in instrumento (adueniente casu) adnot. per Bart. in consil. 113. lib. 2. Idem Bart. in l. non solum. §. sed ut prob ari. ff. de nou. ope. nunci. & infra, num. 90. & 91. Igitur cùm simus in simplici exceptione data à lege, quòd pro melioramentis, seu impensis, sit licita retentio, tunc videtur sufficere satisdatio, quæ est in modum soluendi debitum non liquidum, prout in terminis, quòd præstita fideiussione de re-
42 stituendo, in casu liquidationis † exequutio non retardetur, practicari uidisse ait Vincen. Caroc. in d. tract. de loca. & cõduct. in uerbo, expensis, nu. 14. cart. 77. à tergo, per Benintend. decisio. 77. supra, num. 11. 19. & 39. prout in præsenti causa factũ extitit, corroboratur, quia sumus in debito iurato, quo casu etiam nulla admittitur
43 exceptio compensationis † contra debitũ iuratum, & est magis communis opinio, de qua attestatur Paris. cons. 121. uolum. primo, nu. 37. & seq. Grat. cons. 121. & maximè cùm dictus conductor sit soluẽdo, cum qua distinctiõe illa opinio indubitanter ꝓcedit. Afflict. decis. 163. Caroc. d. tract. de loca & conduct. in uerbo compensationibus, vers. declara in paupere, seu aliàs impotente &c. car. 76. & D. Borg. Caualc. in decisio. 9. num. 11. in prima par. eademq; ratione censui non retardandam esse exequutionẽ ob longum tractum, & ob petentis præsumptam calumniam, & causam dilatandæ solutionis. l. satis apertè. C. de fals. l. fi. de ord cogn. Rom. d. cons. 323. num. 5. Et prout bonus Iudex facere debet, ubicunq; malitiam excipiendo concipit, quia de eiusdem confictis exceptionibus seu appellationibus parum curare debet, quoniã non probata earum veritate currunt, & nullum iuris effectum operantur. Inno. in c. post electionem, in fi. de conces. præb Panor. C. super eo. de appel. ut per Vant. tit. de nulli. qualiter sent. & proces. qui dicuntur nulli cum pluribus, nu. 31. 32. Emilian. cons. 69. nu. 13. car. 146.

Tertium autem, & vltimum quæsitum est. Quare sub eadem hora tot actus inculcauerim, citando supplicantem pro testiũ examine, eorum publicatione, & sententia die subsequenti, vt asseritur fulminata.

Respondeo, quòd minimè tot actus (q sciam) sub eadem hora inculcaui. Verùm vnus fuit subsequens alteri dictis varijs de causis diuersis temporibus, & horis, cùm tamen prædicta omnia vti compatibilia stare possint sub eadem die, maximè consideratis diuersis respectibus. Vnde non fulminanter, sed maturè pronũciaui post dies quindecim & vltra à die petitæ exequutionis, iuxtà formam statuti loci intentati, &
44 est etiam de iure communi, quòd † instrumentum iuratum habet exequutionem paratam virtute iuramenti, quod habet vim sententiæ, quæ habet exequutionem paratam. Bar. in l. 2 in fi. ff. de iureiuran. Meno. de arb. iud. dicto casu 17. numero 5. Cabal. Milleloq. 638. secunda par. car. 41. nec vlla
45 causæ cognitio videtur necessaria † in huiusmodi pronunciatione, guarentigia nil aliud est, quàm præceptum quoddam, qđ fit per Notarium de instrumento rogatũ parti reganti, vt obseruet in instrumento contenta. Bar. in l. 1. ff. de iud. pulchrè Soc. sen. cons. 97. num. 49. & 55. lib. 4. refert Menoch. d. casu 17. num. 6. nec vlla alia requiritur cognitio, ita quòd pars non potest dicere fuisse grauatam propter talem pronuntiam, & si quod grauamen est, dependet à dicto statuto, & iure communi c. literis, de rescrip. & in terminis Crau. consi. 273. sub numero 1. uol. 2. concurrente ma-
46 ximè periculo † lapsus instantiæ eo modo, quod feci, pronunciare potui, ad not. per Bald post Ia Burr. in l. cùm iudex, col. 2. vers. quæro, quòd si iudex. C. de sent. & ibi subiicit Bald. quòd in perplexis excusatur iudex, si non pronũciat clarè, & in proposito. Dec. cons. 517. in prin. vol. 3. cùm tamen nullum præiudicium hic factum fuisse existimo per prædicta. Tantò

magis,

magis, quia excitaui dubia super dicta petitione consilij, dictumq; Gallianum præsentem monui, ac postea eidem alteram citationem peremptoriam transmisi pro d. pronũcia, antequàm ad cũ deuenerim.

Nec tam inconueniens, ac absurdum fuisset, (prout asserit dictus Gallianus) quando sententia lata esset pro parte, & non super toto, cùm res in iudicio deducta diuidua, & separabilis foret, quia super vno sententia ferri potest, & respectu
47 alterius † differri potest iudicium, tex. & ibi Bar. in l. non idcirco, in prin. ff. de iudi. Vant. tit. de null. ex defec. proc. num. 100. Boer. decisio. 73. quia quot sunt capita, tot sunt sententia Doct. vbi supra, & sententia potest diuidi, vt si per confessionem partis liqueat de vna, potest iudex, vt parcat laboribus, & expensis partium illicò super illa pronũciare, & pro alia procedere cap. cùm inter. de elect. vbi Innoc. refert, & sequitur Panor. cap. cùm inter. de sent. & re iud. num. 24. sicut etiam sententia, seu instrumentum exequutioni mittitur super parte, & pro alia superseditur. Rom. d. cõsi. 323. num. 5. decis. 2. nume. 37. & decisio. 27. num. 81. hac 2. par. & Natta, cons. 497. nu. 11. & seq. vol. 3. quemadmodum etiam si liquet prius de una causa, quàm de alia, iudex potest pronunciare solummodo de ea causa de qua liquet, & de alia supersedere. Abb. in c. 1. col. 3. de mut. per Spec. in §. videndum, vers. & si iudex in ti. de reconuen. col. 2. cum alijs.

Et tandem inueni decisionem in terminis, ꝙ ita in practica fuit obseruatũ sæpe, ꝙ quando sumus in causa exequutiua per instrumentum, & opponũtur exceptiones, quæ generare videntur aliquod dubium, & conuentus ad protelandum exequutio-
48 nem petat † consiliũ sapientis, seu compromissum, tunc iudex debebit concedere exequutionem, & solùm committere exceptiones, ita ꝙ d. consiliũ, siue compromissum nõ retardet exequutionem, stante maximè fideiussione in casu retractationis de restituẽdo vnà cũ omnibus damnis, expensis, & interesse prout factũ extitit in præsenti cã. Et hanc esse causam singularem decisionem ait Cur. Iun. in l. si quis in conscribendo, n. 47. C. de pac. in vers. pro condimento &c. bene conserũt adducta per Bal. in rubr. de eff. iud. Sebast. de Medic. in trac. de compensa. par. 1. quæst. 1. nume. 6. & 7. car. 151. & num. 11. car. 153. iustius enim videtur, ꝙ factũ est per iudicem confirmari, quàm nouo iudicio illud idem consequi, vt litium euitetur infinitas cap. Abbate sane, in fine, de re iudic. Roma. in consi. 158. circa articulum, num. 3. Verùm etiam de-
49 cisionibus in terminis est in hęredũ † reiectis omnibus argumentis, & regulis mediatis, adeo ꝙ quando aliqua decisio est in specie, illa attenditur etiam ad derogationem communis opinionis, & regulæ generalis D. Frater meus Borgn. Caualc. decisi. 15. num. 3. vol. 1. & decisio. 28. num. 31. & decisio. 43. num. 10. & decis. 44. num. 39. vol. 1. Becci. consi. 23. nu. 6.

Et hęc dicta sint pro obseruatione prædictarum litterarũ Excell. Senatus. Ad laudem Dei Seraualæ die ultima Maij 1584.

Philippus Caual. Prætor &c.

Hæc mihi videtur iustissima sententia ad euitandum circuitus. Et pręcipuè cùm eadem instãtia vtraq; non potuerit causa vnica sententia terminari, & sic incontinenti hæc exceptio, & reconuentio nõ potuerit probari, iuxta per me allegata in repertorio decisionum mearum, in uerbo incontinenti, car. 992. col. 3. in 1. par. & per Soc. consilio 41. col. 3. versic. quarto videtur, vol. 1. At hic non fuit probatum quicquam boni per conductorem, nec ꝙ fuerit laboratum, & expensa facta nomine Communitatis, iuxta conuenta, & locator
50 habebat fundatam intentionem in † instrumento locationis, ergo per ostensionem illius, intra quindecim dies debebat ad eius fauorem sententia proferri, secundum mentem statuti executionis. Ferran. Gargia. Bonon. in patroci. 100. nume. 3. & seq. car. 420. dixi in decis. 44. nume. 44. car. 639. Et in repertorio, in verbo, instrumentum probat. car. 1003. columna 1. in prima par. Attento, ꝙ locatio adhuc durabat, & non tenebatur Communitas compensare, & facere restaurũ, nisi in fine locationis, quando expensa non esset facta nomine Communitatis, vt iure cautum esse reperitur, per tex. & Doct. in l. domos. ff. de leg. primo, Menoch. in consilio 64. num. 18. 19. & 29. volum. primo, sentit Ari. Pinel. in l. 2. parte 2. numero 7. & 10. C. de rescin. vend. car. 122. & Pet. Nicola. Mozzi. in tract. de contractib. tit. de loca. & conduct. num 26. car. 92.

car.92. colum. 3. vbi ponderat uerba Abbatis, qui dicit remissionem pensionis, & dicit, quòd remissio non fit, nisi in fine anni: ergo expectandus est finis anni, & sic locationis; & in proposito latè loquitur excellens Docto. D. Ioseph. Ludou. in suis commun. conclus. quæstio. 12 car. 23. col. 1. versic. emphiteota igitur, & colum. 2. versi. nihilominus prædicta; vbi melioramenta, & expensas non tenetur soluere Dominus directus, nisi in fine locationis: ergo non potest retardari executio solutionis pensionis, cùm nondum cesserit dies. l. cædere diem. ff. de verbo. oblig. patet ergo, quàm ineptè isti emphiteotæ, qui emũt melioramenta liquidata, & æstimata ab alijs emphiteotis, cum consensu directi Domini agunt contra Dominos ante finitam emphiteosim, & locationem, & illis non consignatis tunc temporis d. Domino Directo, vt etiam exclamat excellens, & doctus D. Menoch. d. consil. 64. num. 18. 19. & 29. vol. 1. & tangam infra in decisio. 30. num... hac 2. par. Et miror, quod isti miselli in istis causipulis ausi sint fatigare aures tantorum virorum, & tantas facere expensas.

Borg. Caual. Vic. Epis. P.

VErùm quia iste D. Gallianus noluit se acquiescere, sed eo magis differre solutionẽ, & vtrũq; possidere s. rem, & pretiũ, ideo se appellauit à d. sententia, & à quodam iuuene fecit illam reuocare, quo viso Magnifica Communitas se appellauit, & ad fauorem d. Communitatis quamplures excellentes Doctores de nouo consuluerũt (vt mihi relatum fuit) & requisitus libenter hoc onus suscepi, ad hoc, vt magis elucescere possit veritas sępius agitata, & in hunc, qui sequitur, modum consului.

Quãuis perfunctoriè aliàs subscriptione firmauerim sententiam D. Prętoris Serauallæ iuridicè fuisse latam in concedendo consiliũ sapientis, quò ad retardandam solutionẽ pensionis Molẽdini locati Gallianis. Tamen quia uideo Gallianos nodum in scirpo quærere, & more reorũ fugere, & animo calumniæ, & dilatandi solutionem consilium sapientis petiisse, & super illo instare; dico audacter. In casu isto nullo modo quò ad solutionem retardandam consiliũ sapientis potuisse, nec posse peti, nec cõcedi; Attento ꝙ sumus in iudicio executiuo, & in instrumento iurato habente duplicẽ executionem tam virtute statuti, quàm iuris communis propter iuramentum, & publicam auctoritatem.

51 Quòd verò non sit concedendũ consiliũ sapientis de iure communi, quando † causa vertitur coram iuris perito notat tex. in l. ad principem. ubi Barto. ff. de appella. Pau. de Cast. consi 6. incip. Pro declaratione, sub num. 2 uersic. Dico ergo, volum. 1. Docto. in cap. 2. de iudic. & Sebastia. Vant. de null. ex defe. iurisd. ord. num. 147 & seq. car. 101. versic. primo, causa. Scala Pataui. in tract. de consilio sapien. li. 3. c. 25. car. 66. At in casu isto videtur iudiciũ esse motũ corã iudice iurisperito, & secundũ ius cõe esse iudicandum, ergo potuit iudicare sine dicto consilio sapientis per supradicta.

Nec modo habent obstare adducta in contrarium, ꝙ imo iudex adstrictus, & obligatus fuerat consilium sapientis petitum intra tempus concedere, & non posse iudicare sine illo, sub annullatione sententiæ virtute statuti Serauallæ sub Rubrica de consilio habẽdo (vbi dicit, ꝙ acta, & sententia sit ipso iure nulla, & nullius efficacię) quia multipliciter respondetur.

Et primo, quòd statutum Sarauallæ loquitur in casibus, in quibus iudex tenetur velit, ac nolit concedere consilium sapientis, & secundum illud iudicare, nam ue-
52 rum est, quòd tali casu † sententia lata spreto dicto consilio, est ipso iure nulla, & dictum consilium habetur pro sententia lata; ut dicit statutum sub Rubrica de consilio sapientis, ibi (& debeat per D. Iusdicentem, & ibi, & teneatur Dominus) & est etiam de iure communi: Socy. consilio 10. num 9. & 11. uolum 4. Scala Pataui. de consilio sapien. lib. 3. cap. 25. car. 66. col. 2. Soci. Iun. consilio 63. vol. primo, Docto. in dicto cap. 2. de iudic. & sic loquitur in causis ordinarijs, & sententijs diffinitiuis, ubi iudex tenetur illud consilium concedere, & dare, ut dicit statutum sub Rubrica de causis ciuilibus, ibi (quòd dari debeat secundum formam infrascripti statuti) & etiam loquitur in causis summarijs, si iudex concesserit cõsiliũ sapientis, secus si in hac cã summaria nõ concesserit, quia tũc non arctatur iusdicens illud petitum concedere, sed poterit causam prædictam absque dicto consilio sapientis expedire, si

re, si ita sibi visum fuerit, absque consilio causam terminare, ita dicit statutum sub rubrica de causis summariis terminandis, ibi (quibus elapsis debeat dicta causa) & facit Alex. consi. 62. visa facti, sub nu. 6 vol. 2. vers. sed videtur ponere, & Felin. d. consi. 24. At in casu isto iudicium non fuit ordinarium, sed executiuum, & summariissimũ ubi a statuto præsumitur lata sententia condemnatoria ad fauorem habentis instrumentum publicum, vt dicit statutum sub rubrica de instrumentis, sententiis, & executionibus, ibi (& statuto reo per dictum D. Iusdicentem termino dierũ quindecim ad soluendum, vel dicendum, & probandum, quare exequi non debeat) nam vult ibi statutum, quòd debitor debeat intra quindecim dies soluere uti debitum confessatum, & condemnatum, & reo non intra d. tempus probante solutionem, uel causam quare soluere non teneatur, illa condemnatio, uel sententia transacta in iudicatum exequi debeat procedendo ad æstimum, hoc est ad executionem facti, secundum formam illius statuti, quo casu apertè dignoscitur ex uerbis expressis, & mente statuentium iusdicentem potuisse denegare huiusmodi consilium sapientis, & causam absque dicto consilio expedire, & terminare, siue articulus sit clarus, siue dubius, ut sentit etiam Scala Pataui. de cõsilio. sapien. lib. 4. cap. 25. col. 2. uersi. sed quid si dicatur, id quod uenit confirmandum per idem statutum sub dicta rubrica de consilio habendo uers. (Item statutum, & ordinatum quòd dictum consilium modo quo supra peti possit in dubiis occurrentibus) ubi dicit, quòd peti possit in causa summaria, & non necessitat iusdicentem ad illud concedendum, nec partem ad petendum, ergo sentẽtia lata a Domino Iusdicente Serauallæ in hac causa summarissima executiua absque dicto consilio fuit

53 † ualida etiam uirtute dicti statuti, quia ubi est casus legis, & statuti, ibi non cadit quæstio iuris, vulgatis iuribus, & per Rol. consi. 39. nu. 40. & seq. vol. 4. Marti. Laud. consilio 6. numero 16. & 17. cum aliis. Secũdo, quia statutum Serauallæ expresè vt dixi, & tacitè, & sic extrinsecè, & intrinsecè declarauit sententiam latam per D. Iusdicentem in causis executiuis sine consilio sapientis ualuisse, & valere, ac posse proferri, expresse declarauit, quia dixit, quod possit Iusdicens in causis summariis ferrè sententiam absque consilio sapientis, tacitè, & intrinsecè etiam declarauit, quia statuentes posuerunt quatuor statuta circa modum procedendi, & iudicandi, primum sub rubrica de causis ciuilib. & sic ordinariis; secundum sub rubrica de causis summariis, & in istis duobus fecerunt expressam mentionem de consilio sapientis. Tertium sub rubrica de instrumentis & executionibus, & in isto nullam fecerunt mẽtionem de consilio sapientis, sed uoluerunt iudicem intra uigintiquinque dies cõtinuos exequi debuisse, siue partes opponentes pro habuerint, siue non. Quartum sub rubrica de consilio habendo, ubi sic de causa ordinaria, & summaria, & de sententia diffinitiua, & interloquutoria loquitur, de executiua uerò nullum uerbum, adeo quòd aperte dignoscitur statuentes sensisse in huiusmodi causis non debere peti cõsilium sapientis, nec iudicem arctari ad illud concedendum, quia si ita uoluissent, certè expressissent in hoc tertio statuto, & quarto, sicuti in aliis duobus expresse dixerunt, in hoc tertio non dixerunt, sed exequi mandarunt, & statutum vult, quòd ipse iudex ponat ad æstimum, & concedat licentiam transactis illis diebus quinde-

54 cim. Ergo sub dispositione† iuris communis remissum censetur. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. Roman. consilio 120. columna fi. & ibi Mandosi. in additio. tetigi in decisio. 5. numero 10. in prima par. quod patet etiam satis manifestè, & concludenti argumento, quia isti statuentes posuerunt in primo statuto sub rubrica de causis ciuilibus, & in secundo sub rubrica de causis summariis, illud quod tacitè inerat, hoc est consilium sapientis, quia ibi fecerunt mentionem de consilio sapientis petendo, & concedẽdo, quod superfluũ fuit, quia tacite inerat, & intelligebatur inesse in dictis statutis uirtute Quarti statuti ge-

55 neralis sub rubrica de † consilio habẽdo, loquentis etiam de causa ordinaria, & de summaria, & de sententia diffinitiua, & interloquutoria adnotata per Alexand. in consilio 50. numero 14. & in fi. uol. 2. Alba. consilio 96. & Menoch. de arbitr. iud. quæstio. 21. numero 5. & 6. car. 21. columna 4. cum aliis, ubi instantia posita in uno statuto principali censetur repetita in omnibus aliis statutis loquentibus de causis, & teti-

gi in Repertorio Decisionũ, in verbo, instãtia statuti, in j. par. cart. 996. colum. 2. cum igitur statuentes voluerunt facere mentionem in primo, & secundo statuto de illo, quod tacitè inerat virtute quarti statuti, sequitur quòd non faciendo mentionẽ in Tertio statuto de illo, quòd tacitè ines-
56 se prætenditur † videlicet de consilio sapientis, quòd ibi repetitum non censetur, neque in esse, & sic non intelligitur in dicto statuto Tertio sub Rubrica de executionibus insertum, & repetitum statutum quartum de consilio habendo, singulare est dictum Roman. in singular. 237. Dico tibi vnum, & dixi in decisio. 6. num. 8. & 9. in prima part. cart. 78. & videtur text. in l. si in diem. §. fina. ff. de condi. & demonstrat. & sentit Bertazzol. cons. 87. num. 16. libr. 1. in ciuilib. car. 276. quia si voluissent statuentes comprehendi statutũ de consilio sapientis in statuto de executionibus, facilè eis fuisset, ẽt hoc exprimere, sicut in alijs statutis expresserũt, at quia non expresserunt, ideo noluerunt comprehendi, sed remitti ad ius commune, vt in simili loquitur Alexand. consilio 86. in causa Datiorum, colum. 2. sub num. 4. versic. facit etiã, volum. primo, cart. 72. attento, quòd cognitio causæ, & executio habent effectum separatum, vt dicit Abba. in cons. 33. quia quinque dubia, nu. 8. volum. 2. cart. 78.

Tertio, quia sumus in iudicio executiuo, & in debito claro, & liquido procedente ab instrumento iurato publico, quo casu statutum de consilio sapientis loquens
57 non habet locum † in causis executiuis, & maximè quando statutum habet debitorem pro iam condemnato, & dat breue tẽpus ad soluendum, & demonstrandum condemnationem solutam, vel ad dicendum quare exequi non debeat ad æstimum, hoc est ad listam bonorum, & sic concedi licentia grauandi. quo fit, quòd tali casu statutum considerat iam sententiatum partium conuentione contra debitorem tempore solutionis adueniente, & solùm post hanc condemnationem, & sententiam dat certum tempus ad exequendum illam præsuppositam condemnationem, & sic sumus in casu liquido, & claro, quo ad primam sententiam, & condemnationem, & exceptiones postea in causa illius executionis, seu rei iudicatæ non operantur, qđ possit peti consilium sapientis, sicut non potest peti publicatis attestationibus, & post conclusum in causa, cum tũc res dicitur liquida, & clara, & aliqua diffinitiua non expectatur in petitione executionis, sed solùm executio facti, ut dicit statutum ibi (& statuto Reo per d. Iusdicentem termino quindecim dierum ad soluẽdum) & post dictum tempus non dicit, quòd sententia diffinitiuè, an sententia vel instrumentum mereatur executionem, & sit exequendum, sed quòd æstimum, & sic executio fiat, & intra tres dies bona mobilia, vel immobilia cõsignet adnotata per Soc. consil. 41. col. 3. vers. quarto, videtur probari, volum. 1. Roderic. Soarez í repetitione. l. quoniam in prioribus in 3. notabi. numero. 1. & seq. ff. de re iudic. car. 501. per text. & glo. & Docto. in l. si debitoribus. ff. de iudici. & quando sumus in executiuis etiam, quòd pars ad dilatandam solutionem, & executionem aliquid opponeret, & offuscaret, & ob id peteret consilium sapientis, illud non debet vllo modo concedi, tum quia præsumitur calumniose petitum, cùm etiam, quia in executiuis claris, ubi debitũ est certum, & clarum, & aliqua exceptione adumbrari potest, non conceditur cõsilium sapientis, sed super vtroque eadem instantia iudicatur, si potest verificari, sin autẽ non retardatur executio, sed cum cautione de restituendo, re-
58 seruatur ius † soluendi super exceptionibus, adnotata per Alexan. in l. si se nõ obtulit. §. condemnatum, nu. 23. vers. in quantum tamen. ff. de re iud. Paul. de Cast. cõs. 428. num. 1. & 2. volum. 1. car. 221. Rota Luca. decisio. 27. num. 46. car. 157. & Afflict. decisio. 356. in fi. quia si esset vera opinio, ꝙ in re iudicata, vel in instrumento publico res non diceretur liquida per negationem, nunquam denegaretur consilium sapientis, & compromissum, & semper esset locus consilio sapientis, cùm per negatio-
59 nem † res efficitur dubia. Felyn. in c. si clericus laicum, num. 3. & 4. de foro comp. & ideo hoc non obstante non conceditur consilium sapientis in executiuis, nec fit compromissum, sed sufficit, quòd sui natura sententia, & instrumentum sit liqui-
60 dum † & exequibile, & contineat quid certũ, licèt aliqua exceptione possit reddi dubium per negationem, confessionem solutionis, compẽsationem, reconuentionem, restaurationem, & quid simile, quæ con-

tinent

tinent factum, ita perbellè consuluit Socin.in consi.300.col.4. versi. primo,ratio ē vol.2.& in consi.41.colum.3.vers.Quarto, videtur probari,volu.1.pulchrè Grat.consi. 33.volum.1.cart.54 per totum,vbi inuehit contra istos, qui opponunt aliquas exceptiones,existimantes propter hoc reddere articulum principale dubiū, & Mari.Angussol.consi.152.nu.27.& seq.versi.Quinto loco pars aduersa,cart. 325. pract. Pap.in for.libel.execut. sent. diffini. in glos.sapiens, nu.12.versic.Amplius quæritur,cart. 212.in ultima impressione. Claud.Canciuncul.in consi.17.num. 167.car. 250.Cæphal.consi.480.num.11.vol. 4. Rimin. Sen. consi. 169.num.12 & 13.volum.primo, Ange.de Gambilio.consi.primo, sub num.25. cart.4.colum.4.in fin. Marcabrun.Ferrariensi.consilio.66.nu.428.& seq. cart. 270.li. primo,Matthe Brun.Ariminensi. consi.148. Quia res in se,cart.332.ubi dicit ita fuisse * PRONVNCIATVM* & licèt loquantur in compromisso, ut etiam loquitur Blanch.de compromis. quæst.4. Caussa executionis,car.304.tamen idem est in consilio sapientis, cùm æquiparantur à Doctoribus, ubi dicunt ijsdem de causis impediri consilium sapientis,quibus compromissum,& quòd statutum arctans aliquem ad compromittendum,uel ad cócedēdū consilium sapientis intelligitur in rebus dubijs,& non in executiuis, pro ut de ista æquiparatione in proposito casus nostri loquitur Bart.in l.1.num.6.& ibi Paul.de Cast.num.5. ubi etiam Bald.in § quibus num.8.C.de Nouo. Codi. consi. Alex. consi.62.nu.5. & seq. uolum. 2. Neuizan. consi.30.sub num.21.Rimin.Iun.consi.202. num.25.uolum.2.car.249.Bar. & Doct.in l.eleganter,in princ.ff.de códi.indebi.& in l.ille. §. cùm in uerbis. ff.de lega.2. Cotta in memorial.in uerbo,statuto Mediolani, cart.645. Et quòd in causa executiua non concedatur consilium sapientis, maximè quando statutum habet debitorem pro cōdemnato,& procedit solùm ad pręceptum de soluendo,& æstimo faciendo, & sic licētia concedenda,loquitur Cur.Iun.consilio 211.nume.2.& 3. cart. 51. uolum.3. Hugo. Celsi.consil.13.num.4.cart.31.Emilian.cōsil.69.numero.11.& 12.cart. 16.uol.primo, & tetigi in decis. 21.numero 18. in prima cart.295.ubi alios allegaui, & pulchrè Barba.consilio 53. colum. 3. uersiculo ita est in proposito uolum. 4. car.112. colum.4. & Socin.d.consil.41.colum.3. uersic.quarto uidetur,uolum.1.ubi dicit, non habere locum reconuētionē, & tetigi infra nu.75. & pro hac parte sentit Asini. in sua praxi Ciuili.§.25.cap.2.cart.159. licèt in contrarium allegetur,& sic patet,hanc esse communem sententiam,& tenendam,cùm tendat ad dirimendas lites,& expensas adnotata per Grat.d.consi.33.in fin.uolum. 1. & etiam in hanc sententiam fuit Scala Pataui. in suo tractat.de consilio sapiētis, cap.18. executionis causa,ibi( Aut de mera executione sententiæ agitur,cart.38.) licèt et iā quando diffinitiua requireretur breui tēpore exequenda,malè ipse diceret illo in casu,& contra communem, per supradicta quamuis nos sumus in causa executiua,& non in summaria, licèt liquida, & clara, quæ expectat sententiam declaratiuam,& non solam executionem, & in hoc allucinantur Aduocati partis aduersæ de re liquida,& non liquida, & clara, & non clara,& de statuto imponente formam,& necessitatem concedenti consilium sapientis quia non loquuntur in executione condēnata,per supradicta, & infra numero 76. & tanto magis in casu isto res uidetur procedere sine difficultate, non obstantibus
61 in contrarium adductis † q̃a ex actis(quę faciunt rem notoriam.Dec. consi. 191.sub num.9.cart.212.& dixi in Repertorio Decisio.in uerbo Notoriū dicitur, car. 1119. in prima parte.)Apparet statuentes ita intellexisse statutū Tertiū de instrumentis, & executionibus, & Quartum statutum de consilio habendo,postea quā per plures uices fuerat in alijs causis similibus executiuis petitū consiliū sapientis,& nunq̃ con
62 cessum,quò fit quòd statutum † ita est intelligendum,prout fuit obseruatum,& interprætatum. Nam intelligentiæ, & interprætationi statutorum, non uerbis standum est,ut in specie consuluit Bald.consilio 10.uersi.contrarium dico, uolumi. primo,& in proposito consuluit Ioan.de Amic.consi.138.col.5.uers. or quanto ma-
63 gis debet,& statutū dubiū † recipit interprætationem à cōmuni practica,& obseruātia,ut dicit Crauet. consi. 201. num.11. consil.226.num.9.consi.273. nu.13. consil. 294.colum.14.uersiculo uigesimo primo, uolum.2.consi.459 nu 21.consi.507.nu.19. uol.3. Neuizan. consilio 91.in fin. Franc.

Decci.consilio 101.nu.9 Menoch.consilio 156.nu.28.uol.2.Soc.iun.consi 25. numero 16.& nu.26.uol.1. Ioseph. Ludouic.in Rota Luca decis.29.num.32. & latè in suis conclusio. quæstio 98. per totum, car. 84. Ioseph.Mascard.in tract.de proba. in uerbo, dubia res nu.3. in prima par. car. 432. columna 4 & tetigi in decis.5. numero 19. in prima par.car.64 & licet sufficeret ostédere per duas uices ita obseruatum parte
64 † petente consilium ad demonstrandam obseruantiam,& usum, ut dixi in Repertorio decis.in uerbo usus obseruantia,& consuetum,car.1266.col.2. in prima par.& tetigi supra in decis. 25. numero 12. hac 2. par. Tobi. Noni.consilio 58. numero 2. & Bero.consi.142.nu.14. & 19.uolum. primo,tamen(ut mihi relatum est) apparet ꝑ plures,& plures processus hoc ita pronuntiatum,& obseruatum, & præcipue in causis istorum Gallianorum , quo casu res uidetur esse omnino extra omné dubitationem,quod statutum, de consilio sapientis non intelligitur de statuto executiuo , & consilium fuisse petitum animo calumniãdi,& dilatandi solutionem,per supradicta, & per Aemilian.d.consi.69. numero 12.& 13.& Neuizan.consilio 91.in fi & ideo nõ esse concedendum,ut per Cataldi. in tract. de Sindi.in addi.233.Signorol. de Homo de cons.75.& cons.56.latè Ias.in l. 1. ff. de nou.oper.nuncia.Dec.in c.super eo, nu.2. de.appella.Hippol.singul.686.& in pract. crimina.§.opportunè,nu.84. Venerandus Pater meus , in responso.321. in 2. dubio lib. 1.

Quarto,quia ita partes conuenerunt, & promiserunt omnia in instrumento contenta attendere,& obseruare,non contrauenire,nec contrafacere de iure,nec de facto,& iurarunt obseruantiam,quo casu statutum de consilio sapientis non habet locum in executione conuentorum,& instrumenti duabus de causis.

Prima est, quia ita cõuenerunt, & clarũ est ꝙ petendo consiliũ sapientis, aut compromissum contra petitionem executio-
65 nis dicitur contrafacere, † & non attendere de iure & de facto , & ideo non est audiendus.Rui.cons.77.nu.3.& nu.7. uolu.2. Soc.iun.cons.113.num.34.& seq. uol. primo. Et tanto magis,quia esset periurus toties quoties peteret,ut dixi in decis.9. nu. 20.in 1.par.decis.45.nu.2.car.57.& Paris. consilio 35.numero 37. uol.1. car.114. ubi audiri non debet,nec põt absolui,nisi a Papa post petitionem cõsilii,& ita sentit Pau. de Cast.in cons.13.num.3.& 4.uol.2.car.7. ubi loquitur in compromisso,& Rim. sen. cons.595.nu.11.& seq.uol.3.car.205.ubi di-
* cit ita IVDICATVM * Parmæ.

Secunda est, quia statutum de cõpromisso fiendo,aut consilio sapientis concedendo,non habet locum in contractu, & actu
66 iurato etiam,ꝙ †statuentes facerent mentionem de iuramẽto,ut notant supradicti Doctores relati in tertio fundamento , & maximè Matthe.Brun.d.cõs.148.Tob.Noni.cons 50.in fi.Rim.iun.cons.82.num.18. uol.5.car.332.ubi dicit communem, Abb. in disputa.sua incip.statuto, car.27. Bero. cons.180.nu.19.& seq.uol.1.& per ea quę tetigi infra,nu.67. & 86.

Quinto , quia Gallianus promisit cum iuramento in singulo semestre soluere pẽsionem in pace,sine lite,omni exceptione,
67 † & contradictione remota,& sic sine consilio sapientis proueniente a lite, & sine retardatione pensionis,ut illa uerba demonstrant, quo casu stantibus dictis uerbis,& iuramento debebat soluere,& non excipere, nec petere consilium sapientis contra uoluntatem communitatis , sed probare intra quindecim dies solutionem,uel compensationem, & residuum soluere , & postea petere, quòd pretendebat,cùm omnis exceptio sit remota ad retardandam solutionem, quæ non sit in promptu,& non requiritur etiam citatio, cùm ipso iure habeatur pro condemnato , dicto tempore elapso, ut pulchrè loquitur in simili Neuiza.consilio 6.numero 4. car.49. ubi dicit, quòd ope exceptionis liberatur , & faciũt adducta per Pau.Aemili.Veral. decis.205. numero 4.& seq.lib.1.car.58.& quę dixi.supra in decis.27.num.70.hac 2. par. & precipuè cùm fuerit etiam renunciatum omni auxilio legis ,decreti, rescripti,& statutorum post supra narrata per ea, quæ dixi in decis.9.numero 8.10.et 11.car. 109.in prima par. et sentit Bello. consilio 21. numero 12. Rim. iun. consilio 343. numero 62.uol.3.car.375.si uerba eorum perpendantur.et Bero.quæst.familia.125.sub nu. 3.ibi, quoniam illa ad alia extendi debent et Rolan.cons.86.numero 10.uolu.3. car. 184.et quando quis renuntiat per pactum expressum omni auxilio legis , et statuto-

rum,

68 rum, dicitur † specialiter & expresse renũ
tiatum beneficio statutorum de consilio
sapientis loquentium, & non potest illud
beneficium implorare parte altera contra
dicente, ut per Aemil. consi. 100. nu. 4. & 5.
car. 190. Ruin. consi. 77. numero 3. & 7. lib.
2. Octauia. Pedemonta. decis. 91. nu. 18. car.
349. Rim. sen. consi. 95. nu. 9. & 10. uolu. 2.
& ibi. Appostilla Rim. iun. consilio 582. nu
mero 28. seq. volum. 5. & dixi in decisio. 2.
numero 12. in prima par. car. 26. Decian.
consilio 39. numero 57. volumine secũdo,
car. 297. Pau. Pic. consilio primo, num. 82.
car. 13. Dec. consi. 452. nume. 18. & Roma.
consi. 251. clarissimè, nume. 2. & seq. & ibi
Appostilla, & maximè existente iuramẽto,
vt per Rolan. consi. 99. nu. 44. & 45. vol. 4.
vbi dicit communem Alexan. consilio 11.
viso, ac vt oportet considerato, numero 16.
uers. pro quo possent plura adduci. uol. 2.
car. 12. & in consilio 134. numero 12. uolu.
2 car. 109. sensit Anchara. Regiens. quæst.
8. numero 5. & seq. car. 61. lib. 2. ubi dicit,
secus esse, si ius de futuro non habens cau-
sam de præsenti, uel de præterito, superue
nisset post renunciationem, quia non extẽ-
deretur ad futura, nisi exprimeretur, & in
q. 44. nu 2. lib. 3. car. 169. ubi nu. 4. & seq. di
cit quid in muliere, & rustico grosso. Rom.
consi. 472. in eo, quod sub num. 2. & num.
3. & ibi Mandosi. lit. D. & Rim. iun. consilio
72. numero 95. uol. 1. Afflict. decisio. 182.
numero 11. & seq. & ibi Appostilla. ubi ita
fuit IVDICATVM * maximè virtu-
te iuramenti. Ghirar. Mazzol. consi. 22. nu.
3. & 5. car. 71. Math. Brun. Arimi. consi. 31.
nu. 4. & seq. ubi dicunt esse renuntiatũ be-
neficio cedendarum, & excussionis, & aliis
beneficiis a iure, & statuto permissis. Rim.
iun. consilio 234. numero 179. & seq. vol. 3.
car. 23. consilio 72. numero 95. & seq. volu
mine primo, car. 308. & vide Crau. cõs. 201.
nu. 43. lib. 2. ubi loquitur de statuto Sancti
Marcellini.

Sexto, quia iste Gallianus poterat hanc
restaurationẽ petere, & probare, antequã
ueniret tempus soluendi, & incurreret in
periurium, quod facere neglexit, & expe-
ctauit deleste, & animo dilatandi solutio-
nem, tempus executiuum, quo casu saltem
pro debito claro fuit effectus periurus, &
ideo sui parte non adimpleuit, qua de re
potuit dicta communitas petere executio-
nem instrumenti pro sui parte, & Gallia-
nus non potuit quicquam opponere aduer
69 sus † dictam executionem, sed erat fien-
da executio instrumenti, postmodum di-
scuti debebat de iuribus Galliani, quod est
notandum. ita concludit Marin. Freci. in
tract. de præsenta. instrum. in 13. par. q. 3.
car. 104. Fely. consilio 25. numero 20. & 21.
Alex. consi. 49. inspectis, numero 3. & 4. uo
lumine 2. Crot. consil. 114. numero 10. &
seq. car. 136. lib. primo, & late per Rui. con
silio 108. nu. 11. & seq. uol. primo, car. 172.
& tetigi in tract. de tutore, & curato. sub
numero 118. in fi. car. 206. quia dicitur
fraudulenter differre, & incidit in moram
per ea, quæ dixi in tract. de usufru. nu. 94.
car. 456. & faciunt omnia adducta per Go
mes. super regul. cancella. in regul. Epilog.
casuum negligen. car. 395. & seq.

Vnde ex tot deductis, & allegatis, appa-
70 ret nullũ esse fiendum † fundamentum in
cons. Nattæ 154. nu. 2. Alex. cons. 50. in fi.
uol. 2. Scal. Pataui. c. 18. Afin. in §. 25. c. 2. &
3. Menoch. de arbit. iud. dicta quæstio 11.
numero 5. & 6. nec in exceptionibus proue
nientibus ab eodem statuto, quia non lo-
quuntur in casu nostro executiuo condem
nato a statuto, sed in sententiis ferendis, &
appellandis, & non in executione habita
pro condẽnatione, nec quando est renun-
tiatum dicto statuto, nec quando adest iu-
ramentum, & quis est effectus periurus,
nec quando statuentes aliter sunt interpre
tati statutum per supradicta luce clariora,
& cùm habeamus doctores in terminis de
executione, quòd non datur consilium sa
pientis, ut supra demonstratum fuit, nume
ro 16. 20. 42. 60. 61. 75. 92. & 93. & quod
non retardatur executio per exceptionem
illiquidam prestita fideiussione, ut infra,
numero 68. 89. & 92. & renuntiationem
statutorum, & decretorum cum iuramen-
to, & obseruantiam dicti statuti in illo lo-
co, ut supra, nume. 62. 63. 67. & 68. & pars
aduersa solùm habeat. Scal. Pataui. de cõs.
sapient. c. 18. & alios supra nominatos, nu.
70. qui loquuntur extra casum executio-
nis, præterquam Scala. d. c. 18. qui est uni-
cus, & loquitur malè, & quando requiri-
tur sententia, & contra communem, ut su
pra potuit uideri, non erit mirum, si prima
sententia uti iuridicè lata, ueniet confirmã
da cum condemnatione expensarum, in
tam calumnioso debitore.

Accedit etiam, quòd statutum, de

executione dirigit verba ad iudicē, & vult quod ipse exequatur ad æstimum, & intra tres dies bona consignet, quo fit, quod dicitur prohibuisse tale consilium sapientis, & elegisse industriā personæ, vt notat Abbas in c. si pro libertate, de off. deleg. & Scal. Pataui. in dicto tract. de consi. sapien. lib. 4. c. 25. col. 2. versi. sed quid si dicatur, car. 88. quod est notandum in casu isto, attento etiam, quòd in meritis causæ videtur sententia D. Prætoris Serauallæ iusta,
71 quo fit, quòd debet † confirmari ad euitandum circuitus, etiam si esset lata sine consilio concedendo, & suspitione non attenta. Ita dicit Caballi. in consti. Egid. lib. 6. c. 29. sub nu. 2. car. 402. ex doctrina Bar. in l. 1. C. de sent. aduers. fisc. lib. 10. & tetigi infra, nu. 113.

Et sic ex prædictis videbatur iudicandū fore, & esse bene per d. prætorem iudicatum, & consiliū petitū non esse concedendum ad impediendam solutionem, præstita cautione de restituendo, & fiendo illud, quod erit de iure fiendum in casu restauri & læsionis, vltra dimidium, & per supra latè deducta pro ueritate.

Ad supra allegata in contrarium, respōdebatur per aduocatos Magnificæ Communitatis, ut infra.

Et quo ad primū fundamentū: de statuto, de cōsilio sapientis, qđ vtitur dictione, omnis, & sic vult, quod de omni sententia ferēda possit peti consiliū sapientis, cū omnia cōprehendit, & nihil excludit, respon-
72 detur † prædicta procedere vniuersaliter & de eo, quod loquitur, & sic de omni sententia ferenda in causa ordinaria, vel summaria, non autem de executiua, in qua nō datur sententia, nec consiliū sapientis, ne operetur statutum executionis diuersum effectum, cùm sit inductum ad lites tollendas, & finiēdas, & vt creditor quàm citius possit satisfieri, & ideo solùm assignauit terminum quindecim dierum, ad soluendum, vel probandum solutionē, quod non eueniret, si in causis executiuis posset peti
73 consiliū sapientis, cum vt plurimū † causæ remanent penes istos sapientes per annū, & vltra, vt experientia docet, & tangit Alex. cons. 59. nu. 5. vol. 4. Sebastia. Vant. de nulli. sent. ex deffe. iurisd. nu. 135. & num. 145. car. 100. & Asini. in sua pract. ciuil. iudicia. §. 25. c. 20. car. 163. vbi dant remediū partibus, & iudici, quando causæ remanēt per multū tempus penes istos sapiētes, aut insipientes, & ēt quia daretur materia appellandi, quia talis sententia nunquā transit in rem iudicatā. Mandosi. ad Lap. in allēgā. 98. lit. B. sub nu. 1. car. 122. Bar. in l. si cōuenerit, nu. 5. & ibi Doct. ff. de re iudica. & verba vniuersalia restringuntur ad naturā
74 actus, super quo interponūtur, † ne quis indebitè damnum patiatur, & maximè qñ a lege, & a statuto præsumuntur, & sufficit in vno operari. Dec. in cons. 91. colu. 2. dixi in Repertorio decisionum, in verbo dictio. omnes, & quoscunque, car. 930. in prima par. sed de natura actus, & sententiæ ordinariæ, & summariæ ferendæ est posse peti consilium sapientis ob probationes, & liquidationes faciendas, & causam expediendam, & in causis executiuis non esse concedendum consilium sapientis ob causam expeditam, & ne indebitè creditor damnum patiatur ob tantam dilationem, vt supra latè fuit demonstratum, ergo dictum statutū debet intelligi de causis ordinariis, & nō expeditis, & non de expeditis, & executiuis, vt minus corrigatur ius commune, quàm fieri possit, per ea, q̄ notat Grat. consilio 46. nume. 7. & seq. consilio 16. numero 15. volumine 1. Octauian. Pedemō. decisio. 68. numero 10. & decisione 59. numero 12. & 13. & decis. 68. numero 22. & in proposito de statuto disponente, quòd de omni causa, lite, & quæstione debeat fieri compromissum, vel causa mitti ad consiliū
75 sapientis, † non comprehendat causam executiuam, & non habeat locum in causis executiuis, loquuntur Doctores p me allegati supra in decis. 21. numero 18. in 1. par. & Barba. consilio 53. columna 3. volu. 4 & tetigi hic supra numero 60. & de statuto Mediolani loquitur Cotta. in memorial. in verbo. statuto Mediolani disponēti, in vers. statuto superius relat. car. 647.

Ad secundū, quod causa executiua est summaria, & statutum vult, quod de dubiis occurrentibus in processu causæ ordinariæ, uel summariæ possit peti consilium sapientis, ergo comprehendit etiam causam executi-
76 uam; respondetur, præallegatum statutū † intelligi de causa ordinaria, & summaria, in quibus processus debet fieri, & sic, petitio, capitula, probationes, & alia necessaria ad expeditionem causæ ad hoc, vt possit deueniri ad sententiam, iuxta notata per Georgi. Natta. in clemen. sæpe in

Sæpe.in §.quæ omnia,versic.circa primum, nu.1.& seq.de verb.signifi.car.315. & Marã. d.4.par.distinctio.9.num.1.& seq.car.132.& tetigi supra,nu.61.& non de causa executiua,in qua hæc non requiruntur, sed a statuto habetur pro expedita, & solùm solutio requiritur,vel solutionis probatio inconti-nenti, vt dixi supra,num.60.& 61. & in decisio.21.num.17.in prima par. sentent. Angel.de Gambilio. cons. primo, nu 6.& 7. & dicitur causa extraordinaria,q.a extra ordi-
77 nem † iuris fit,vt tangit Maran. vbi supra, num.176.& sic dictum statutum potius probat intentionem communitatis,quàm Galliani,cùm faciat mentionem de causa ordinaria, & summaria, & nullum verbum de executiua,& tamen istas tres causas ponit ĩ Rubricis diuersis vti diuersas,& separatas, & in ordinaria, & summaria principali causa vult etiam peti posse consilium sapientis & quando loquitur in Rubrica.de causa executiua, nullum verbum de consilio sapientis,sed dat modum exequendi, & procedendi, quo fit, quòd noluit comprehendi in dictis causis ordinariis, & summariis expediẽdis,ut supra etiam demonstraui, sub numer. 53.& nume.54.

Ad tertium fundamentum, quòd statutum pro forma ordinat dari consilium sapientis,& quòd aliter sentẽtia sit ipso iure nulla,& ideo habere locum etiam in causis claris,& liquidis,& non posse a partibus renuntiari,tanquam respiciens vtilitatem publicam, & sic fauorem statuentium, non autem partium,ut etiam sentit Alex.d. consilio.96.visis narratis,sub nu.2.ibi. quia causa statuti concernit.vol.2. Respondetur primo
78 † quòd licèt statutũ dicat, quòd sententia aliter lata sit ipso iure nulla, per hoc non operantur dicta verba effectum talem,quòd statutum comprehendat causam executiuam,in qua sententia iã fuit lata, uel debitor habetur pro condemnato, sed posset habere locum, vbi aliqua non esset sequuta sententia,nec condemnatio tacita, nec expressa,& in casu suo, de quo loqueretur statutum,licèt causa esset clara,& non in alio, ut est hæc causa executiua, ut supra demõstraui.nume.60.Nam in causa executiua statutum de consilio sapientis non habet locum, siue dicat, quòd actus sit nullus, siue non,
79 cùm solũ exprimat illud, quod tacite † inerat, & ideo eundem operatur effectum, sicut videmus ita debere peti consilium sapientis,si statutum dicat, quòd sententia ferri debeat per iudicem secundum consilium sapiẽtis,aliter ipsa sit nulla, quàm si solùm statutum diceret,quòd debeat ferri sententia de consilio sapientis, sine illis uerbis, aliter actus sit nullus,uel sententia nulla,secũdum communem opinionem. nam vtroque casu intelligitur parte petente, & ita de appellatione,compromissò, & restitutione in integrum data fideiussione dicendum est.ut per glo.iuncta tex. in l. vniuersa. in verbo. præbentur,& ibi Paul. de Cast. C. de precib. impera. offerend.& late per Ioan.Guter, in repeti.d.l.Nemo potest, nume. 432. & seq. versi. & antequam .ff de lega. primo, cart. 132.& sic ista differentia de consilio sapientis cum clausula annullatiua, vel sine, non ẽ vera per supradicta & per ea,quę dixi supra, nume.60.vbi statutum,hunc casum non cõprehendit. Secundo respondetur non procedere,quando per partes esset renuntiatũ
80 † dicto statuto de consilio sapientis,ut per Angel. in consil.131. in quæstione, col. 4. uersi. est obiectum, & Cotta in Memorial. in uerbo. statuto Mediolani, in fi. ibi: uidetur consilio sapientis renuntiare, & per Io. Guteri. d. l. Nemo potest, sub numero 436. circa finem. uersic. sed non petendo. car.135.col.1.ff. de lega. primo. Nec uerũ est, quòd dicto statuto non possit per partes renuntiari vti introductum in utilitatem publicam, quia Scala Pataui. de consil. sapient. in d. cap.5. in fi. lib. i. & aliis in locis supra allegatis. num. 3. hoc non dicit, sed bene Doctores mox allegatis præsuppo nunt posse renuntiari, posteaquam per nõ petitionem, uel per petitionem & recessum, ac accessionem ad iudicem ordinarium dicunt esse renutiatum, dicto consilio sapientis, & non est mirum, quia hæc petitio, uel non, consilij sapientis redundat ad fauorem petentis, uel non petentis, per quam petitionem debet concedi in causa a statuto ordinata, & nemini dubium est licere unicuique iuri pro se introducto renuntiare, iuribus uulgaribus, & firmat Ioan. Guteri. ubi supra. sub d. numero 435. circa finem, & per Tiraquel.de primogeni. q. 24. nume. 20. car. 83. nam si esset uerum, quòd non posset ꝑ partes renuntiari, sequeretur, quòd omnes causæ deberent de consilio sapientis ferri, etiam si non esset petitum consilium sapientis, ob utilitatem publicam, cùm

non possit renuntiari per non petitionem, quæ est renuntiatio, vt supra dixi, & tamen si non est petitum, dicitur ei renuntiatum, & ualet sententia per ea, quæ supra dixi. d. nu. 67. & 68. Et tanto magis hoc procedit, quando lex, & statutum loquitur per uerbum, potest, absque negatiua, & ponit in arbitrium Actoris, uel Rei intra certum tempus posse peti hoc cõsilium, & illo petito debere sententiam ferri secundum d. consilium, quia principium est voluntarium, & nõ necessarium, cui voluntati non est dubium
81 posse † quem renuntiare, & non consentire, & facere obstaculum, & sic facere, quòd statutum illud non habeat locum, & non sortiatur effectum in illo actu, vt sentit Surd. in consilio 98. numero 66. cart. 266. & per multa iura ad propositum supra allegata. d. num. 60. & 67. & per ea, quæ dixi in tracta. de vsufru. numero. 125. car. 531. pulchrè Probus in addi. ad Io. Monach. in c tibi. nu. 7. de rescrip. glo. & Docto. in d. l. uniuersa, in verbo. prebeatur. C. de precib. impera. offerend. & per Paul. Pic. consilio. 106. nu. 21. cart. 313. vbi consuluit uxorem non dedisse in dotem omnia sua bona secundo Marito in præiudicium filiorum primi Matrimonij, cùm illud non expresserit in constitutione dotis, ante contractum matrimonium, licèt statutum Papiæ dicat, quòd possit dare in dotem secundo viro in præiudicium filiorum primi matrimonij, quia voluit renuntiare dicto statuto, non faciendo mentionem de filiis primi matrimonij, & plura de hoc statuto Papiense loquitur Rim. Iun. consilio. 484. vol. 5. & tali casu Maritus remanet vsufructuarius omnium bonorum dotalium, eius vita durante virtute d. statuti, licèt filij, & sic proprietarius pos-
82 sit petere diuisionem bonorum † citando etiam vsufructuarium, saluo d. vsufructu. & bona alienare. l. his qui fundum. ff. de vsufructu. lega. l. 2. C. de vsufructu. Rimi. Sen. consilio. 328. numero. 27. & 28. vol. 2. cart. 150. gl. in princi. instit. de hæred. instit. in verbo, humanè & gl. in l. si quis. ita. ff. de vsufruct. & ita fuit IVDICATVM Mediolani & Papiæ, de anno 1581. ad fauorem excellẽtis I C. D. Papiniani Girardi uti Fratris honorãdi, & latius dicã. inf. in dec. sua in 3. par.

Si potest renunciare voluntati suæ in petendo, vel non petendo, cõsilium sapientis, & in dando, vel non dando dotẽ marito, antequã desponsetur in preiudicium filiorum primi Matrimonij, luce clarius apparet, q̃d potest promittere, & dicere alteri cõtrahenti nolle petere consilium sapientis, & sic vel renuntiare dicto statuto de consilio sapien-
83 tis, † & beneficio legis, & decreti, ponentis beneficium sui priuilegij in arbitrium ipsius, & promissionem, ac obligationem seruare uelle, & maximè quando non redundat hæc renuntiatio in præiudicium alterius, nisi renuntiantis, & non tertij, ut per Tiraquel. de primogeni. q. 24. numero 21. cart. 83. uersiculo. ex quibus, & numero. 4. ubi dicit posse renuntiari beneficio statuti tacitè, & expressè, quia taciti, & expressi idem est iudicium, & qui non potest expressè, nec potest tacitè, immo plus deberet operari actus expressus, quàm tacitus in renuntiatione, & annullatione actus. Rimi. Iuni. consilio. 502. numero. 115. uolum. 5 & Crauet. in consilio. 103. numero. 16. lib. 1. Cur. Iun. consilio 189. numero. 22. & 23. uolum. 3. & Bal. in l. si patruus, numero. 13. ibi. nec tacitè. C. commu. utri. iud. Secus uerò fortasse esset, quando statutum non poneret in arbitrium Actoris, aut Rei petitionem consilij sapientis, sed absolutè diceret, quòd sententia aliqua non possit ferri, uel pronuntiari sine consilio sapientis, uel diceret, quòd sententia sine consilio, aut inter Affines sine cõpromisso lata sit nulla, nam tali casu daret formam, & legem, ac iurisdictionem, & non posse per partes renuntiari, quia alio modo non audiretur litigans, & non posset agere, ut uidemus in illo, qui vult facere testamentum, quòd de-
84 bet seruare formam † & authoritatem sibi traditam a lege, & nõ potest facere, quin dicta forma seruetur in suo testamento cõdendo. l. nemo potest. ff. de lega. primo. & ibi Docto. ubi Ioan. Guteri. numero. 1. cart. 13. & in iudice, qui habet authoritatem, & iurisdictionum a statuto, nam debet seruare
85 formam statuti, aliàs dicitur ipse † priuata persona, & non ualet quod facit, per tex. in l. quid tamen. ff. de exceptio. tetigi supra in decisio. 11. numero. 16. & 24. in prima par. & in casu isto loquitur l. ius publicum. ff. de pact. & ita est intelligendus Laur. Sylua. consilio. 40. numero. 12. & Probus in addi. ad Io. Menoch. in c. tibi. numero. 10 & seq. de re aliàs malè loquerentur p̃ sup. dicta, & infra dicenda, quã distinctionẽ bene nota, quia patet sensui, & rationi naturali congruit, quæ sola sufficit ad eam pro-

probãdam, ex adductis per Decian. cõsilio 62. nu. 76. & seq. uolum. 3. tetigi supra, in decisio. 22. sub nu. 9. hac 2. par. cart. 502. At nos non sumus in isto casu, sed in primo casu, ubi statutum ponit in arbitrio Actoris, uel Rei uelle petere consilium sapientis, quo arbitrio possunt partes uti & non uti, & sic a principio conuenire non utendo, ergo partes potuerunt renuntiare di-
86 cto statuto † de consilio sapientis, cùm non sit contra bonos mores hæc renuntiatio, & maximè cum iuramento, ut fuit factum in casu isto, ut tetigi supra, num. 66. & in decisio. 2. nu. 14. in prima par. Soci. consilio. 67. col. penul. uol. 1. cart. 105. cõsilio 77. in 2. dubio. eod. uol. primo. Alex. consilio. 11. numero. 16. vol. 2. Rimi. sen. cõsilio. 595. num. 13. uol. 3. cart. 206. Craue. consilio. 454. nume. 4. consilio. 462. nu. 7. uol. 3. cons. 764. nu. 1. uolum. 5. Decian. cõsil 39. num. 77. & 78. uol. 2. cart. 299. & cõsilio. 32. numero. 67. uolum. 3. Iacob. Beretta. cons. 11. num. 14. & præcipuè quando renuntiatio reducit causam ad uiam iuris communis. Tiraq. de primo geni. q. 24. numero. 5. & sequenti. & Doctus Carpan. super statuto Mediolani in præludio, n. 184. in prima par. Nam tali casu dicitur fauora-
87 bilis, & non odiosa, † nec dolosa renuntiatio. l. si unus. §. pactum. ff. de pact. tetigi supra decisio. 29. num. 2. in prima part. & quando dolus abest, & non præsumitur in renuntiatione, tunc talis renuntiatio ualet, ut in beneficio insinuationis, & legis de is. C. de transact. & incarcerationis, & cedendarum loquuntur supradicti Doctores, num. 68. & Alexand. in l. qui Romę. §. duo Fratres. q. 5. ff. de uerbo. obliga. Tiraq. in l. si unquam, in præfatio. num. 121. & 132. & seq. C. de reuoc. donatio.

Quod autem fuerit renuntiatum per contrahentes, & sic per Gallianũ huic statuto de consilio sapientis, apparet ex uerbis instrumenti conductionis, & primo per illa uerba (promette pagare ogni sei mesi
88 in pace, & senza lite,) & sic † sine consilio sap. aliàs non solueret in pace, hoc est statim, nec sine litè, sed cum lite, & per interuallum, & cum bello, ut patet sensui, & notat Mari. Angussol. d. consilio. 59. numero. 27 cart. 136. per tex. & Bal. in l. postquam liti. C. de pact. facit Paul. de Cast. in cõsilio 13. numero. 4. uolu. 2. ubi loquitur in compromisso. Secundo per illa uerba: (promiserunt firma, rata, & grata habere, tenere, attendere, & obseruare, & efficaciter adimplere, & non contrafacere de iure, nec de facto, aliqua ratione, uel causa, uel aliquo modo, casu, uel iure, sine ullo legum, decretorum, seu rescriptorum auxilio, nec aliter, renũtiantes per pactum expressum quibuscunque legibus, statutis, decretis, & ordinibus in contrarium disponentibus, ex quibus se se tueri, & adiuuare possent, renuntiantes inter cetera exceptioni doli, conditioni indebiti, cõditioni sine causa, & actioni in factum, omnique alij exceptioni, defensioni, & iuri, ac legũ auxilio, ex quibus se tueri possent, & legi dicenti generalem renuntiationem non valere, iurantes &c. prædicta omnia, & singula fore, & esse vera, & uelle attendere, & efficaciter obseruare, & adimplere, & ut supra.) Quę verba de per se, & coniunctim demonstrant expressam renuntiationem dicti statuti de consilio sapientis, & maximè cum renuntiauerit particularibus legibus, & postea deuęnerit ad generales, & ad decreta, & statuta, & ad legem dicentem renuntiationem non ualere, vt iura sunt vulgaria, & plura supra adduxi. numero 67. & 68. & per Alex. consilio 11. numero 16. uersiculo pro quo etiam plura. uol. 2. cart. 13. Si renunciauit etiam cum iuramento, & promisit non contrauenire, er-
89 go non debet audiri, nec potest † petere compromissum, nec consilium sapientis, vt in compromisso loquitur Paul. de Cast. consilio. 13. numero. 4 lib. 2. cart. 7. & sentit Rim. Seni. consilio. 595. numero. 11. & 13. volum. 3. cart. 205. & Bero. consilio 92. num. 10. vol. primo, & illo petito non debet retardari executio, per supradicta, & per pulchram doctrinam Paul. de Cast. consilio. 428. visis. numero 1. & 2. volum. primo, car. 221. & per ea, quæ dixi in meo tract. de Tutore. num. 263. car. 249. & per Craue. cons. 325. sub nu. 1. col. 2. uers hoc ita pręsuposi o, uol. 2 & tetigi sup. n. 86. & inf. n. 92.

Circa quartum fundamentum, qđ non intelligitur reiecta exceptio proueniẽs ab eodẽ statuto & instrumento, pacto, & obligatione quo ad impediendam executionem, respondetur id esse uerum, sed non per hoc infertur, quòd possit peti compromissum, uel consilium sapientis in causa executiua super illa exceptione, ad impediendam dictam executionem,

tionem, sed debeat eadem instantia executionis, & sic intra quindecim dies probari, & illa verificata per iudicem executionis admitti, & compensari cum debito executionis ad ratam, si verò non est probata,
90 debet executio concedi† data fideiussione de restituendo in casu succumbentiæ, & illa postea in sua instantia probari, & verificari, & non ꝙ debeat concedi consilium sapientis, & compromissum, quia hoc non dicunt illi Doctores, & contrarium apparet in causa executiua expedita, vel quę habetur pro expedita, & in hoc stat totus scopus per supradicta. nu. 60. & seq. & per Cur. Iun. in d. l. si quis in conscribendo, nu. 47. versicu. pro condemnato. C. de pact. & Pau. de Cast. d. consi. 428. num. 1. & 2. vol 1. & Craue. d. consilio 325. columna 2. versic. hoc ita præsupposito, & Purpura. consilio 31. numero 9. inter consilia Feudalia diuersorum car. mihi 227. cùm statutum Serauallæ (vt supra demonstraui, num. 52. 53. & 54.) non loquatur de causis executiuis, sed de ordinarijs, & summarijs, ac interlocutorijs, & etiam quia non procedit tale pactum in causis executiuis, ubi debitor habetur pro condemnato. Nec quando dicto statuto est renunciatum, vt dixi supra, nu. 69. & nume. 67. & 68. & sic his medijs tolluntur tot uerba superflua, & otiosa, quæ nauseam inducunt lectoribus adducta per Aduocatos D. Galliani, volentes ostendere, quod debitum, & instrumentum non est liquidum, quòd exceptio reconuentionis, & recompensationis procedit ab eodem fonte, quòd non potest renuntiari dicto statuto, quòd non est renunciatum dicto statuto. Quia hæc omnia sunt nugæ, & non tollunt difficultatem, nec causam de qua agitur, impediunt, quia per hoc non infertur (dato quòd esset verum) quin executio instrumenti potuerit peti coram iudice executionis, & coram eo de his intra terminum quindecim dierum cognosci, nec concedi debere ob id consilium sapientis calumniosè petitum, & ad differēdam solutionem, & permittendam appellationem à consilij sapientis sententia, q a non esset causa executiua, & statim finitura, sed plusquam plenaria, & alias expectaret sententias, & sic operaretur diuersum effectum, & cōtra mentem dicti statuti de executione loquētis, tale cōsilium sapiētis, qđ nō est dicendū, cùm inducta ad vnū finem non debent operari diuersum effectū Bal. consilio 258. nume. 1. volumi. 3. Rimi. Iun. consi 505. num. 38. consi. 529. nu. 56. consi. 563. nume. 18. volumi. 5. & præcipuè cum statutum de executione noluerit aliquam facere mentionem de consilio sapientis, vt fecit in alijs causis ordinarijs, summarijs, & interlocutorijs, sed solum breue tempus quindecim dierum statuere ad docendum solutionem, vel causam non concedendi licentiam grauandi, quo fit, quòd eius voluntas, & mens est, ut non retardetur executio, & solutio vltra dictos quindecim dies absq; alia appellatione, quoad
91 effectum retardandæ executionis† postea, quam mandat licentiam concedi, & grauari per æstimum, per supra sæpius deducta, & allegata, & per gl. & Bar. in l. ab executore. ff. de appella. & in l. ab executione. C. quo. appella. non recipi. & Dec. in c. Nouit. numero 2. & 3. de appella. ubi ab executione facti, & sic à licentia grauandi, & derobandi nō appellatur quoad effectum retardandæ executionis, quod non posset habere locum, si supra deducta per Gallianum admitterentur.

Quo verò ad quintū, & sic ultimū fundamentū, ꝙ instrumentū locationis nō est clarum, & liquidum, & ꝙ renunciationes non faciūt mentionem de non remissione mercedis in casu inundationis, & alluuionis, & alterius casus fortuiti, vt requiritur per ibi allegata, & alia quàmplura ad nauseam deducta per Aduocatum dicti Gal-
92 liani: Respondetur† totum contrarium ex facie instrumenti apparere, in quo res locata est clara, pretium soluendum est certum: tempus terminatum & præfixum, & promissio clara, & sine dubietate, & lite, & in pace, & cum iuramento; exceptio uerò incerta, illiquida, & non uerificata, & ideo non potuit offuscare, & impedire executionem per consilium sapientis, per supra deducta, num. 86. & 89. & per Pau. de Cast. d. consi. 428. nu. 1. & 2. volum. 1. Crau. consi. 325. colum. 2. versic. Hoc ita proposito, & per ea, quæ dixi in d. tract. de tutore, num. 263. & etiam, quia hoc esset cognoscendum per iudicem executionis, in termino statuti de executione loquentis, & nō per consilium sapientis, vt dicit statutum, & supra sæpissimè demonstraui. Quo verò ad secundum caput de non facta expressa mentione de remissione mercedis non fienda

fienda in dictis renuntijs, respondetur primo, non esse uerum, quia apparet duobus modis facta mentio de pensione locationis. Primo, ponendo casus, quibus debet fieri remissio pensionis, & postea de solutione dictæ pensionis in alijs casibus, & ideo dicendo, quòd promisit soluere pensionem singulo semestre in pace, sine lite, remota omni exceptione, & contradictione, apparet expresè fecisse mentionem de pensione, & remissione non fienda. Secundo, quia immediatè per pactum expressum renunciauit quibuscunque legibus, statutis, decretis, & ordinibus in contrarium disponentibus, cum iuramento, & prout supra in principio legitur, ex quibus verbis apparet expresè renunciasse dictæ non remissioni mercedis, nisi in casibus expressis, ut colligitur etiam ex verbis Bero. in allegata quæstio. 125. Tertio respondetur, quòd in casu, de quo agitur, nulla debet fieri remissio mercedis, & ideo frustra est fienda mentio de ea, quia de actu nullo, uel non producente effe-
93 ctum non est † fienda mentio de necessitate, quia per hoc non annullatur actus; Nec rescriptum: Afflict. decisio. 66. nume. 9. & seq. car. 304. & ibi Appostilla, nu. 4. Gigas de Pensio. quæstio. 29. Ludoui. Alpheri. consil. 12. colum. 1. & consilio 13. car. 263. Franc. in c. cum plures, in fine, nume. 8. de offic. delega. lib. 6. car. 65. & quòd non debeat fieri remissio mercedis in casu isto, patet ex processu, vbi est casus solitus iste, & non insolitus, & qui omni anno solet euenire, & sic præuideri poterat, vnde in casu
94 solito non † consideratur damnum, nec fit remissio, nisi expresè caueatur, iuxta tradita per Alberi. in d. l. licèt. C. loc. Egid. Bossi. de remissio. merced. num. 89. Calca. consi. 24. num. 7. & 8. Bursa. consi. 11. num. 30. vol. 1. sentit Surd. consi. 34. nume. 23. & seq. & tetigi supra in decisio. 25. num. 39. hac 2. par. & dictum fuit supra, n. 33. & seq. & etiam quia non fuit facta nomine communitatis, nec leuata alluuio, ut fuit conuentum: nec etiam excessit damnũ medietatem fructuũ, ut requiritur ad hoc, ut habeat locum remissio, & cessatio solutionis, ut supra fuit dictum, nu. 29. & seq. Neuiz. consi. 90. Rol. cons. 86. uol. 3. car. 184. Grat. consi. 161. uol. 2.

Nec allegata suspitio iudicis ordinarij facta per d. Gallianũ obstat, quia licèt executor, qui nõ sit merus, sed aliqualiter habeat cognoscere de exceptionib. & de exe-
95 cutione possit † allegari suspectus, qa potest grauare partem in executione, qđ secus est, qñ non potest grauare, & nil habeat facere, nisi exequi, ut per Docto. in c. nouit. de appell. & ibi Dec. num. 6. car. 168. Bertachi. in tract. de Episco. in 2. par. 4. lib. sub nume. 22. uersicu. idem in executore, car. 83. Abb. in cap. super quæstionum, nu. 3. & seq. de offi. deleg. Appostilla, ad Vber. de Bonacursi. in sua practi. titu. de recusatio. car. 4. colum. 1. uersic. sed hoc intellige:
96 Tamen iudex ordinarius † non potest in totum allegari suspectus, & remoueri, sed debet dari adiunctus. l. a peritissimis, & ibi Doct. C. de iudic. & uide tex. & Docto. in cap. legitima. de appella. libro 6. & talis allegatio suspicionis debet cũ causa fieri de iure Canonico, & illam allegare, & q; sit
97 urgens, & ualida ac † admissibilis, & cum iuramento, quòd non animo calumniæ opponit, secus de iure ciuili, quia sola allegatio cum causa, & cum iuramento sufficit. d. l. apertissimi, & ibi glo. C. de iudi. & glo. in cap. 2. requiris, per illum tex. de appell. Bald. in d. l. apertissimi, & in l. 1. §. primo, à quo appell. non licèt. Roma. consilio 220. nu. 7. & 8. Steffan. Aufrer. in tit. de recusa. nu. 3. car. mihi 65. ubi opposita suspitione cum causa, & iuramento statim deuenitur ad arbitros, qui cognoscunt de meritis, quod est secus de iure Canonico, uide ibi in ordinario, & in delegato. & etiam sub nume. 47. quando non posset exprimere causam, aut illam probare, nisi cum scandalo, & periculo suo; & uide Doct. in cap. legitima, ubi Dominic. de appell. lib. 6. per solu. & n. 10. ubi iudex potest causam non ualidam repellere, & debent arbitri eligi, ab allegante, intra tres dies à die suspitionis allegatæ, quæ debet allegari ante litem contestatam regulariter, per tex. in l. fina. C. de iud. & pract. Pap. in for. libel. declina. iurisdi. in glo. iudicem suspectum, nume. 5. car. 79. & sentit Neuiza. cons. 36. num. 2. & 3 ubi si statim non est facta electio, & nominatio arbitri processus, & sententia, ualet, facit Bal. in consilio 472. statuto. num. 4 & 5. uolum. 1. Gigas consil. 83. col. 7. car. 113. consi. 91. col. 4. 5. Maran. Spec. Aur. in 6. par. in 2. actu. princ. num. 25. uersi. & inter alia car. 226.

Et isti arbitri secundũ aliquos, & obser

uantiam

uantiam aliquorum possunt eligi in iuris-
99 dictione † iudicis suspecti, & extra iurisdi-
ctionem, dummodo non sit locus ualde remotus, & sic vltra vnam dietam, adnotata per Spec. in tit. de recusatio. §. quis sit recusatio. numero 14. car. 58. in prima par. Franc. in cap. 2. requiris. numero 5. de appella. facit tex. in l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de recep. arbi. & iudex suspectus in hoc non habet se intromittere, nisi in casu discordiæ per supradicta, & infra, num. 103. & hoc ignorauit pauci dies sunt iudex delegatus Casalensis, qui voluit arbitros eligi in ciuitate Alexandriæ, & non in loco, in quo partes elegerunt, tamen debent in iurisdictione, & Diecesi Delegati, & Iudicis suspecti eligere locum ipsi arbitri,
100 aut partes, & non † iudex, vbi volũt reddere ius, adnotata per Spec. in tit. de recus. §. effectus autem, num. 20. versic. sed pone, quòd arbitri. car. 58. vbi dicit, quod arbitri statuunt partibus in citatione diem, & locum, & in tit. de arbi. §. fina. versic. de loco, num. 66. car. 46. in prima parte, & per Bald. de prohibi. feud. aliena. per Federi. §. fi. colum. 4. versi. quæro in quo loco, & col. seq. car. 81. Maran. Spec. Aur. in 6. parte. in 3. & in vltima parte, in verbo. Expedita secunda parte, num. 76. & num. 80. versic. quarto limita. car. 213. Blanch. de compromis. in 9. quæstio. numero 11. & seq. versic. quarto quęro: & vsque ad numero 28. car. 588. Bertachi. in tract. de Episco. lib. 5. par. 4 num. 46. & 47. car. 115. Socij in cap. licèt ratione sub num. 92. uersic. sexto loco; de foro compet. car. 134. Menoch. de arbitr. iudic. lib. primo, quæstio. 64. car. 53. quibus in locus dicitur supradicta procedere, nisi esset cõsuetum in loco certo reddere ius, & quòd locus debet esse congruus parti-
101 bus, & non vltra dietam, & quãdo † non est facta electio loci, dicunt, quòd præsumitur facta post citationẽ in loco, vbi fuit facta electio arbitrorum, & compromissum, per tex. in l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de recep. arbit. & ibi Docto. glo. fina. in l. si locus. ff. de iudi. Appostilla ad Abb. in cap. quia propter. §. primo, numero 3. 4. de electio. facit Francis. Marc. decisio. 521. in prima parte, vbi etiam ponit, an Procuratores, & Aduocati teneantur sequi locum iudicis, & arbitri.

Bene verum est, quod isti arbitri, & iudices delegati pñt extra eius Diecesim, & territoriũ reddere ius, si partes volunt, & sunt
102 cõcordes absq; † requisitione iudicis illius loci, secus si partes ambæ nõ sunt concordes, cũ sit actus necessarius, & non uoluntarius, tex. in c. statutum, uersic. in nullo quoque, & ibi Dominic. nu. 7. & Francis. & Doct. de rescrip. in 6. Abb. in c. cùm olim, nu. 3. & seq. & num. 6. & 10. de offi. delega. Maranta. in Spec. in 4. par. distinct. 4. num. 50. & in sexta parte, in 3. & ultima parte, numero 75. car. 213. Card. Zabarel. consil. 71. numero 2. & 3. car. 32. ubi dicunt secus esse in iudice ordinario sine consensu iudicis illius loci, quæ sunt notanda per caussidicos, quoad examinationem testium, extra locum delegati. Et si sunt partes, aut
103 arbitri † discordes in electione loci tribunalis, iudex statuet locum partibus non suspectum in sua iurisdictione, adnotata per Spec. ut supra. in §. effectus autem, sub numero 3. versic. Item decretalis. columna 2. & numero 5. & ibi additio. & nume. 7. & 20. uersic. quid si concordant de notario. car. 57. Maranta. Spec. Aur. in sexta parte, in secundo actu, num. 12. car. 173. Neuiza. consilio 55. numero 16. colum. fi. ubi quando partes non sunt concordes ad eligendum calculatorem, consulentem uel tertium arbitrium, iudex ipse ex officio eligit, & tradit Bald. & ibi Docto. in l. 2. C. de rescind. uendi. Bart. in l. creditores, in fi. C. de pignoribus, & in l. in uenditione. §. fin. ff. de bon. autho. iudi. possid. & Dec. in cap. proposuisti, numero 15. de probatio. & in cap. cęterum. in fi. de rescrip. sentit Dominic. in d. c. legitima. sub numero 8. in fi. de appella. lib. 6. car. 178. Et si non uult iudex
104 eligere locum † poterit assignare arbitris electis terminum quindecim dierum, uel mensis ad terminandum causam suspitionis, sub pęna excommunicationis, & pecuniaria, & hac conditione, quod termino elapso procedet in causa, Specu. ubi supra in d. §. effectus autem, sub nu. 13. uers. sed qui si actoris. car. 57. & uidetur tex. in cap. legitima. in fi. de appella. lib 6. & ibi. Doct. ubi Dominic. num. 7. 10. & sub num. 11. & ita est intelligendus Ias. in consilio 21. numero 8. lib. primo, car. 25. & ista uia est tutior, & ita solet practicari. Et secundũ hæc
* omnia uidi pluries IVDICATVM *
* & ter IVDICAVI * Papię, de anno 1584. & 1585. in causa delegata Nouariensi inter Canonicos, & Mediolanensi. inter R.

D. Aloi-

D.Aloisium Bonettum, & Fiscũ Cameræ Archiepiscopalis, & in alia inter venerandam fabricam Mediolani ex vna, & Regiam Cameram ex alia.

105 Formam † aũt breuẽ libelli, & sñiæ recusationis ponit Steffa. Aufrer.in tract.de recusatio.nu.46.car.73.col.1. & Bertachi. de Epis.in 4.par.lib.4. sub nu.26.vers.illud tene menti,car. 84.

106 Formam autem † intimationis fiẽdam per iudicem suspectum arbitris ad hoc, vt iudicent, vel ipse possit postea ad vlteriora procedere colligitur ex d.c.legitima; in fi. de appel.lib.6.& in hunc, qui sequitur, modum sum solitus ponere in intimatione.

Qui præfatus. M. Magnificus & R. Dominus Borgni.Caualcanus Vicarius &c.& Delegatus prout in actis &c. Visis, & auditis supradictis petitionibus, & responsionibus factis per partes in causa recusationis suspitionis sequens formam iuris,& dictæ delegationis, & aliàs omni iure &c. præfixit, & præfigit terminum triginta dierum proximè futurorum cõtinuorum, & incipiendorum a die intimationis, & præfixionis termini dictis arbitris intra quem in die conueniant, vel tertium concorditer aduocent,cum quo ambo, uel alter eorum causam ipsam suspitionis intra dictum tempus cognoscant, & definiant, alioquin si dicto termino elapso negotiũ ipsum suspitionis nõ fuerit definitũ, iuxta formam iuris, & d.delegationis in causa principali procedet,& iustitiam faciet, saluis in reliquis iuribus partium, & iurisdictione ipsius delegati.

Et partes debent animaduertere, vt arbitri etiam compromissarij sint ecclesiastici, & non laici, licèt non sint in dignitate constituti, qñ iudex ecclesiasticus allegatur suspectus uel fit compromissum, cum laicus non possit habere iurisdictionem,& coërctionem in clericum.ita glo.in d.c.legitima.super verbo. Forma;de appel.lib.6. & ibi Doct.vbi Dominic.nu.11.& num.12. car.169.& faciunt, quę dixi, infra nu.117. ubi dato, quod possent esse laici, tamen executio deberet coram ecclesiastico fieri, vt per Abb. d.consilio 33.numero 1.& 8.volum.2.car.78. facit Borel.in tracta.de compromis.§.3.glo.4.nume.84.car 133.& glo.1.§.2.nume.82.car. 54. & uide Roma. consilio. 173.& ibi Mandosi. Rimin.Iun. consilio 239. num.19. 87.& seq.volumine 3.& Ferret.consilio 326.num.4. & 5.lib.2. carte 78.

107 Et isti arbitri possunt † allegari suspecti ijsdemmet causis, quibus pñt iudices ordinarij,& delegati, usq; ad sñiam,& processum nõ sibi productũ ex noua causa, aliàs vsq; ad contestationem litis, secus post conclusum in causa,& processum datum, quia tunc nihil remanet iudici,& arbitris, nisi ferre sententiam, ita dicit Rim.Sen.consi. 469.uolumi.2.car.76.glo. in d. c.legitima, in uer.formam, de appellatio. lib.6 & ibi Docto.senrit Roma.consi.220.sub num.7. uersic.3.quia Maranta.Spec.Aur.in 6. par. in secundo actu princip. num.25. uersic.& inter alia, car. 226. Et in allegando iudi-

108 cem,& arbitrum suspectum † requiritur speciale mandatum in indiuiduo, ratio est, quia non probando causam suspitionis posset puniri ob iniuriam factam iudici adnotata per Steffa. Aufrer.in tracta.de recusatio.sub num.47.uersic.postremo licèt,car.72.& sub num.47 uersic.pręterea, quæ est ratio per tex. in l.litigatoris, in princip. ff.de arbit.& quando procurator potest facere cadere dominum in pœnam, requiritur speciale mandatũ in indiuiduo, aliàs actus non valeret, ut in proposito nostro tradit Rebuf.in constitu.regni.titu.de recusatio.in gl.prima car.150.in 3.parte, Roma.consilio 220.sub num 7.uersic.ego aut.& ibi Mandos. car.154. & Bertazzol. consilio 465.lit. B.uolumi.2.in Criminali. 262. per tex. in l.si quis iniquum. §.si procurator,& ibi not. Docto.ff.quòd quisque iur.ubi Alexan & Dec.Bal.in consilio 110. uolumine 1.Alexand.consilio 17.numero 2.uolumi.6.consilio 207.num. 4. consilio 208.num.8.uolumine 7.Franc.Turcian.de commu. opinio. quæstio. 66. in generali, ubi dicit communem. Aret. §.præterea.il 2.nu.32.uersi. ad unũ tamen singulariter, instit. de act.ubi dicunt non sufficere mandatum cũ libera, sed uide Alex. consil.82. sub num. 3.consilio 27.sub num. 5.consil. 189.num.7.volum.7. Dec.consilio 20.nu. 4.consilio 27.num.5.Et isti arbitri possunt

109 interrogare iudicem † de ueritate suspitionis,& tenetur respondere, nisi causa sit criminalis. Steffa.Aufre.de recusatio. nu. 46.car.72.uersic.nono principaliter.

An autem Cardinalis possit allegari suspectus.Dec.in c.potuit,num.1.de appella.

110 dicit, † ꝙ sic. Gigas consi.91.colu.4.cart. 189.

219. Bertachi. in tract. de Episco. in 4. par. 4. lib. nu. 23. in fi. car. 83. Decia. consilio 26. uol. primo, ubi dicit idem de uno collegio cum causa. Papa uerò, Imperator, & non
111 † recognoscens superiorem non potest allegari suspectus. Steffa. Aufreri. in tit. de recusatio. nu. 6. car. 66.

Et actus, processus, ac sententia, factus,
112 & lata † post suspitionẽ allegatã, & arbitros electos, & appellationem interpositã, est nullus, & nulla. Bertachi. de Episco. 4. par. 4. lib. nu. 25. car. 84. Capel. Tolos. decis. 478. Neuizan. d. cons. 36. nu. 1. Pau. Emil. Veral. decis. 172. nu. 9. lib. 1. car. 48. & decisio. 391. nu. 1. lib. 2. Rom. cons. 220. num. 7. in fi. ubi dicunt, idem si esset a principio cõsensum in iudicem, & postea superuenisset noua causa usque ad perẽptorium, & Rota Putei decis. 330. lib. 2. car. 142. ubi notabiliter dicit, non procedere quando cum protestatione de non consentiendo procedere ad ulteriora, dando interrogatoria, positiones, capitula, & testes, quia protestatio esset contraria facto, faciunt tradita per Doct. in d. cap. legitima, de appella. lib. 6. ubi Dominic. numero 6. tamen si est iu-
113 sta super meritis potest † confirmari p̃ iudicem appellationis, Lancellot. in tract. de atten. in rubrica post recusationem, numero 53. car. 177. in 2. par. c. 6. facit Caballi. super constitu. Egidia. lib. 6. c. 29. num. 6. car. 402. & supra nu. 71.

Causæ uerò, quibus iudex, & arbiter po
114 test legitime † allegari suspectus, sunt quamplures allegatæ per tex. & glo. fi. in c. causam quæ, de offi. iud. deleg. per Steff. Aufreri. in tract. de recusatio. car. mihi 66. Maran. Spec. Aur. in 6. par. in secundo actu prin. nume. 24. & seq. car. 226. Bertachi. in tract. de Episco. in 4. par. lib. 4. n. 24. & seq. car. 83. Gigas, cons. 166. nu. 6. car. 177. Docto. in cap. legitima, ubi Dominic. nu. 5. de appella. lib. 6. car. 169. Rebuf. in consti. Regni. Tomo 3. artic. 9. in glo. unica, car. 161. Fran. in c. postremo, de appel. possem alios quamplures allegare, quos breuitatis causa omitto, & ut facilius benignus lector possit illas concedere, & cognoscere, mihi uisum fuit pro faciliori labore, hic sigillatim eas exprimere, quas postea poterit perlegere maiori suo commodo in supradictis authoritatibus, & locis allegatis.

## *CAVSE SVSPITIONIS Iudicis hæc sunt.*

Amicus nimis partis
Affinitas
Aduocatus in eodem negocio, aut con nexo.
Aperiens animum suum in causa
Assessor in illa causa
Aduocatus, qui scit secreta recusantis
Appellans a sententia in alia causa
Amans Mulierem partis
Consanguineus, excepto Papa.
Clericus
Commensalis nimis
Concanonicus in eadem ecclesia
Condoctor in uno Collegio
Consultor
Compatriota in parte extranea, aut contra forensem in sua
Compater (sub dubio)
Contrahens amicitiam, aut parentelam cum inimico partis
Confæderatus cum inimico partis
Commodum percipiens ex iurisdictione
Corruptus a parte
Causa iniuriarum, & omnes quibus competit actio possunt recusare
Causa similis a iure expressa, uel maior.
Doctor
Dominus
Dicens uerba iniuriosa parti.
Datus Iudex ad petitionem partis
Disputans de priuilegio Papę, & actu ab eo confirmato
Defectus iurisdictionis pariter concludens in incidente, sicut in principali.
Defectus potestatis
Defectus subiectionis partis, ut quia dicat se exemptum, & Iudex negat.
Episcopus in causa suorum clericorum contra non suum Diocesanum, secus in ordinario.
Excedens fines iurisdictionis, & executionis.
Famulus
Familiaris ualde
Fideiussor
Filius Aduocati
Fauens nimis aduersario
Habens causam suam coram aduersario
Habens eandem dignitatem aduersarii, & super illa disputaretur
Habens cognitionem super causa notoria, & casus sit dubius, & non Notorius.

Iudex

Iudex aliàs in illa causa
Iudex, qui secretè ad aures auscultat partem, nisi statim pulchrè reuelet.
Iudex si supplet in facto ultra casus à iure expressos.
Inimicus partis, & eius Domini.
Ignarus, & grossus in casu subtili
Litigans cum parte
Locus non tutus
Magister
Notatus aliquo defectu, uel infamia, quæ sit opposita à parte recusante
Omnis causa, quibus procurator, & arbiter reiicitur, & cassatur.
Prælatus in causa suæ ecclesiæ
Procurator
Pater, si filius est Aduocatus
Possidens bona litigiosa partis, & econtra
Prohibens solita fieri
Partialis ubi sunt partes
Procurans causam sibi committi
Priuignus in causa uictrici.
Procedens extraiudicialiter iniustè, & postea uolens iudicialiter procedere.
Qui subditam inuitam ducere uoluerit in uxorem, nam ipsa, & eius familia potest recusare.
Reconciliatus inimicus
Rescriptum esse falsum opponens.
Scholaris
Socius
Subditus
Suffraganeus etiam in causa subditi suffraganei
Solicitator causę
Socer, si gener est aduocatus
Similem causam habens
Sibilando ad aures iudicis secretè
Subditus inimici partis
Subdelegatus non in totum, sed in parte
Succedens parti in totum, uel in parte
Succedens iudici à quo, uel ad quem
Successor in dignitate, uel officio, si antecessor fuit recusatus
Si est oppositum, ꝙ causa est alteri commissa
Testis iam in causa
Tangens causam aliquo modo iudicem
Vicarius in causa Episcopi, & sui familiaris
Vasallus
Verisimilitudo lędendi partem
Via non tuta
Vicarius quando Episcopus recusatur
84 Victricus, uel priuignus.

Vnde cū causa esset apud excellentissimum Senatū Mediolani super admissione appellationis partes concordarūt in excellentem Aduocatum admodū Reuerendum Octauianum Bertolasium partis aduersæ D. Galliani, qui uisis iuribus utriusq; partis cum toto processu primam sentētiam * CONFIRMAVIT * condemnando d. Gallianum in expensis, & quidem benè, & sanctè, cum ex primis actis fuit lata sententia, & confirmata prima per ea, quæ dixi supra decis. 15. nu. 5. 6. & 7. & in Repert. in uerbo. in expensis, car. 965. in 1. par.

Et postquam de materia consilij sapientis fuit hic noster longus sermo pro complemento officij mei Vicariatus Episcopalis Papiæ, ubi iam per annos octo fungor tali officio, operæ precium duxi monere Vicarios ecclesiasticos, ut non sint faciles ad concedendum hmōi consiliū sapientis, cū non teneantur illud concedere de iure cōi, ut supra demonstraui, num. 51. & 60.

Nec uirtute indulti Leonini in statu Mediolani allegati sępissime ab illis, qui non fouent ius animo stratiandi & fatigandi sumptibus aduersarium, quia non est amplius in uiridi obseruantia, & cessauit ab Aula cessante causa, cum fuerit
115 † concessum in gratiā illius Regis Francorū Ducis Mediolani, & nō fuit cōfirmatum per alios Pōtifices, & nō est insertum in corpore iuris. Adeo ꝙ fuit personalis, & extinctis d. personis, fuit extinctū indultum, ut in proposito latè loquitur excellens Senator D. Egidi. Boss. in sua practica Crimin. tit. de principe, nu. 344. & nu. seq. car. 373. Crau. consil. 239. nu. 4. uol. 2. Ias. in consi. 89. col. 3. uersic. 2. facit, uolu. 3. facit dictum Alex. in consil. 86. in causa Datiorum, col. 2. num. 3. & 4. uol. 1. & Simon. de Pretis in consi 43. num. 8. ubi dicunt, quòd etiam si ad fauorem subditorum concessum fuisset. Tamen ad postulationē Regis, & in eius gratiam principaliter fuit cōcessum, (ut dicit indultū) & ideo extincto Rege, & sic principali non consideratur accessorium, etiam quod utilitas subditorū remaneret; Hinc est, ꝙ Romæ non solū non attenditur hoc indultum, sed etiam nolūt audire, ut in causa Illustrissimi Cardinalis Albani contra Puteos Bonellos fuit dictum, ubi Illustrissimus Cardinalis consequutus fuit duas sententias conformes primam à me, secundam à Rota Romana, ut est uidere supra in decis. 46. in 1. parte, &

& tamen antequam habuisset executionem, tertia fuit expectata sententia; Nec etiam consilium sapientis fuit datum, & tamen indultum Leoninũ uult, ꝙ debeat concedi consilium sapientis, & quod duæ sententiæ conformes mittantur executioni: & Mediolani mensa Episcopalis seruat, ꝙ à duabus sententijs conformibus conce datur executio, consilium verò sapientis non attendit, & nescio videre quo iure hoc faciat, nisi propter obseruantiam, & consuetum, quæ mihi placet cum fideiussione tamen de restituẽdo in casu succumbentiæ per ea, quæ dixi supra, nu. 42. 48. 57. & 60. ad hoc, ut finis litiũ ꝗ citius habeatur, intelligẽdo fortasse de sententijs duabus conformibus datis in ciuitate, & diœcesi Mediolani, & suorũ suffraganeorum, ubi ualet consuetudo, & ligat subditos, ut per Doct. in c. fi. de consuetu. ubi Roch. de Cur. sectio. 1. num. 3. & 10. car. 124. tetigi supra decisio. 2. nume. 13. decisio 20. num. 287. in prima par. Purpura. consil. 602. nu. 9. & seq. uolumi. 1. secus uerò si una esset lata Mediolani, & secunda Papiæ, & sic in loco non subiecto diœcesi Mediolani, quia tunc ordinarius Mediolani non posset exequi sententiam iudicis delegati diœcesis Papiensis, sine suis litteris testimonialib. & requisitoriis, quando officio iudicis est exequenda, secus iure actionis agendo; ut per pract. Pap. in for. executio. sent. diffini. in glo. sapiens sub num. 13. uersic. quinto, quæritur car. 213. ubi potest actione iudicati exequi solùm. Barto. in l. à diuo pio. §. sententiam Romę, nu 4. 5. & seq. & ibi Ias. latè nu. 3. & seq. ff. de re iud. Misinger. centuria. 3. obserua. 68. Cuma. consilio 140. Neuiza. consi. 4. col. 1. nu. 1. 5. & seq. Decia. consi. 102. num. 42. uol. 2. tetigi in decisio. 35. nu. 36. in prima par. & supra decisi. 27. nu. 4. hac 2. par. sed Papiæ non datur executio sententiæ, nisi bis sit confirmata. ergo Mediolani non est exequenda, & tanto magis, cum sit casus mixtus. adnotata per Rimin. Iun. consi. 582. num 32. & seq. uolu. 5. nisi diceretur, hanc obseruantiam, & consuetudinem esse statutũ loci non scriptũ. & sicut statutum de executione cõprehendit instrumentum, & sententiam ubique locorũ latam & celebratam, ut per Roch. de consuetudi. cap. fin. quæst. fin. nu 54. car. 122. Lancelot. Conra. de offi. præto. cap 9. §. 2. tit. de executio. car. 217. Roderic. Soarez. in l. post rem, in declara. Regni. §. circa iudicem, num. 22. car. 70). & numero 1. & seq. car. 698. Maran. Spec. Aur. in 6. parte, Actu. 3. num. 10. car. 265. & Ias. in d. l. à diuo pio. d. §. sententiam Romæ, num. 16. uersi. limita. quando. ff. de re iudica. & tetigi supra, decis. 27. num. 27. hac 2. par. ergo executio facta Mediolani secũdum illam consuetudinem potuit fieri. Secundo, quia dictum indultum non † loquitur de causis uertentib. coram Vicarijs, & iuris peritis, sed aliis in dignitate constitutis non iure consultis, ut dicit Neuiz. in cons. 55. col. 4. n. 15. car. 475. & concordat cum iure communi in hoc, ut dixi supra, num. 51.

116

Et quando haberet locum indultum & statutum, ac constitutio talis † sapiens deberet esse ecclesiastica persona, & non secularis, si de necessitate teneretur sequi consilium iudex, aliàs secus: quia contra clericum reum, & in causis spiritualibus, & ecclesiasticis iudex secularis ullo modo directè, nec indirectè potest se intromittere, etiam inter seculares, nisi respectu eorum utilis dominii, aliàs sunt excommunicati, & incidunt in bullam in cœna domini, maximè parte opponente, cap. ad audientiam, de consuetudi. & ibi Docto. Abb. & Dec. num. 3. 7. 8. & 34. Ripa Docto. in cap. 2. de iudic. Abb. in cap. fina. numero 15. uersic. quinto requiritur, de consuetudi. in cap. si pro debilitate, num. 8. colum. fina. de offic. delega. tetigi supra in Reperto. Decisionum, in uerbo, iudex secularis, in possessorio, & in uerbo, iudex ecclesiasticus, car. 1006. colum. 2. & in uerbo, iudex ecclesiasticus, in dubio; car. 1007. colum. 1. & in uerbo, iudex ecclesiasticus, & in uerbo, iudex secularis, car. 1018. col. 2. in prima parte, & in decisio. 23. num. 117. in hac 2. parte, car. 566. Pute. decisio. 278. lib. 2. Dec. consi. 28. colum. fi. Scala Pataui. de consilio sapien. libro 2. cap. 13. car. 34. facit dictum Steffa. Aufrer. de potesta. secula. super eccle. Regula 4. numero 38. carte 52. & Dominic. in c. legitima, sub n. 11. de appell. lib. 6. car. 169. Nec ullo unquã tpe pōt præscribere † iudex secularis hãc iurisdictioné tanquã incapacem à principio, nec aliqua ualet cõsuetudo, ut pro singulari notat Abb. in c. quanto n. 2. & c. ad audientiã de consuetu. & in c. ad aures, n. 2. & 3. de præscrip. Io. And. in cap. 2. de præben. in sexto, tetigi supra, in d. Reperto in uerbo,

117

118

bo, Iudex secularis, nunquam cart. 1008. in prima part. Pute. decisio. 365. lib. 1. Crot. consilio 196. nume. 18. & seq. volum. 2. car. 94. Rolād. conf. 12. nu. 44. uolum. 2. Barba. consi. 11. col. 9. num. 9. uolum. 1. cart. 31. Felyn. in capit. causam. nu. 2. & seq. col.
119 202. Nisi † Papa hoc expsse cōmisisset, qa solus Papa, & non Episcopus potest tales causas laicis personis committere, cap. ualde, & ibi glo. in uerbo, præcipimus 94. distinctio. Felyn. in c. ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constitu. Abba. d. cap. quanto, nu. 2. de consuetudi. in cap. ad aures, num. 2. & in cap. causam, nu. 2. & 3. de præscript. Bero. consilio 169. uolum. 2. cart. 727. & Paul. Burgosi. de irregulari. nu. 3. cart. 350. & Stefa. Aufreri. de potesta. secula. sup eccles. & perso. Regula. 2. in. 21 fallentia, num. 21. cart. mihi 37. Stefa. Aufreri. de potesta. secula. super eccle. & perso. Regula. 4. nume. 34. cart. 52. ubi declarat.

Nec ipse clericus, & Religiosus potest
120 † cōsentire tacitè, nec expressè, nec prorogare iurisdictionem in talem secularem, cùm tale priuilegium nō sit inductum in fauorē ipsorū solū clericorū priuatorū, sed in fauorem totius clericatus, & Religionis, & ideo sententia lata etiam ad fauorum clerici per iudicem secularē in rebus spiritualibus, & ecclesiasticis, est ipso iure nulla, tanquam lata a priuata persona, & nō meretur executionē, nec aliquam iustam dat possessionē, & immissionē possessionis, nec facit attentatum, cùm hęc iurisdictio sit de iure diuino, & potest clericus puniri per supra allegata, & per ea, quę dixi supra, in d. Reperto. in uerbo, Clericus potest conuenire, in prima part. Crot. d. cons. 196. nu. 18. & seq. uolum. 2. Rolan. cons. 12. num. 44. uolum. 2. Caballi. in constit. Egidia. 17. glo. B. nume. 2. lib. 3. cart. 173. Iul. Clar. Practi. Crim. quęst. 36. colum. j. car. 111. Docto. in l. iuste possidet, de acquir. possess. Lancelot. de Attenta. in 2. part. de Attenta. lite penden. limita. 11. num. 8. & seq. & num. 13. & seq. cart. 127. Bero. quæst. familia. 100. nume. 11. cart. 106. Alexand. cons. 103. num. 9 col. fin. uolum. 5. & consi. 79. num 8. & 9. uolum. primo, Docto. in c. si clericus laicum. de foro compet. & poterit idem clericus ire ad iudicem ecclesiasticum non obstante d. sententia, & facere illam reuocare tāquam nullam, & rescindere stando in possessione, & inhibendo, vt tetigi supra in Reperto. in uerbo, clericus grauatus, in prima par. Maranta. Spec. Aur. in 4. par. 11. distinctio. num. 16. cart. 170. Purpura. consi. 26. colum. 2. sub nu. 3. uolum. j. sentit Didac. practi. quæst. cap. 33. cart. 765. num. 4. uersic. quod si Iudex. Aliqui dicunt, quòd
121 quādo † causa est prophana, aut mixta, quòd tunc potest secularis Assessor, & sapiens eligi, ita Stefa. Aufreri. de potesta. secula super eccles. & perso. in Regula. 4 car. 47. & in Regula 2. num. 21. cart. 37. Blanch. de compromiss. quæst. 2. num. 64. in fin. cart. 131. & quæst. 4. princip. in uerbo. causa usurarum, cart. 302. Docto. in d. cap. 2. de iudic. & in capit. si clericus laicum, de for. compet. faciūt adducta per Marant. Spec. Aur. cart... quod uidetur intelligi, quando inter laicos habentes causam a clericis, esset lis, secus si contra clericum, & Religiosum, quia etiam in bonis proprijs, & prophanis gaudet priuilegio fori, siue sit actor siue Reus, quo casu iudex ecclesiasticus est suus Iudex competens secundum communem opinionem, & practicā, ut per text. in cap. si clericus laicum, & ibi Doct. ubi Abba. num. 12. & 13. Socin. nu. 2. idem Soc. in cap. sane. nume. 10. de foro compet. cart. 80. Syluestri. in uerbo. Iudex il primo, nume. 2. cart. 124. Roland. consi. 12. num. 60, & 61. uolum. 4. & Octauia. Pedemont. decisio. 32. num. 6. ubi dicit esse magis communem, quando Religiosus est Reus, si est Actor esse in electione ipsius, quod non admitto in Actore per supradicta, & faciūt adducta p Dominic. in cap. legitima, num. 11. & 12. de appella. lib. 6. cart. 169. & Abba. consil. 33. num. 1. & 8. uolum. 2. Et quando Iudex ordinarius, uel Delegatus esset adstrictus mittere causam ad consilium sa-
122 pictis, tunc ipse Iudex, & nō sapiens † deberet habere sportulas, & salarium sententiæ, sed de salario debet Honorariū cōdecens, & honestum, iuxta laborem, & merita causę dare, & mittere dicto consultori sapienti, quia consultor sapiens, ipse non iudicat, nec sentētiat, sed Iudex est ille, qui protulit sententiam. Bart. in tract. de consilio, Habendo, per offi. & Assesso. in quęst. 10. colum. fina. cart. 214. & Scala Pataui. de consilio sapient. lib. 3. cap. 9. cart. 54. Stefa. Aufreri. de potesta. secula. super eccles. Regula. 4. num. 38. cart. 52. & per Abba. in cap. si pro libertate, nu. 6. & 7. de offic. delega. Dec. in c. ad audientiam, sub nu. 3. de appella.

pella. Calcane. consi. 83. nume. 6. car. 141. Abba. in c. super questionum. num. 16. de offic. deleg. Emilia. consil. 48. numer. 11. cart. 110. sentit Plot. in consil. 6. num. 18. cart. 37. secus
123 si esset particeps in officio, † ut est adiunctus, quia ambo sententiarent per supradicta, & per Abba. in d. cap. si pro libertate, nume. 7. sentit Fely. in cons. 24. nu. 14 15. & 16.
* & ita OBSERVAVI* in principio mei officij circa causas iam consilio sapienti cōmissas, & exportatas, & dedi medietatem salarii, in futurum postea nullas misi ad consilium sapientis, nisi in commissione hoc esset expressum per delegatum nullo considerato indulto esse Leonino, & ita OBSER
* VAVIT* venerandum Collegium Papiæ, quia taxat salarium, & relatores, qui sunt ad instar consilij sapiētis, & assessoris, iuxta eorum labores, & relationem sunt honorificè satisfacti.

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO XXIX.

## ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum ecclesiasticorum non potest fieri sine solemnitatibus, & causa necessitatis, aut euidentis utilitatis.

Solemnitas extrinseca ex longinquitate temporis non præsumitur, quando per pactum debet interuenire, nec quando apparet de instrumento locationis, & emphiteotico, in quo non leguntur, nec quando agitur de magno præiudicio, & alijs de causis hic expsis.

Consensus Papæ, ac ordinarij non præsumitur interuenisse per tempus 30. 40. & 50. annorum, & ultra, quando conditionaliter per pactum debet interuenire, & quando aliqua alia coniectura non apparet, & aliis de causis hic expresis.

Confirmatio facta a delegatis Papæ inuestitura, & alienatione, bonorum ecclesiasticorū non conualidat locationem, & emphiteosim, si non apparet de solemnitatibus, & causa necessitatis, aut euidentis utilitatis.

Emphiteota, qui soluit per longum tempus fictum vti emphiteota perpetuus, an præscribat ius coloniæ, & præsumatur uerus emphiteota, & legitimè inuestitus vide hic late.

Alienatio etiam necessaria est prohibita quando concurrit prohibitio legis, & testatoris, & sic hominis.

Præscriptio contra ecclesiam non incipit currere, nisi à die mortis illius prælati, uel R. Fratrum conuentus, qui fecerunt læsionem ecclesiæ, aut inuestituram nullam, & scientia habita per successores.

Melioramenta debent compensari cum fructibus in inuestituris nullis.

Caducitas declarata ob unam causam potest confirmari pendente iudicio, si ex alia causa de nouo superueniente ex causa de præterito, alia caducitas superueniat.

Bona ecclesiastica solita concedi in emphiteosim an, & quando possint alteri concedi sine solemnitatibus hic uideto, & in decisione sequenti.

## *SVMMARIVM.*

*PROMISSIO de inuestiendo in emphiteosim, non est inuestire, sicut promissio de uendendo, non est uendere, nec cedere, vide nu. 14.*

2 *Promittens inuestire aliquem sub pœna, si nō inuestiet, non incidit in pœnam, sicut promittens alienare, & non alienans, non incidit in moram, & pœnam.*

3 *Emphiteota soluens fictum vti emphiteota perpetuus per 30. 40. 60. annos, & ultra, præsumitur ritè inuestitus, & præcessisse, quæ præcedere debebant, vide nu. 4. 5. 15.*

*Actus præsumitur factus ex causa præcedenti, nu. 3.*

4 *Emphiteota, qui tenuit rē tamq̄ emphiteota perpetuus per longū tempus & usus tali. sol- uit. a-*

*nit canonem per 30.40.60.annos, & ultra præsumitur inuestitus in perpetuum, si non apparet de cõtraria inuestitura, vide n. 15.*

5 *Emphiteota quando per instrumenta, confessiones, & recognitiones apparet, q aliquid uti emphiteota tenuerit, & uti talis canonẽ soluerit per 304.0. annos. & ultra tunc præsumitur inuestitus in perpetuum, cũ omnibus solemnitatibus requisitis, vide, & declara, ut nu.15.17.*

6 *Locari non possunt bona ecclesiæ, ultra nouẽnium sine solnitatibus iuris, & causis necessitatis, aut euidentis vtilitatis, & hac omnia concurrere debent. nu.38. & 39.*

*Bona ecclesiastica non possunt alienari, nec locari ultra nouennium, sine solẽnitatibus iuris, & causa licita, non obstante præscriptione. nu.6.38. & 39.*

7 *Solemnitas extrinseca in bonis ecclesiæ alienatis non præsumitur minori spatio quadraginta annorum; & uide nu.24.35.*

*Tempus belli, pestis, & carestiæ, ac uita rectoris, qui fecit inuestiturã nullã, & ignorantia successorum tollitur de medio ad inducendum præscriptionem, & præsumptionem contra ecclesiam, nu.8.25. & 34.*

8 *Ecclesia potest petere restitutionẽ in integrũ aduersus quadragenariam præsumptionẽ, & præscriptionem, contra eam decursam, & nu.68.*

*Restitutio in integrum ad fauorem ecclesiæ datur ẽt ultra quadraginta annos num.8.68.*

9 *Viuere quis potest usq; ad centum annos, & nõ ultra, p hoc tamẽ non psumitur uiuere.*

10 *Conditionalia uerba à partibus expressa operãtur ultra ius commune, ne sint superflua.*

*Conditio non præsumitur ex cursu temporis, quando in actu est expressa, nu.10.*

11 *Præsumptio cedit ueritati, & non operatur plusquam veritas.*

12 *Pluralitas instrumentorum, & inuestiturarum non præsumitur.*

13 *Inuestitura de bonis ecclesiæ alicui facta non præsumitur valida per psumptionẽ, præscriptionẽ, & temporis longinquitatem, quando non apparet de causa licita alienãdi, aut euidenti utilitate, nec de solemnitatibus inuestituris, & instrumentis apparentibus.*

*Instrumentum apparens, in quo solemnitas, & causa licita, & alienandi non apparet, tollit præsumptionem contrariam nascentem ex longinquitate temporis. nu.11.12.13.*

14 *Ecclesiæ interest paucos habere successores emphiteoticarios; & onera, ac pacta leuia, ut citius bona reuertantur ad ecclesiam.*

16 *Inuestitura de bonis ecclesiæ non præsumitur valida, nec solemnis, ideo in alienatione bonorum ecclesiasticorum in dubio fauore animæ pro ecclesia est præsumendum.*

*Bona ecclesiæ in dubio debent iudicari esse nulliter alienata, & occupata fauore animæ, potius quàm legitimè possessa, nu.16.*

*Fauore animæ potius præsumitur occupatio bonorum, & delictum, quàm aliter, & idẽ in vsura, simonia, excõmunicatione, & hæresi, nume.16.*

18 *Vtile per inutile uitiatur in locationibus bonorum ecclesiæ factis vltra nouennium.*

19 *Inuestitura perpetua debet minori pretio, & canone fieri, quam locatio ad tempus ratione perpetuitatis, & remissionis non fiendæ in bonis prophanis, secus ecclesiasticis, num.21.*

20 *Inuestiturarum partes sunt conditiones, pacta, & onera in eis posita.*

*Pacta, conditiones, & onera apposita in aliquo instrumento sunt pars pretii ad fauorem illius, cuius tendunt, nu.20 31. & 66.*

21 *Inuestitura de bonis ecclesiæ alicui facta non debet fieri pro minori pensione sextæ partis, sicut in cæteris bonis, vide nu.19.*

22 *Ecclesiastica bona sunt sub regula probibitiua alienationis bonorum.*

*Bona ecclesi sticæ regulariter non possunt alienari, nec locari vltra nouennium. nu.22.*

23 *Alienationis bonorum ecclesi st corum debet interuenire tractatus, cõsensus capituli, Episcopi, aut Papæ, & causa necessaria, aut euidens vtilitas ipsius ecclesiæ.*

25 *Ecclesiæ non præiudicat præsumptio, & præscriptio, & contra eam non currit in alienatione bonorum ecclesiasticorum, nisi mortuo illo rectore, qui instrumentum alienationis fecit, uel inuestituram.*

26 *Capitulo alienante bona ecclesiastica non currit præsumptio, uel præscriptio durante aliquo de illo capitulo, uel monasterio, qui interuenit alienationi.*

*Præscriptio non currit in bonis ecclesiæ alienatis nulliter uiuente rectore, et personis, quæ interuenerunt contractui, num 25.26. 27.37. et 68.*

27 *Tempus immemorabile, et antiquissimum dicitur usque ad centum annos, et abinde supra, & secundum aliquos vsque ad annos octuaginta, et septuaginta.*

28 *Extrauagans ambitiosè non habet locum in alienatione facta in casibus à iure permissis, secus in prohibitis.*

fiunt

*sunt legitimè probati, quando aliquis est condemnatus per sententiam in fructibus perceptis, imo sequi debet absolutio.*

46 *Emphiteota debet singulo anno soluere fictum lite pendente, quando dubitatur, an in caducitate declarata sit facta remissio, uel ne, alioquin transacto debito tempore posset denuo noua caducitas declarari, & conualidaret iuditium, nisi esset creditor domini directi, & quomodo, ac quando.*

47 *Emphiteota propter iuramentum ab eo in inuestitura praestitum, potest expelli, & à iure suo cadit non soluens canonem in termino solutionis, etiam si sit creditor ipsius domini directi de minori quantitate, quàm sit canonis solutio, secus si de maiori, & quando, ac quomodo.*

48 *Clausula (ita tamen) posita in fine inuestiturae iuratae operatur suum effectum & declarat suam intentionem, licèt videantur nihil operari, quo ad poenam periurij, & legis, si quis maior. C. de transactio.*

*Lex si quis maior. C. de transactio. non habet locum, in principatu Papiae, propter clausulam (ita tamen &c.) nu 48.*

49 *Clausula (ita tamen &c.) non praesumatur a Notario posita de stylo, & suo cerebro, sed consensu partium.*

*Clausulę à Notarijs in instrumentis insertae cẽsentur lectae, & de consensu partium appositae, & operantur suum effectum, nu. 49.*

50 *Clausularum pluralitas, (vt clausula quibuscunque, ex certa scientia, & aliae, & doli renunciatio) auget suspitionẽ doli, & propter caliditatem praesumuntur adiecta.*

51 *Consensus alienantis abesse uidetur, ubi inest dolus, & iuramentum non ligat.*

*Iuramentum non ligat, ubi adest dolus, numero. 51.*

*Contractus dicitur dolosus, quando adest enormissima laesio, nu. 51.*

52 *Contractus censualis transfert vtile, & directum dominium in fictabilem, annuo censu solummodo ecclesiae reseruato.*

*Dominium utile, & directum non transfertur in ecclesiam, ob solutionem census nu. 52.*

*Caducitas non potest declarari in contractu cẽsuali, nu 52.*

53 *Fraus & dolus in contractu censuali praesumitur, si damnum ecclesiae sit datum, & lucrũ emphiteotae apparet.*

54 *Pactum de francando in inuestituris ecclesiasticis, est in damnũ ecclesiae, & per illud ecclesia laeditur, & an caducitate declarata ob canonem non solutum, pactum francandi sit extictũ, et an duret ultra quadragĩta annos.*

55 *Confessio facta à rectore se aliquid recepisse. b emphiteota in inuestitura, uidetur suspecta, si non apparet de numeratione in his, quae prohibentur donari, & alienari.*

56 *Beneficiarij non possunt uti fructibus ecclesiasticis in vsus prophanos.*

57 *Beneficiarius potest aliquid famulis donare ob obsequialia accepta ex debito antidorali.*

58 *Bona ecclesiastica consueta dari in emphiteosim, non possunt pro minori pensione concedi, nec pacta noua, aut personas, & onera opponere, ne damnum inferratur ecclesiae, & requiritur noua solemnitas, & causa licita tali casu, & quando, ac quomodo nume. 60.*

59 *Ecclesiae vtilitas in alienatione eius bonorum debet apparere, tamquam forma data à canone, qua nõ seruata, inualida redditur alienatio, nu 31.*

60 *Inuestiturae, & cõcessionis prima bonorũ ecclesiae forma nõ põt alterari, nisi de euidenti utilitate ecclesiae appareat. nu. 58.*

61 *Rescriptum subrepititium qualecumque sit uitiatur, & nullam tribuit potestatẽ obtinẽti.*

62 *Dictio (siue) coniũgit sensũ, sed uerba disiũgit.*

*Dictio (census. fictus, liuellus, emphiteosis) sunt sinonyma, & idẽ aliqñ important. num. 62.*

63 *Tp̃s bellorum, pestis, & carestia non debet attẽdi, nec pẽsio per emphiteotam minuitur, qa est tempus momentaneũ, & non successiuum.*

64 *Emphiteota non cadit à iure suo ob canonem non solutum, nisi domino volente.*

65 *Conditio melior in bonis ecclesiae alienandis est accipiẽda, et fiẽda, et nõ durior, & dãnosa.*

*Dolus arguitur ex mendaciis, & ex actu regulariter prohibito, nu. 16. & 68.*

66 *Dolus arguitur contra administrantem aliqua bona, si quid fecit ad damnum eius, cuius bona administrat.*

*Bona sunt aestimanda, & pensio quantitatis consideratis pactis, qualitatibus, oneribus, & conditionibus ibi annexis, nume. 20. & numero 66.*

67 *Praesumptio etiã antiqua cessat in alienatione bonorum ecclesiasticorum, quando de euidenti damno ecclesiae apparet.*

68 *Praelato alienatore bonorum ecclesiasticorũ uiuente non currit praescriptio contra ecclesiam, circa dictam alienationem, & nu. 26. & seq. & nu. 37.*

69 *Solemnitas, et causa necessitatis, et utilitatis in alienatione bonorum ecclesiastico-*

*rum requiritur non obstante delegatione Papa facta commissarijs.*

70 *Inuestitura bonorum ecclesiasticorum redditur nulla, si in ea non sunt seruata seruanda, non obstante delegatione facta commissarijs, & fructus ueniunt restituendi, aut computandi cũ melioramentis, & nume. 43. & 44.*

## DECISIO LXXIII.

DE anno 1498. R. D. Præpositus Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Lumello diœcesis Papiensis, fecit inuestituram tẽporalẽ quatuor annorum, pro pensione librarũ quinquaginta imperialium magnifico D. Francisco de Facciardis, & in dicta inuestitura ꝓmisit inuestire in ꝑpetuũ d. D. Frãciscum Facciardũ ꝑ annua pensione librarũ sexagintaquatuor, habita prius opportuna licẽtia, & facultate a summo Pontifice, quæ impetrari debeat expensis prædicti D. Francisci, qua obtenta ex nunc pro vt ex tunc, & ex tunc pro vt ex nunc, ipso domino Præposito negligente, seu recusante dictam inuestituram perpetuam facere prædicta inuestitura (præcedentibus prius his, quæ de iure præcedere debent) perfecta habeatur, & censeatur modis, & formis, quibus supra.

De anno 1536. idemmet R. Prępositus habuit litem cum illis de Facciardis occasione d. bonorum, de quibus in supra dicta inuestitura ob fictum non solutum, & alijs de causis.

De anno 1568. illi de Facciardis vendiderunt dicta bona magnifico D. Ioanne de Arcimboldis, cum consensu R. D. Moderni Præpositi Aycardi, qui reinuestiuit in perpetuũ ad formam antiquę, ipsum D. Arcimboldũ: Deinde dictus R. D. Prępositus Raycardus inuenit supradictam locationem temporalem factam de anno 1498. & cum uideret illam esse temporalem, & non interuenisse consensum Ordinarij, nec Papæ, nec causa necessitatis, vel euidentis vtilitatis, mouit iudicium contra D. Faciardos, & D. Ioannẽ Arcimboldum, & petijt bona relaxari ecclesię suæ, declarari locationẽ tẽporalẽ, uel nullam, ex defectu solemnitatis, & necessitatis, aut euidentis utilitatis, & aduersarij opponebant locationem esse perpetuã, & interuenisse cõsensum Papæ, aut ordinarij, & ita esse præsumendum ex longinquitate temporis annorum octuaginta, & fuit dubitatũ quid iuris.

Aliàs ferè similis fuit facta inuestitura per R. Fratres Franciscanos de monte Politiano, de anno 1498. cuidam de Cerumis, cũ conditione, quod debeat accedere cõsensus summi Pontificis, præcedente uno tractatu, & in inuestitura fuit dictum, quod præcesserant tractatus, similiter fratres sancti Augustini de Nouaria de dicto anno 1498. pręcedente uno tractu perfecto, & duobus imperfectis, dederunt in emphiteosim perpetuam quædam bona pratiua dicti Monasterij, quæ fuerant relicta dicto Monasterio hac conditione, quod dicta bona nullo unquam tempore possint alienari, & legari, quia uult, quod remaneant penes Monasterium, & ille, qui accepit in perpetuum dicta bona alteri alienauit post octo vel decẽ annos, & in dicta venditione fiebat mentio de prima inuestitura perpetua, deinde iste secundus vendidit alteri sub iisdem verbis, & omnes istæ tres inuestituræ apparebant sine consensu Ordinarij, aut Papæ, & sine causa, aut euidenti vtilitate, & fuit motum iudicium contra possessores bonorum. Et quæsitum fuit, quid iuris, posteaquam isti solum se fundabant in tempore, quod ex lõginquitate temporis omnia præsumebantur solemnia, & causam, aut euidentem utilitatem interuenisse.

De anno 1502. Quidam R. Canonicus Pisanus, cum confirmatione delegatorũ Apostolicorum in emphiteosim perpetuam quorundam bonorum sui Canonicatus cuidam de Resolminis pro affictu, seu Canone annuo librarum centum quinquaginta, qui cessauit per plures annos soluere, & de anno 1525. fuit sibi declarata caducitas, & ẽt ob malam versionem, & bona fuerunt euicta, & de nouo data cuidam familiari de Lanfranchis in perpetuum pro se, suisque hæredibus, & quibus dederit, & cum immunitate, & iure aquarum pro fictu annuo librarum centum viginti, & hoc de anno 1526. Postea mutato proposito de anno 1528. dedit dicta bona data in emphiteosim perpetuam dicto met suo familiari titulo census perpetui ita, & taliter quod amplius in futurum naturam emphiteusis participare habeat, nec intelligatur, & hoc pro se, suisque hæredibus, & successoribus quibuscunque, & pro annuo affictu librarum nonaginta, cum hoc, quòd debeat

beat accedere consensus Papæ, vel sedis Apostolicæ, & cessit omnia eius iura d. R. Canonicus, quæ habebat aduersus primum emphiteotam de Rosolminis uirtute Canonis non soluti, & melioramenta consequuta, & pro dicta cessione confessus fuit habuisse à d. suo familiare scutos centum, De anno 1562. per breue Apostolicum fuit approbatio commissa duobus delegatis, & commissarijs Apostolicis receptis informationibus, qui illis receptis dictam inuestituram perpetuam censualem confirmarunt, & declararunt cedere in euidẽtem utilitatem ecclesiæ, qui de Resolminis postea alienarunt eorum vtile dominiũ alijs psonis, de anno 1570. fuit lite mota contra possessores bonorum dubitatum, An istę inuestiturę factę istis de Lanfranchis iuribus subsistere possint. Quantum ad primam inuestiturã factam per R. D. Prępositum de Lumello, de anno 1498. illis de Faciardis, Ad fauorem illorum de Faciardis, & de Arcimboldis, faciebat promissio de inuestiendo in perpetuum D. Frãciscum Faciardum post quatuor annos pro libris sexaginta quatuor singulo anno, quo fit,
1 quòd promissio † de inuestiẽdo in emphiteosim, & de vendendo non est inuestire, & vendere, nec cedere. l. j. vbi Bald. & Angel. C. de pact. pignor. Aret. consil. 28. in primo dubio, Roman. consil. 86. colum. 2. & ideo ille, qui non potest alienare sub † pæna, potest tamen promittere, ꝙ se obligare ad alienandum, & non incidit in pænam,
2 Bal. in l. fin. §. emptor. C. commun. de lega. & l. si fideiussor. §. meminisse, in primo notabi. ff. de lega. primo, faciunt adducta per Tiraquel. in tracta. de Retract. conuenti. §. ultimo, ad finem Tituli, num. 42. & seq. & in casu nostro de emphiteosi, tradit Frã. Aret. in dict. l. si deiussor. d. §. meminisse, colum. j. uersic. quia glo ff. de leg. primo, & in l. quod dicitur, colum. fin. ff. de uerb. oblig. & Tiraquel. ubi supra, nume. 53. At in casu isto post quatuor annos reperitur D. Franciscum Faciardum possidere dicta bona vti emphiteotam perpetuũ, & soluere dictas libras sexaginta quatuor, & suos successores, & per annos x. xxx. xl. lx. & vltra vniformiter, ergo dicendum est præcessisse ea, quæ præcedere debebant, ut infra dicam; Nam quando aliquid factũ repe-
3 ritur † pręsumitur factũ ex causa, & obligatione præcedenti, sicut solutio, l. 2. §. si cum ti Lucrũ. ff. de hęredi. vel actio. uendi. l. triticum, cum ibi notat. per glo. & Docto. ff. de uerb. oblig. Alexand. consi. 90. nume. 10. uolum. 6. Grãmat. decisio. 103. num. 36. & 77. Crauet. consilio 158. nume. 13 uolum. j. Paul. de Cast. consil. 275. super nume. 7. uolum. primo, & Cephal. consil. 156. num. 13. & seq. uolum. 2. Secundo, quia quando aliquis tenuit, & possedit per longum tempus rem tãquam emphiteotam perpetuũ, ꝙ uti emphiteota perpetuus soluit per annos triginta, quadraginta, quinquaginta,
4 & ultra † præsumitur inuestitus in perpetuum, si non apparet de inuestitura in contrarium. Bald. in l. qui in alieno. §. sed si adierit, & ibi Angel. nume. 2. ff. de acquir. hæredi. in l. comperit. C. de pręscript. xxx. anno. & in cap. fin. de feud. da. in ui. l. commi. Alexand. consil. 29. num. 4. uersic. ad idẽ textus lib. primo, consi. 69. circa primum, nume. 4. & 5. uolum. 5. Ias. consi. 54 col. 4. uersic. Tertio principaliter, uol. j. Dec. cons. 146. colum. 2. uersic. Trigesimo quarto, cũ pro tali. Tiraquel. de præscript. in §. primo, glo. 4. uersic. Decimosexto, Ruin. cons. 10. colum. j. cõsilio 160. nume. 8. lib. 1. Rim. Sen. consil. 429. numero 39. uolum. 3. Crot. consi. 390. colum. j. uol. 3. cart. 27. Anton. Gabri. commu. conclus. libr. 2. de præsumptio. conclusio. j. num. 17. & 18. Crauet. de antiqui. tempo. in 3. par. in fin. num. 40. Curt. Sen. cõs. 25. Tria, colum. 2. nu. 2. cart. 32. Grat. cons. 117. num. 5. uolum. primo, latè Angel. de Gambilio. consi. 17. nume. 25. & seq. & nu. 47. & seq. car. 67. Afflict. de prohibi. feud. aliena. per Federic. §. illud quoque, num. 33. vers. sed pro declaratione, car. 154. & tali casu contractus præsumitur factus, & cum solemnitatibus, & causis per supra allegata; Bal. in l. cũ de in rem uerso. in antiqua Lectura. ff. de usur. & in consilio 116. uolum. j. Mascard. de probatio. conclusio. 603. nume. 30. in 2. part. car. 15. Bello. consi. 10. nu. 11. Alexand. de Neuo, cons. 27. num. 1. & seq. cart. 30. Ferrant. Gargia. patroc. 77. car. 353. ubi late Menoch. cons. 90. num. 29. & 30. uol. j Curt. Iun. consi. 130. nu. 2. & 3. lib. 2. Laur. Silua. consi. 76. num. 8. colum. si uol. 2. Galiel. Rodoan. de reb. Eccle. non alienan. § sed an in alienatione, maximè nu. 19. cart. 228. Iul. Clar. §. feudum, quæstio. 19 cart. 10. Balb. de præscript. in 2. part. 3. part. quæst. 10. nu. 35. & 36. cart. 38. ubi distinctè le-

quitur, & dicitur, quòd ad fauoré ecclesiæ sufficiunt anni decem, & contra eum tempus quadraginta annorum, & tetigi supra, decisio. 45. sub nume. 86. & 87. in prima part. cart. 716. sed hic tenuit, & possedit per annos octuaginta mediante possessione suorum Authorum hęc bona vti liuellaria, & emphiteoticaria perpetua, ergo non potuit nec potest molestari.

Tertio, quia ultra longissimũ tẽpus solutionis pensionis veniformis apparet etiã per plura instrumenta confessionum, & recognitionum, qualiter dicti de Faciardis tenent d. bona ad emphiteosim perpetuã, & soluunt Canonem vniformem, ut emphiteotę perpetui, & hoc etiam enuntiatur in instrumentis per tẽpus triginta, & quadraginta annorum, & ultra, quo fit quòd præsumitur emphiteosis perpetua, & facta
5 cũ † solemnitatibus, & interuenisse licentiam, & cõsensum Pontificis, Dec. in cap. 1. nu. 18. uersic. & tali casu, de appella. Craue. de Antiqui. tempo. in prima part. nume. 5. & in sectio. ampliatur, nume. 15. 20. Ias. consi. 114. colum. pen. uersi. præterea libr. 1. Angel. de Gambilio. late in d. consi. 17. car. 67. Cephal. cons. 9. nume. 16. & 19. uolum. j. Plot. in consi. 39. num. 5. & 6. cart. 206. & tetigi supra in Repertorio Decisionum in uerbo, ratificacio. in prima part. & ideo ex prædictis isti D. de Faciardis, & Illustris D. Arcimboldus uidentur dimittendi in pace.

Pro parte R. D. Præpositi Aycardi de Lumello noĩe ei⁹ ecclesiæ cõtra D. Faciardos, & Illust. D. Arcimboldũ. Primo dicebatur
6 facere; Qđ bona † ecclesiastica nõ possunt alienari, nec ultra nouenniũ dari in emphiteosim sine solemnitatibus iuris, & causis necessitatis, aut euidẽtis utilitatis, & q̃ oĩa debẽt cõcurrere, & una de ꝑ se sine altera nõ sufficit, tex. in cap. fine exceptione 12. q̃st. secũda, & est cõmunis opinio, & ita practicatur, vt dixi supra in decisio. 45. nũ. 51. in prima part. & tetigi infra nu. 23. cum alijs. At in casu isto apparet de inuestitura facti de anno 1598. & de alijs renouatiuis, quæ omnia sunt sine tractatibus, & decreto Episcopi, aut consensu Papę, & sine aliqua necessitate, uel euidenti vtilitate, ergo nulla, & inualida fuit dicta inuestitura, & concessio d. bonorũ in emphiteosim per supra dicta, & per Barba. cons. 40. uolum. j. Dec. consi. 142. & per ea, quæ dixi supra in decis. 45. num. 42. & seq. in prima part.
7 Secundo, quia † solemnitas extrinsecã in bonis ecclesiæ non ꝓsumitur minor spatio quadraginta annorũ cõtra ecclesiã. Ias. in l. si certis annis, limita. 7. C. de pact. Ferret cons. 248 nu. 23. uolum. 2. cart. 26. tetigi supra decisio. 45. sub nume. 86. in fin. in prima part. & rationem adducit Alphons. Mendoch, de benefi. incompatibili. capit. 11. nume. 14. cart. 137. in 2. part. & Menoch. cõs. 291. num. 13. 37. & 40. uolum. 3. cart. 350. & potest peti restitutio in integrum post dictum quadragesimum annum aduersus
8 hanc quadragenariam † præsumptionem, & præscriptionem, Felyn. in consil. 2. Bero. quæst. 81. Dec. consil. 36. Docto. in cap. de quarta, & in c. ad aures, de præscript. ꝑ illũ tex. ubi Minori spatio quadraginta annorum non pręscribitur, nec præsumitur contra ecclesiam inferiorem, & centum annorum, contra Romanam, & priuilegiatam, ut est illa cruciferorum, ut etiam per Abba. in cons. 32. num. 1. & 3. & consilio 101. nume. 8. & 9. uolum. j. cart. 52. Soc. Iun. cons. 141. n. 32. cõs. 56. n. 26. & 30. uolum. 2. Roland. cons. 2. nu. 112. uolum. primo, tetigi supra in d. decisio. 45. nu. 61. in prima part. & tollitur de medio tempus, quo uixit ille Rector, q tollerauit præsumptionem, nullitatem, & præscriptionem, & ignorantia aliorum successorum, ac tempus belli, & pestis, ut dixi in d. decisio. 45. d. nume. 61. & seq. cart. 702. & in additio ad d. decis. 45. nu. 54. & 55. & in decisio. 46. num. 12. 29. 93. & seq. nu. 98. & 202. in prima part. Capra. consil. 33. nu. 14. Socin. consi. 80. nume. 3. uolum. 3. Rolan. consi. 81. num. 38. & 41. uolum. 1. & tangam infra nume. 25. & seq. At in casu isto apparet, quod post quatuor annos locationis cæpit habere locũ præsumptio, & pręscriptio, & sic ista longinquitas temporis, & quòd illemet Rector præpositus de Lumello uixit usque de anno 1536. & 1540. & ultra, posteaquam de anno 1536. mouit litem contra Dominos Faciardos, & non probata morte post annum 1536. pręsumitur, potuisse uiuere usque ad centum annos, uel octuaginta; aut septuaginta ad minus istis nostris temporibus, & non ultra, licèt olim uiuebant ultra centum annos, & ideo si erat annorũ quadraginta, aut quinquaginta, de anno 1536. præsumitur uixisse usque ad annos sexaginta, si habebat

bebat annos sexaginta præsumitur vixisse per annos quinque, si volumus attendere opinionem quorundam, qui declarant, & distinguunt illam regulam (quòd quis
9 † potest uiuere usque ad centum annos) & dicunt posse uiuere vsque ad centum annos,& non ultra,ut dicit text. in l. fin. C.de sacr.sanct.eccl.& in l.an vsusfructus,in fi.C. de vsufruct.non ꝑ hoc inferri debet, quòd præsumatur uiuere attenta breuitate uitæ hominum, quę non ascendit à communiter contingentibus his nostris temporibus ad annos ultra octuaginta, ut dixi infra numero 27. & ideo dicunt ætatem calculari. & regulari debere secundum.l. hæreditatem.ff.ad leg.Falcid.de qua latè tractaui, in meo tracta. de vsufruct.sub num.225. cart.756.ita dicit Cagnol. in l. si emancipati,nume.90.& sequen. versicu.sed verius est. C.de collatio.car.231.sentit Crot.consi.67. nume.30.volum.1.latè Corne.consi.181.lit. q.versicu.& licèt soleat uulgariter, uolum. 2.cart.179.facit Rimin.Iun.consi. 182.num. 15.& 16.volum.2.& Paris.consil. 86.nume. 19.& 20.uolum. 4. ideo in omni casu non fuerunt transacti quadraginta anni, aut quadraginta quinque respectu restitutionis in integrum a die mortis dicti R.Præpositi, & scientiæ successorum,& aliorum, qui consentire debebant, ut ex actis apparet,& consequenter dicta inuestitura nulla,& bona relaxanda, & tanto magis in casu isto, ubi per pactum expressum fuit posita conditio,quòd prius debeat haberi licentia, & confirmatio à Papa,& quòd præcedere debeant ea, quæ de iure præcedere debent,
10 quæ † uerba conditionalia expressa à partibus, sunt tantę efficaciæ, quòd operantur vltra ius commune ad hoc, vt non sint superflua,& multum iuuant per ea, quæ notat Ioan.Petr.Surd.consilio.34.nume.23.& sequen.cart.104. & ideo dicunt, quòd licèt ex longinquitate temporis pręsumatur solemnitas extrinseca, consensus, ratificatio, decretum, aut tractatus, & quid simile, tamen quando ex pacto conditionale debet interuenire, debet clarè apparere per euidentiam rei,uel facti,& non per pręsumptionem, Octauia.Pedemonta. decisio.174. nume.3.cart.711.vbi dicit hoc tenere gloss. communiter receptam in §.præterea.in uerbo,regressum,uersicu.item istud intelligo, quando ex certa scientia titu. Quibus modu feud.amitta.Ias.cons.159.col.pen.uersi. tertio principaliter,& colum.sequen.usque ad uersiculum,ultimo accedit, uolum.2.& communem dicit Bero.consi.19.num 14.& in consi.90.numer.4.uolum.3.& dixi supra in decisio.45.nu.81.cart.712.& decisio. 46. numer.23.& numero 381.& 382. in prima par.& sic non iuuat talis præsumptio ob lõginquitatem temporis istis de Faciardis, q̄ sunt notanda, & consideranda in materia istarum inuestiturarum, quæ non habent solemnia,& causas necessarias, & uolunt, quòd postea dicantur sequuta,quia si uerè non apparebunt cursu temporis,non præsumentur, ut fuit consideratum ĩ causa Illustrissimi Cardinalis Albani contra Puteos
* Bonellos,& ita IVDICATVM, * & confirmatum Romæ ut apparet supra in d. decisio.46.nume.15.& nume.202.& sequē. in prima par.& infra decisio.30.num 81.&
* seq.hac 2.par.vbi ita IVDICATVM* per tres sententias conformes,quia semper de titulo inualido potest doceri, quo casu non habet locum ꝑsumptio,ita Paul. Emil. Veral.decisi.314.titulum præsumi lib.3.car. 85.ubi dicit ita Romę IVDICATVM* quia iustificaret titulum talis pręsumptio,si attenderetur,hoc est inuestituram esse ualidam,& factam ex causa necessaria,aut euidenti utilitate,quę præsumptio non attenditur, quo ad iustitiam tituli, ut per Octauia. Pedemont.decisio.171.nume.4.car.706. & Grammat.decisio.79.nume.14.& faciũt, quæ dicam infra,nume.15.& 24. Nam licèt solemnitas,& qualitas extrinseca tituli præsumeretur longinquitate temporis, tamen ipse titulus non pręsumeretur interuentus, ut in mandato loquutus sum supra in repertorio decisionum,in uerbo,qualitas mãdati,in verbo mandatum,& in uerbo. Ratificatio, in prima part. ubi dixi procedere, nisi post centum annos, quia tali casu aliqua minima coniectura apparente propter difficultatem probationis,ne totus mundus reuanghetur,præsumeretur titulus, & priuilegium, & per Paul.Pic.consil.97. nume. 30.& sequen.& nume 41.& sequen.& num. 77.cart.240.consil.99.numer.96.& sequen. cart.206.vbi idem è contra,si concurrerent coniecturæ contra præsumptionem.

Tertio,qa ꝑsumptio non habet locũ, qñ
11 ueritas apparet, quia † pręsumptio cædit ueritati,& plus nõ operatur quàm ueritas, ut per Dec.consil.400.nume.8.consil. 464. nume.22.Crauet.consi.35.nu.6.& consilio,

146.num.7.& tetigi in tractat. de Tutore,
nume.182.cart.183.in prima par. At in ca-
su isto apparet de ueritate rei, hoc est de
instrumento inuestituræ temporalis factæ
in perpetuum, post quatuor annos, & non
de alia quæ etiam non præsumitur, quia
12 † pluralitas instrumentorum non præsu-
mitur, nec inuestiturarum, ut dixi supra in
Repertorio Decisionum, in uerbo Condu-
ctor, in prima par. uersicu. Nam pluralitas
instrumentorum, car.904.& in ipso instru-
mento non apparet de tractatu, & cõsensu
capituli, cum sit collegiata ecclesia, nec de
decreto Ordinarii, aut Papæ, nec de causa li
cita alienãdi, ergo nulla ipso iure talis con-
cessio in emphiteosim, nec præsumptione,
præscriptione, aut longinquitate temporis
13 conualidatur † inuestitura, nec habet lo-
cum, quando apparet de Titulo, per supra-
dicta, & in terminis loquitur Natta consil.
162.nu.29.uolum.i.Cassador. decis. 3. nu.7.
de procura.cart.41.Dec.consil.13.nume. 2.
car.18.consil.558.num.6.& 7.& dixi inf.nu-
me.24. & ita omnes Curiæ obseruant, ut
est uidere p supra allegata, alias esset inde
cens, & quasi monstruosum, si præsumptio
offuscaret ueritatem, & uellet facere appa
rere eam aliam personam, & sic cum dua-
bus facijs, & tempus esset modus dandi, &
tollendi obligationem, & de facili bona ec-
clesiastica alienarẽtur in fraudem capit. si-
ne exceptione 12.q.2.ut tetigi etiam supra
in Repertorio Decisionum, in uerbo, cõdu
ctor, car.906.in fi.

Ad contraria Modernus Præpositus de
Lamello respondebat. Et primo. Quo ad
primum fundamentum. De inuestiendo in
perpetuum, & quod promissio de inuestiẽ
14 do † non est inuestita, sicut de ueniendo,
non est uendere. Ale.consi.173.num.2. uol.
2. Respõdebatur, qđ dicta inuestitura habet
duo capita, unũ tẽporale ad quatuor annos
cum pacto inuestiendo in perpetuum, post
dictos quatuor annos. Secundum, quod si
dictus Præpositus neglexerit, uel noluerit
inuestire, ex nũc pro ut ex tũc, præsens inue
stitura habeatur pro perfecta, unde cum
non appareat de alia inuestitura, dicitur
prima inuestitura perfecta, & cum illa isti
Domini de Faciardis perseuerasse, primo
quia alia inuestitura, ut dixi supra, num.12.
non præsumitur. Secundo, quia fuit unifor
miter cum illis solis pactis obseruata, nec
aliparæcesserunt, quæ erant de iure præce-
denda in secunda, secundum tenorem pri-
mæ inuestituræ, & ideo non est mirum, si
usque in præsentiarum fuit sequuta emphi
teosis ppetua, iuxta tenorem istius antiquæ
inuestituræ, & ad fauorem ecclesiæ ita est
iudicandum, cum intersit ecclesiæ paucas,
& breues habere inuestituras, ut citius bo-
na ad ecclesiam reuerti possint per ea, quæ
dixi supra, in decisio.45.nu.43.in prima par
te, & sic dicitur istos Faciardos, & Illustr. Do
minum Arcimboldum possedisse ex causa
præcedenti, & sic ex cã primæ inuestituræ
cũ de alia non appareat, adnotata etiã per
Doct. in auct. si quis, in aliquo. C. de
eden.

Ad secundum fundamentum, in quo stat
tota uirtus præsentis conclusionis, de lon-
ginquitate temporis, & possessione dictorũ
bonorum per annos octuaginta, & ultra
uti emphiteoticorum in perpetuum con-
cessorum, fuit dictum esse † satis concludẽ
15 ter Responsum supra ad fauorem ecclesiæ
in secundo, & tertio fundamento. Vlterius
respõdetur, Primo, qđ nõ procedit, quando
probatur cõtrariũ ex lectura instrumenti,
secũdo, quãdo in inuestitura adest pactum,
& conditio, q consensus, & solemnitas, ac
ea, quæ præcedere debeant, de iure præce
dant, & non apparent uerè præcessisse. Ter
tio, quando ageretur de magno præiudicio
ut est in casu isto, ubi quamplura bona ec-
clesiæ alienarentur. Quarto, quando ex il-
la præsumptione longissimi temporis indu
ceretur iustitia Tituli, hoc est de Titulo in-
ualido fieret Titulus ualidus, & sic, q in il-
lo Titulo interuenisset solemnitas, & cã lici
ta alienãdi. Quinto, q a ista psumptio ẽ fal
lax, & non attẽditur de iure Canonico, ma
ximè apud graues uiros, & bone literaturæ
& cõsciẽtiæ, cũ sit præsumptio hominis, &
non iuris, & contra dispositionem, tex.c.si-
ne exceptione xij.quæst.i.ita dicit Natta.d.
consi.162.nume.29.uolum.i.& late dixi su-
pra in decisio.46.nu.15.& seq.& num.202.
& seq.car.761.& in Repertorio Decisionũ,
in uerbo conductor, & emphiteota, colum.
2.car.905.in prima part. ubi uana, & tan-
quam dicta nebula in pariete dicitur hæc
præsumptio humana. Sexto, quando ille,
qui tollerauit præsumptionem, & cursum
temporis uixit, & successor ignorauit inue
stituram hanc nullam, in bonis ecclesiæ,
cui non potuit per taciturnitatem, & con-
fessionem non ueram, nec apparentem præ
iudicare,

Iudicare, ut etiā in caducitate per receptionem Canonis ignoranter tetigi supra decisio.43.nu.xi.in prima part. & Bursa.consil. 181.nume.32.& seq.uolum.2. Septimò nō procedit hodie in bonis ecclesiasticis, propter constitutiones summorum Pontificū. Pauli II. Iulij III. Pauli IIII. & Pij V. per quas prohibetur quęcunque alienationes in perpetuum, uel ad aliud tempus ultra triennium, & nouennium, & irritant alienationes, & etiam eis pæna excommunicationis infligitur. & sic impeditur talis pręsumptio, ita nouissimè declarat Doctus Mascard.de probatio.conclus.603.sub num. 28. cart.14.in 2.par.colum.4. Octauo non procedit in consensu superioris, & sic Papę, ubi solet fieri per breue, & commissiones personis ad id delegatis, & cum cognitione causæ. ut tetigi pulchrè infra, decisio.30.nume.81 82.& seq.hac 2.par.quia posset probari per scripturas in Archiuiis: ut hęc omnia colliguntur ex allegatis supra in secundo, & tertio fundamento, ad fauorem ecclesiæ, & per ea; quæ dixi in Repertorio, in uerbo, confessio, & in uerbo conductor, & emphiteota, in prima par.& inf.in decisio. 3.nu.39.& 40.in 3.part.& etiam tetigi hic, infra, numero 24. & seq.quæ sunt multum notanda, & consideranda a iusdicentibus, rectæ conscientiæ pro exoneratione conscientię eorum, qui acceperunt dicta bona à principio, sine dictis solennitatibus, & causis licitis, quia dicuntur occupatores, & usurpatores bonorum ecclesiasticorum, & si denegant restituere sunt excommunicati, & cruciātur animæ eorū, donec non restituant, ut habetur clarè in Bulla in Cæna Domini, & tetigi in decisio. 45. nume.85. car.715.in prima par.& habetur etiam in extrauagan.ambitiosè, & in supradictis constitutionibus Pontificum, & quia potest esse, & non esse, quòd post dictas inuestituras in
16 ualidas successerit, ualiditas, uel non † superuenerit, iō in dubio fauore animę est potius præsumendum non superuenisse, quàm aliter, quia fauore animæ potius præsumēdum est usura, excommunicatio, symonia, & hæresis, ac furtum, & usurpatio bonorum ecclesiasticorum, quàm aliter, & quàm non delictum, secus quoad pęnam criminalem corporis, ideo bonus, & timoratæ conscientiæ Iudex in dubio habet condemnare ad relaxationem dictorum, bonorum ecclesiæ, aliàs sibi iudiciū manducaret, & ambo in foueam caderent, ut dixi supra in decis.1.num.102.103.& sub nu. 110.col.2.cart.40.hac 2.part.Hippoli.Bonacos.de præsumptio.in uerbo, usurarius, car. 328.Gemi.cons.16.col.3.& cum summus in regula prohibitiua præsumitur dolus uer⁹, & delictū in dubio: practi Papié.in for. libel. quo agi.ut rescin.in gloss.procurauit, in fin. Dec.in cap.in præsentia, sub nu.14. de probatio.& Plot.in l.si quando, nu.764. vers.3. limit.C.unde vi, & uide Alexand.consil.130. nu.19 & 20.uol.1.

Quo vero ad tertium, & sic ultimum fundamentum, de multiplicitate instrumentorum, confessionum, & recognitionum, cum enunciatione inuestiturarum factarum in
17 † emphiteosim perpetuam: respondebatur facilè prout fuit responsum supra in præcedenti responsione, & etiam quia arguunt magis nullitatem actus, posteaquam nulla istarum facit mentionem de aliqua alia inuestitura, quàm de prima, neque quòd aliqua fuit adhibita postea licentia Papæ, nec quòd præcesserint ea, quæ erant pręcedenda secundum conuentionem, nec apparet aliqua supplicatio, nec mandatum factum pro obtinenda dicta licentia, nec aliquis tractatus capituli Ecclesiæ collegiatæ de Lumello, ut requiritur, nec aliqua commissio facta per breue delegatis iuxta solitum, quæ si præcessissent, fortasse isto casu iuncta longinquitate temporis 50.60.& vltra annorum præsumerentur hęc interuenisse, ut patet sensui, aliàs secus per supradicta, & per ea, quę dixi supra in decisio.8 sub nume.23.hac 2.part.& in decisio 46 nume. 53 in prima part. sentit Alexand. consilio. 17.nume.11.volum.4. vbi dicit non valere etiam vsque ad nouennium, & est ratio,
18 quia in casu isto† vtile per inutile uitiatur, vt tetigi supra in repertorio decisionum, in verbo, utile per inutile, & in uerbo, locatio bonorum: in prima part. Laurent.Chirchonus.communem opinionem conclusi.32 nu. 28.centuria.2.cart 41.& ita fuisse IVDICATVM* dicit Rebuf.in constit.Regni. tomo primo, de senten.prouisio. articu.2. glo.4.nume.7.cart.268. Et etiam respondebatur non procedere, quando aliter constat ex inuestitura, & sic per eam probatur contrarium; & ista limitatio est inconcussa, rationabilis, apparens, & non offuscanda per cauillationes aduocatorum, ut clarè supra fuit demonstratum, numero 12. & 15.

& infra

& infra dixi nu.24.& per Natta d. consi 162. num.29.uolum.j. & omnia, quæ dicta sunt infra, in decisio.30.hac 2. part. corroborāt hanc conclusionem, ubi per tres sententias conformes fuit ad fauorem ecclesiæ Iudicatum. *

Nec obstaret dicere, ꝙ de euidēti utilitate apparet ex eadēmet inuestitura, nā ibi locat ad tempus. & sic pro quatuor annis ad rationem librarum quinquaginta, & post quatuor annos ad rationem librarum sexaginta quatuor singulo anno in perpetuum quo casu apparet de euidenti utilitate, cū
19 † locatio in perpetuū debet semper fieri pro minori pretio, & Canone saltim ꝓ sexta parte, quàm locatio ad tempus ratione perpetuitatis, & remissionis non fiendæ, ut dicit Alexand. consil. 112. numero 3. & seq. uolum.i. Ferret. consilio 248. in fin. uolum. 2. dixi supra, decis.45. numero tertio, in prima par.

Quia respondebatur in casu isto hoc magis arguere læsionem, & fraudem cōtra ecclesiam, quod uoluerunt & Rector, & emphiteota fraudare successorem, & ecclesiam perpetuitate colludendo cum non est uero simile Rectorem locasse pro libris quinquaginta ad tempus, & pro libris sexagītaquatuor in eodēmet instrumento, si dicta bona non essent fructifera, & maioris pensionis librarum sexaginta, & septuaginta pro singulo anno, nec ille emphiteuta conduxisset ut patet sensui, & ratio naturalis dictat, quæ in isto casu habetur pro lege, & est attēdēda, ut dixi supra decisio. 22. numero 9. hac 2 par. & faciunt, quæ dixi inf. nu.55. & quod non est uerosimile, est falsitatis, & collusionis imago. Mascar. de proba. cōclu.440. nu. 9. uol.1. Immo hoc fecerunt, ut ex tali eorū confessione appareret de aliqua utilitate Rectoris, & nō ecclesiæ, nam est utilitas Rectoris, non autem ecclesię, ut ibi apparet, &
20 ēt quia conditiones, pacta † cōmoditates, & onera contēta in d. inuestitura, qua sunt partes contractus, & pretii, ut dixi supra decis.i.nu.16.25.& decisio.16.num. 8.& in decisio.28.nu.35.hac 2.par.& hic inf.num.66. sunt maioris ualutæ, & utilitatis, quàm augumentum pretij librarum quatuordecim in tot petijs terrarum. Nam adest pactum in perpetuum, & etiam concessio facta pro se, suis filiis, heredibus, & successoribus, & cui, uel quibus dederit, per q̃ uerba ecclesia multum fuit læsa, & sine spe recuperationis dictorum bonorum, & consolidationis utilis Dominii cum directo, nisi in casu non solutionis Canonis, & deteriorationis, cum ad extraneos, & sine consensu Directi Domini possit per illa uerba, trāsire, ut dixi supra, in decisio.45.num.45. in prima part. & tetigi infra. nu. 31. & etiā respondebatur de iure Canonico in bonis ecclesię, non procedere illud dictum, ꝙ in emphiteosi perpetua debeat constitui,
21 pensio † pro minori pretio sextę partis, sed solū pro iusta mercede, & pensione, ut dixi supra decisio.5.nu.53.& decisio.46.num. 24.in prima par. Alc.cōs.79.circa primum. nu.15.& 18.uol.i.& Ioseph. Ludouic. cōmu. conclus. quęst.12.col.2.uer. intellige, cart. 21.& inf. decisio.30.nu.3.& 67. hac 2.par.& circa euidētem utilitatem Doctores solū considerant, quando bona non essent fructifera, sed inculta, & sterilia, & maior esset impensa, quā introitus, & quando a principio daretur ecclesiæ aliqua pecuniarū quātitas, & non quādo solum augeretur aliqua pensio, q̃ a hoc respicit solum fauorē Rectoris, & non ecclesiæ, ut est uidere per Doctores in d. cap. sine exceptione. & cap. Terrule. 12. quæst. 2. & dixi supra in decisio. 45. nume. 4. 54. & 55. & decisio. 46. numero 130. & seq. in prima part. & tetigi infra. numero 31. & 59. Dicebatur etiam non interuenisse alias solemnitates, scilicet tractatus, consensum capituli, Decretum ordinarii, aut summi Pontificis, & sic non pręcessisse, quę præcedere debebant, quo fit, quòd altera istarum deficiente concessio in totum est nulla, ut dixi supra, in decisio.46. numero.3.&4.in prima part. Mandosi. de resigna. Grati. in uerbo, si in euidentem, colum. 2. in fin. versicu. sola causa, cart.68. Vnde omnibus supradictis bene uisis, & consideratis fuit IVDICATVM *ad fauorem ecclesiæ, & contra Faciardos, de anno 1583.

Circa uerò, secundam conclusionem de inuestitura facta de anno 1498. per R. Fratres Franciscanos de Monte Politiano illis, de Ceruinis, ut per Reu. Fratres Sancti Ioannis Nouariæ ordinis Sancti Augustini de d. Anno 1498. illis de Cacia multa pro, & cōtra fuerunt deducta, & per R. Fratres dicebatur inuestituras nullas a principio ex defectu solemnitatis, et causæ, ac euidentis utilitatis, & contra mentem Testatoris, et pro parte Reorum solum allegabatur refugium miserorum, scilicet cursus temporis,

ris,& longinquitas,quibus prȩsumitur solemnitas extrinseca, & causa necessitatis, aut euidētis utilitatis interuēta,& prȩscriptione esse tutos, & debere perseuerare. Verum quia omnia supradicta in prima conclusione ad Decisionem istius causæ facere uidebantur. & omnia, quæ supra late deduxi in fortiori casu, in decisio.45. & decis.46.in prima part. ubi ita I V D I-
* C A T V M * & confirmatum Romȩ. Tamen pro maiori corroboratione, & dilucidatione ueritatis, hæc fuerunt per R. Fratres adducta.

Et primo in primis fuit præmissum, qđ
22 bona † ecclesiastica sunt sub Regula prohibitiua alienationis bonorū, & nō affirmatiua, & solū in casibus exceptis, qui reducūtur ad quatuor, possunt alienari, toto Titulo, de rebus ecclesiæ non alienandis, & est extrauagans ambitiosa, & Paulina, ac multæ Bullæ Summorum Pontificum, de quibus supra, nu.15. Docto. in cap. sine exceptione 12. quæstio.2. & hoc est clarū, ut et ponit Ioā. Petr. Sur. in consi.115. nu.27. & seq. car.317.

Secundo pmissum fuit, qđ bona ecclesiastica fructuosa nō possunt alienari in casibus exceptis, nisi cū cognitione cāæ, & sic cum solemnitatibus à iure req̄sitis. uideli-
60 cis. 46. num. 382. & 411. neque † forma primæ concessionis, potest alterari, nisi euidēter appareat de utilitate Ecclesiæ. Præpos. cap. 1. in princ. titu. Epis. uel Abbat. neque in duriori, uel deteriori statu debet constitui. Car. cons. 34. col. 2. vers. sed ex defectu Alc. consi. 9. lib. 3. cum aliis. Bald. cap. cum ordinem, col. 8. de rescript. ubi si quis in emphiteusim tenebat, & sibi faciat in feudum cōcedi in tantundem canonis, debet ex feudo prestare, quantum pro emphiteosi pendebat, ex quibus omnibus apparet, quod dicta concessio ad censum, ut illegitima, & illicita ad ius Ecclesiæ debet reduci, & cum solennitatibus, & causis legitimis, postquam alteratur inuestitura. Ripa Respon. 2. numero 17. & 18. lib. car. 84. & tetigi supra, Deci. 25. num. 12. & 13. & latè infra, Decis. 30. nu. 35. & seq. nu. 2. par. & omnino videndus Ameda de Laudemio. q. 10

Amplius considero, ꝙ pluribus modis, dictum rescriptum, nec non dicti contractus confirmatio fuerant subrepta, in primis Papę fuit narratum, ꝙ bona erāt emphiteotica, & ad mensam ob canonē nō solitū pertinere, & eadem dicto Lansiānco ipse exponens in emphiteusim perpetuā sub mutuo Canone, siue censu librarum Nonaginta, cum pacto affrancandi, alijsq; pactis, & conditionibus emphiteoticis in similibus apponi solitis, & reseruato Apostolicę sedis beneplacito locauit, & concessit, & Rescriptum fuit Commissarijs (quatenus si per diligentem informationem, locationem, & concessionem prædictas in euidentem ecclesiæ vtilitatem cessisse, & cedere reperuerint illas, & in eis contenta confirment) Ecce, quod Papa nouæ emphiteosis, seu locationis sub dicto Canone, seu cēsu annuo factæ confirmationem tantum mandauit. Et cum nulla sit facta mentio, ꝙ bona emphiteotica per contractum censualem concesserit, ita quod de natura, emphiteusis, uel alterius concessionis nullatenus participare ītelligatur dicti Cōmissarij non habebant auctoritatem dictum contractum confirmandi, de quo Papa, vel eius vicemgerens nō rescribit, & nō est uerisimile, quod rescriptum dedisset ꝓ confirmatione dicti Contractus censualis, sub annuo censu librarum nonaginta, si ei narratum esset, quod bona ad mensam reuersa erant solita dari in emphiteusim, pro censu, seu canone librarum 150. qa hoc non in euidentem utilitatem, sed in maximum damnum Ecclesiæ cedere uidisset.
61 propterea siue sit gratiæ, siue iustitiæ † rescriptum propter dolosam subreptionem, illud omnino uitiatur, & nullam tribuit potestatem, cap. super literis, ubi omnes, per illum textum, cap. postulasti, c. ad audientiam il 2. de rescrip. & commissarij talem contractum uidentes, debebant se abstinere, quia quod potest mouere delegantem, dēt & delegatos mouere. dict. cap. super litteris. Nec me mouet, quod de censu fiat mentio, quia canonem, & censum pro eo-
62 dem habet, ut dictio † siue ostendit, quæ cōiungit sensum, sed uerba disiungit, gl. i. ad protegendum. C. de in lit. dand. tutor. Bart. Authen. ut omnes, ob iudic. prouinc. num. 12. in princip. & clare apparet, quia de concessione in emphiteusim loquitur. & alibi pro eodem accipiūtur, quia promiscuè his uocibus utimur, canone, censu, & pensione. Abb. c. constitutus, nume. 20. de relig. domib. & c. 1. num. 7. de restitu. in integr. Natta cons. 194. nu. 1. Imo. in ca. ad audientiam. num. 4. De reb. eccle. non alien. clar. §. emphi-

§.fin; hiteusis q 1.vers.contractus. Ias.in l. 2.nu.41.ad finem.C.de iur.emph. Soc.cons. 167. col.2. vol.2. & Rodoan.de reb. eccles. non alien. car. 31. in verbo contractus. nu.6. secunda est subreptio, quia non fuit expressum, quòd anno præcedenti pro annuo Canone librarum 120. eidem Lanfranco bona erant in emphiteusim concessa, & ita pro maiori pẽsione. Item, quòd Rosolminis fuerant locata per retroacta tempora, sub Canone librarum 250. Nec me mouet, quòd propter bella, & inopiam cultorum, quibus hæc prouincia tunc ægebat; solita pensio nõ reperiebatur; quia hoc
63 † tempus carestiæ nõ debet attendi.l. prætia rerum.vbi omnes.ff.ad leg.falcid.tetigi supra in Decisio. 46. nu. 270. & spes erat maioris redditus, quæ erat consideranda.c. fine exceptione; ibi (meliora prospiciat, & non sit dubium Ecclesiæ profuturum) 12.q.2.Ideo non debebat prælatus ex hac causa, quæ non est perpetua, concedere, vel alienare; & hoc tempus & accidẽs considerare, sed meliora prospicere, & quòd diligens paterfamilias faceret, & quòd Deus dabit his quoq; finẽ, & quòd in dies cultura augebatur, & prouincia hominibus, & animalibus, bello, & alijs infortunijs deserta, quotidie replebat, & meliorabatur. Bart.consi.184 ad intelligentiã, in fine, libr.2. Natta consi.631.nu 16.uol. 3. & ubi aliter facit Ecclesia læditur ex hac culpa, & non diligenti, & inconsiderata concessione. Natta consi.548.nu.4.uol. 3. tetigi supra, in Decisio.46. nu. 23. cum seq.nu. 141. & nu.265. cum seq. & Decis. præced. 45. nu.53. in 1. part. & ex euentu futuro non prospecto, & qui inspecto statu præterito, præsenti, & breui futura melioratione Ecclesia, & minor, dicuntur lædi si solùm præsens tẽpus consideretur, & nõ quod potest euenire. Afflict. Decis. 87.nu. 3. & ista non erat naturalis, sed accidentalis perceptio, propter infortunia, nec perpetuam causam uer similiter habebat, quę non attenditur ex allegatis: Tertia est subreptio, quoniam si Rosalmini erant obligati ad maiorẽ pensionem librarum.260. statim fuisset contra eos declarare caduci
64 tatem, quia non † poterant ab emphiteusi, ob non solutionem cadere, nisi Domino uolente l.2. C. de iure emphit. ubi Ias.nu. 6 Felin.consi.24 num. 10. Cassad. Decis.2. cum seq. de locat. Paris. cons. 24. num.18. lib.4.consi.108.nu.33. lib.1. Itẽ si alia inuestitura est subsequuta Domino Lanfranco facta sub annua ficti maiori præstatione, à qua pariter recedere non licebat, cùm contractus nominatus esset.l. j. C. de iure emphit. certè ea omnia, quæ sunt dicta, & breui subsequuta causa dicti Censualis contractus, sunt ad gratiam Domini Lanfranchi, colore quæsito gesta; ut euentus docuit, qui considerandus est.l. qui res.§. rem autem. ff. de solut. & illud Phyllidis Ouidianę, exitus acta probat, quod Bald.al legat.c.1.col.2.q.6.quib.modis feud. amit. Soc.consi.127.co.5.uer.comprobo, & quarto lib. 3. cum allegatis per Crauet. consi. 77.nu.x. Tiraq. ad finem retract. consang. num.18.cum seq.quę omnia non fuerũt expressa, sed inuolucris tantum curauit. Dominus Lanfrancus obripere confirmationem. Quarta est obreptio, quia præsupponit in dictis precibus, & inuestitura, qđ præpositis cædulis in plurium concursum, Dominus Lãfrancus meliorem conditionẽ
65 obtulerit, prout fieri debet, quia † conditio melior debuit acceptari, & non durior, vel damnosa fieri. Paris. consi.101.nu.132. in fine, cum seq.libr.1.Barb. consi.12.num. 20.circa finem libr.3. tetigi supra Decisio.45.nu. 39. Decisi. 46. nu. 134. in 1. part. Abb.cap.ad aures, not, ult.de reb.eccl. non alien. authent.hoc ius, ibi, ut plus offerenti detur.Bart.authent.qui rẽm. nu.6. in fine. C. de sacros. eccles. & licèt Prælato non credatur in hoc, nisi constet Anchar. clem.1 de reb.eccl.non alien.Ruin.cons.68. nu.16.lib.1.Ferret. consi.248. nu. 10.cum seq tamen ex prædictis contrarium apparet, quia cùm prima emphiteusis esset sub Canone librarum 250. & secunda sub canone maiori librarum Nonaginta dolosè, & uolũtariè est actũ, ut sub libris Nonaginta de emphiteotico contractu ad censualem fieret transitus, & ex mendacijs arguitur dolus. Crauet.consi.2.num.12. uol.j.&
66 l.si quis affirmauerit. ff. de dol.& † dolus arguitur cõtra administratorẽ, si quid facit ad damnũ eius, cuius bona administrat, & procurando contrarium eius, quod facere debebat.l.dolus. l. si Procuratorem.§. dolo.ff.mandati, cum allegatis per Crauet. consi. 142.num.15. libr. 1. Et res æstimari debet, & pensionis quãtitas declarari, consideratis qualitatibus pactis, oneribus, & conditionibus omnibus, cũ quibus bonæ

alienan-

alienantur, uel conceduntur, Bar. l. 2. num. 19. Cagnol. num. 233. Pinel. par. 3. nu. 23. C. de rescind. uend. Ripa. l. prima. §. si hęres. ff. ad Trebel. Bar. l. pretia rerum. ad leg. falcid. Angel. de Aret. §. si quis. agens, insti. de actionibus. & Gemin. consil. 193. tetigi. supra Decisio. 28. nume. 35. hac 2. parte cum aliis. Item deponunt de præsentanea non futura perceptione, quæ post decē annos confertur, & per tempora uariatur. d. l. prætia rerum. Pantal. d. l. 2. nu. 173. ver. idem ēt nu. 204. uer. facit, quoque. & in d. locis, & tetigi in Decisio. 46. num. 188. & num. 255. in 1. par. & ex perceptione decem annorū, res multum poterat ad utilitatem Ecclesiæ interim meliorari. Nec fuit utilis concessio Ecclesiæ, ut omne accipiēs rerū dominium haberet, & melioramentis gauderet, quæ ex re Ecclesiæ processerunt, & nō nisi læsio magna fuit. Deci. cons. 142. num. 5. tetigi in d. Decis. 46. nu. 133.

67 Nec obstat † pręsumptio, quæ ex decreto, & antiquitate temporis insurgit, pro validitate dictæ inuestituræ, & eius cōfirmationis, quoniam illa ex euidenti damno & prædictis fortioribus in contrarium apparētibus cessat, & illi tantū statur, donec aliud ostendatur. Deci. in consil. 142. Gemin. Ias. Rodoan. & alii, quos supra allegaui, nu.... late potest aliter responderi, ut dixi in dicta Decis. 46. num. 202. uer, non obstat. 3. præsumptio. in prima par. & faciunt bene quæ dixi supra, num. 11. & sequenti.

Non obstat, præscriptio, quoniā uiuēte
68 Prælato, qui male † alienauit, illa nō incipit, nec currit. Bar. l. magis puto. §. si pupillus. in prima lect. ff. de reb. eorum. in l. qui fundum. §. si tutor. ff. de usucap. pro emptore, Abb. cap. ex transmissa, col. 2. in 3. casu. Felin. c. 1. col. pen. cum seq. de pręscrip. Soc. iun. col. 56. nu. 27. lib. 2. ubi, & successori datur restō pp ignorantiam probabilē. Rain. consilio 68. numero 20. & 24. lib. 1. Hieronim. Gabr. consi. 36. num. 53. Marius Anguissol. consilio 79. num. 69. tetigi in Decis. 40. numero 29. Decis. 45. num. 59. cum seq. in 1. par. & dixi supra nu... Iacob. Beretta. consilio 111. numero 14. cum seq. Balb. de præscrip. in 4. par. q. 29. ubi & tempus quadriēnii ad petendam hanc restitutionē (quoniam est utile) nō currit, durante probabili ignorantia, & propter mutationes Prælatorum, & enormissimā læsionem, datur etiā restitutio post dictū quadriennium. glo. ult. cap. 1. de rest. in integr. lib. 6. Abb. cap. 1. num. 2. & ibi Felyn. col. pe. & fina. eod. titu. & tetigi supra Decisio. 45. in additio. nu. 53. & 55. in prima par. & tetigi hic supra. nu. 8.

69 Accedit, ut supra dictum fuit, ꝙ & † solemnitas, & causa necessitatis, aut euidentis utilitatis, non fuit adhibita, nec interuenit, ut requiritur, non obstante Delegatione facta per Summum Pontificem Commissariis, ut patet ex allegatis hic supra, nu. 39. & tetigi latè supra in Decisio. 45. nu. 80. & seq. & in Decisio. 46. numero 27. 28. 32. 33. & seq. & numero 374. 375. & 392. in prima par. late Rim. Iun. consilio 355. nume. 24. & seq. uolum. Iaco. Beretta. consilio 92. Iacob. Menoch. consi. 115. uol. 2. & Guliel. Rodoan. De reb. eccles. non alien. cart. 228. num. 22. & seq. cum aliis; attento etiam, quòd hoc in Delegatione, & commissione exprimitur, ubi mandat (Canonicè, & licita tamen, & honesta confirmari) & sic non est uerum, quòd sola commissio & Delegatio Papæ, & illius confirmatio sufficiat, si non sunt seruata seruanda, & ad unguem etiam uerba commissionis, ideo inuestitura vti nulla, & de facto facta rescindenda, & annullanda, & bona relaxanda unà cum fructibus a die inuestiturę com-
70 pensandis, cum † melioramentis, si quæ facta sunt, si uerò facta non sunt, a die, quo modernus canonicus obtinuit beneficium ex æquitate postea quam Canonicus prædefunctus contētatus fuit pro suis fructibus de dicto fictu librarum Nonaginta, per ea, quæ dixi supra. Et per Bello. consi. 25. sub num. 6. & in fortioribus terminis,
* ita pluries fuit IVDICATVM, *ut est uidere supra in d. Decisio. 46. in prima par. & hic supra, num. 21. in fi. & nu. 43. in fi. & in isto casu, etiam ad fauorem ecclesiæ & R. D. Canonici fuit IVDICA-
* TVM* de anno 1560. & postea istis tertiis possessionibus Reis conuentis facta fuit noua inuestitura cum bono augmento ficti libellarii, & cum clausula Restrictiua (ꝓ se suis filiis, & Descendentibus masculis tātum, usque in infinitum, & cum probibitione alienandi in extraneos, & fœminas) &
* ēt ter nouissimè fuit IVDICATVM* ad fauorem Reuerendiss. Episcopi Papiensis, contra tres celebres Doctores, ut apparet inf. in Decisio. 30. hac 2. par. ideo bene consideretis hæc omnia supra deducta in

illis

istis tribus conclusionibus uos Iudices ecclesiastici, & Rectores ecclesiarum, ac emphiteotæ, ne saluando corpus perdatis animam, nam quid prodest homini, ut totum mundum lucretur, anima uerò in infernũ detrimentum patiatur?

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO XXX.

## ARGVMENTVM.

Proclama, & citatio generalis, & per edictum, an & quando ligat ignorantes, & absentes, & alios de illo loco hic uideto.

Inuestitura quando dicatur renouata, & quando noua, aut aliqua hic tractatur.

Bona ecclesiæ quando dicantur incorporata ecclesiæ, & quando sint solita dari in emphiteusim, & quando possint alienari sine nouis solemnitatibus, & causis, & quando requiruntur, hic uidere poteris.

Solemnitas, & census Papæ, aut ordinarij, quãdo præsumatur ex longinquitate temporis, his uidebis.

Præscriptio contra bona ecclesiastica, & quando, & quomodo currit, & incipit habere locum, hic legito.

Caducitas una, & plures quando possunt fieri in uno iudicio, & ante, & quis possit declarare caducitatem, & contra quos, & quis remittere eam, hic cognosces.

Inuestituræ bonorum ecclesiasticorum, quando dicatur nullæ, & inualidæ, uide hic.

## SVMMARIVM.

1 *PROCLAMA potest fieri absque citatione particularium, & maximè data ignorantia, & multitudine personarum, vide nu. 64. & seq. vsque ad num. 68.*

2 *Citatio praconia admittitur absque citatione particularium propter ignorantiam, & multitudinem citandorum, nu. 62. 64. & seq. vsque ad nu. 68.*

3 *Citatus & interpellatus generaliter si intra sex menses non comparuerit, vel non soluerit, non debet audiri, & expelli potest, & nu. 67.*

4 *Caducitas potest contra emphiteotas declarari absentibus, ignorantibus, & non citatis dictis emphiteotis. nu. 68. & 101.*

5 *Caducitas declarata contra emphiteotam non solùm praiudicat ipsi, sed etiam omnibus eius descendentibus & haredibus & etiam fideicommissarijs & hipothecarijs.*

*Emphiteuta si est diuersi fori, an cadat a iure suo, si non soluit intra tempus biennij vide nu. 6.*

6 *Caducitas ob nõ solutum canonem integrum declarata dicitur ex iusta causa declarata, & canonis solutio debet per emphiteotam probari, si dominus, & emphiteota sunt eiusdem fori; & bona data sint ad corpus, & non ad mensuram, aliàs secus, si dominus directi non probat se in dicto loco die solutionis fuisse, vel fecisse procuratorem sciẽte emphiteutr. nu. 78. & 118.*

7 *Locatio, & pensionis perceptio probant possessionem dicti locantis, & pensionem percipientis, etiã contra tertium, illo tempore non possidentem.*

8 *Fructuum perceptio vltra annum denotat incorporationem bonorum, ex quibus fructus percepti fuerunt. nu. 35. 53. 84. & 85.*

*Bona ecclesia dicuntur incorporata per possessionem annalem, sine reseruatione, & protestatione. nu. 8. 35. 53. 84. 85.*

9 *Ecclesia utilitatem debet pralatus prospicere.*

10 *Bona ecclesia semel ad ecclesiam deuoluta nõ debent alicui concedi, nisi seruatis seruãdis, & sic cum solemnitatibus, & causis licitis, nu. 79. & seq.*

11 *Actus contrarius tollit actũ nõ cõtrariũ, qñ ille prior actus nõ est consuetudme firmatus.*

12 *Pacta noua inuestitura bonorũ ecclesiasticorũ & seu concessioni adiecta arguunt nouam concessionem, & nouationem, & dicitur à prima concessione recessum. nu. 34. & nu. 88.*

13 *Ecclesia*

13 Ecclesia propter læsionem enormissimã ex alienatione eius bonorum prouenientem, potest restitutionem in integrum petere, etiam post quadriennium eidem concessum ad restitutionem in integrum petendam, nu. 91.

14 Tempus quadriennij concessum ecclesiæ ad petendum restitutionẽ in integrũ propter alienationem bonorum ecclesiasticorum, non labitur durante prælato illicitè alienante.

15 Locatio & alienatio de bonis ecclesiæ non solitis in emphiteusim dari, nõ ualet, absq; solẽnitatibus requisitis, & ẽt qñ sunt solita dari in emphiteusim, & sunt reuersa ad ecclesiam nu 79.

16 Lex nõ p̃sumitur correcta, nisi ꝓbetur, uel ꝙ cõtra eã fuerit in cõtradictorio iudicio obtẽtũ.

Lex potest in una parte esse correcta, & in alia non. nu. 16.

17 Caducitas ipso iure incurritur uolẽte dño.

18 Caducitas prima inuestitura declaratur ꝑ secũdã inuestiturã ẽt inualidã, alijsq; factã.

19 Caducitas potest de nouo declarari, si emphiteota non seruat pacta in inuestitura etiam inualida apposita, & nu. 32.

20 Caducitas semel incursa non potest per procuratorem vel sindicum ad recipiendum, uel priorem generalem, aut prælatum remitti.

Prælatus non potest præiudicare successori in iure quæsito ecclesiæ, nu. 20.

21 Ratihabitio domini facit valere actum sui ꝓcuratoris, aliàs nullum ex defectu mandati.

22 Mandatum probatur ex sola attestatione mãdantis.

23 Ratihabitio speciali mãdato æquiparatur.

24 Procurator generalis non potest fictabiles, & emphiteotas expellere, nisi subsit cã euidens.

25 Procurator ecclesiæ & Cæsaris non potest dãnosa ecclesiæ & Cæsaris facere, sed tantum vtilia.

26 Ecclesia & fiscus paribus gaudẽt priuilegijs.

27 Procurator constitutus ad omnia, uel cum libera, potest omnia quæ potest dominus excepto dolo & donatione.

28 Procurator habens mandatum ad declarandam caducitatem, potest eam declarare ẽt si illud mandatum non sit indiuiduum cõtra talem, & de talibus rebus, quia fauorem constituentis respicit.

29 Mandatum generale cum libera, sufficit etiã in casibus requirentibus speciale mandatũ, vt in restitutione in integrum.

30 Emphiteosis ecclesiastica simpliciter accepta transit solummodo ad descendentes, et nõ ad extraneos. & nu. 51.

Emphiteusis accepta pro se, & hæredibus suis intelligitur de hæredibus sanguinis. num. 30.

31 Locatio & concessio noua ecclesiastica præsumitur facta eodem modo, quo facta fuit prima, ut si ex libris ecclesiæ prima appareat simplex, ita & secunda.

32 Caducitas potest declarari ob multas causas. nu. 19.

33 Emphiteotæ incumbit onus probandi solutionem canonis, & sufficit locatorem producere instrumentum debiti nu. 53. & 78.

34 Emphiteusis ecclesiastica facta à principio duobus fratribus, non transit ad alterum ipsorum fratrum, uel aliorum, per ius accrescendi, sed dominum reuertitur; & idem si alter eorum non ratificat, & nolit acceptare, & quomodo, ac quando.

Ius accrescendi non habet locum inter fratres, quando inuestitura est facta pluribus pro ipsis, & filijs, & descendentibus altero eorum mortuo sine descendente, & quando, nu. 34.

35 Inuestitura dicitur noua facta, quando in ea noua clausula, uel qualitas, vel persona, vel forma sit posita, nu. 39. 53.

36 Citandi regulariter sunt illi, de quorum interesse tractatur, non tamen in caducitate declaranda.

37 Audiri non debet interesse non habẽs, nu. 66.

38 Mandatum procuratoris declarantis caducitatem non præsumitur.

Caducitas non dicitur ratificata ex sola scientia, nu. 38.

Caducitas præsumitur declarata ex receptione pensionis, ex noua inuestitura nu. 38.

39 Caducitas & ratificatio non inducitur ex receptione pensionis noua inuestitura, sed tantum approbatio inuestituræ, & vide hic.

Inuestitura noua non potest fieri citra ius caducitatis, nu. 39.

40 Mora non potest considerari contra hæreditatem iacentem, & uide nu. 75.

Caducitas incurritur ipso iure contra hæreditatem iacentem, quia contra illam currit tẽpus, soluendi canonem, sine aliqua interpellatione, & nu. 75.

41 Restitutio hæredi non competit, qui intra quadriennium non petit eam.

42 Hæreditas iacens non uenit appellatione personæ, ideo in factum & interpellatio non requiritur.

43 Hæreditas iacens non datur, quando adsunt filij.

44 Bona vacantia quæ sint, uide hic remissiuè.

45 Procurator ecclesiæ regulariter non potest de-

clarare

clarare caducitatē, nisi habeat speciale mādatum, uel cum libera.

46 Procurator generalis etiam sine libera potest declarare caducitatem, si non facit aduersus gesta per dominum.

47 Ignorans non dicitur renuntiare.

48 Restitutio ecclesiæ non competit, si tempus indultum ad restitutionem petendam sit decursum, post scientiam eius, vide ibidem.

49 Procurator ecclesiæ, etiam cum libera, non potest nouam inuestituram facere cum damno ecclesiæ.

50 Libri ecclesiæ ex consuetudine generali pbāt, & fidem faciunt, & nume. 108. & seq.

Excommunicatus est qui tenet bona ecclesiæ sine titulo, aut cum titulo inualido facto contra iura canonica, nu. 50.

51 Inuestitus de bonis ecclesiasticis, si decedit sine descendentibus illa bona ex sui natura reuertuntur ad ecclesiam.

52 Serores vti proximè agnatæ earum fratrum, an reinuestiri debeant de bonis ecclesiasticis post ipsos fratres, vide hic, & nu. 130.

Rector ecclesiæ, qui fecerit, uel confirmauerit inuestituram nullam, potest illam reuocare, et rescindere ex defectu nullitatis. nu. 53.

53 Inuestitura renouare non potest cessante causa prima inuestiture, & propter incorporationem bonorum. nu. 8 & 15. 127.

Inuestitura noua de bonis ecclesiæ ad ecclesiam reuersis, non potest fieri, nisi cum causæ cognitione, & euidenti vtilitate ecclesiæ, num. 15. 35. 53 79 84 127.

54 Bona ecclesiastica respectu ecclesiæ præsumūtur emphiteotica, ut ecclesia minus lædatur, respectu uerò aliorum præsumuntur censualia, uide nu. 103.

55 Procurator ecclesiæ & Episcopus non potest se iuuare de eo, quod impugnat, nisi impugnatio sit de causis inter se compatientib.

56 Indefinita non æquipollent uniuersali in materia probationis.

57 Natura rei debet magis attendi, quàm vox.

58 Alternatiua parit obscuritatem, ideo interpretatio fieri debet ad fauorem consitentis.

59 Præparatorium consistit in sequentia, quia ex præparatis infertur ad præparatum.

Hereditas non dicitur vacans, nisi quando nullus speratur heres, & quando possit dici uacans, aut iacens. nu. 59. 60.

60 Bona quando, ac quomodo dicantur uacātia, & iacentia, nu. 59. & 60.

Curatorum bonorum datur quando hæreditas est iacens, nu. 60.

61 Possessio non continuatur in hæredem ēt sūm, licèt dominium continuetur.

62 Iudex ecclesiasticus, an sit iudex competens contra laicum emphiteotam ratione solutionis non factę, & caducitatis declaratæ, & nu. 64.

65 Præsentia nō pſumitur ad fauorem illius, qui actū impugnare vult, & se fundat in pſētia.

Absens, quis præsumitur tempore pestis, & belli nu. 65.

66 Nemo sine interesse audiri debet, siue agat, siue excipiat.

67 Bona remāsa deserta, si per sex mēses post edictum, aut interpellationem nullus cōpareat, ecclesia pot retinere, & priuare conductores, & alijs concedere. & supra nu. 3.

Emphiteota interpellatus, si nō soluit intra sex menses, an possit sibi declarari caducitas, & eum expellere ante biennīū, vide n. 3. & 67.

68 Caducitas pōt declarari absque citatione, & ignorante emphiteotā, & tacitè, & expressè contra non soluentem, & nu. 4. 101.

69 Citatio non requiritur in declarando ea, quæ à nostra conscientia, & uoluntate pendent.

70 Citatio, quando nō est necessaria, actus ualet, siue citatio sit nulla, siue citatus non sit expectatus. num...

Citatio generalis ad hoc ut afficiat, debet in locis publicis affigi. nu 70.

71 Ordo iuris non attenditur in confitente.

Confessio, & approbatio tollit nullitatem ordinis iuris, & citationis. nu 71.

72 Citatio generalis per edictū uel uocē preconiā pōt fieri, quā ignoratur certus contradictor, & bona remanet inculta, et derelicta, & nu. 77.

Citatio præsumitur legitimè facta ex diuturnitate temporis. nu. 72.

73 Iudex ex officio debet inquirere, ubi de iuribus principis, aut ecclesiæ agitur.

74 Appellatione personæ, non uenit hæreditas iacens, ubi aliquod factum requiritur.

75 Caducitas potest contra hæreditatem iacentem, & uacantem declarari, si non fuerit facta solutio canonis, nu 40.

Hæreditas iacens, uel uacans pōt pœnas incurrere propter contractum legitimis, nu. 95

76 Clausula (cum reservatione conuenti stricta retenta) quid operatur, uide hic.

78 Caducitas non potest declarari contra eum, qui non percipit fructus, & non possidet, & quando nu. 101.

Emphiteotæ incumbit onus probandi solutionē caducitate declarata nu. 6 33 & 76.

79 Inuestitura noua facta sine solemnitatibus, et

causis

causis licitis, non ualet, & si essent solita dari in emphitéosim, & quando dicitur noua, nu. 84. & nu. 10. & seq. & nu. 127.

Bona ecclesiastica quando, & quomodo dicuntur solita dari in emphiteosim, uide numer. 10. & sequen. & nume. 79. & sequen. & nu. 127.

81 Solemnitas extrinseca, & utilitas euidens, aut causa necessaria, an psumitur ex longinquitate temporis in alienatione bonorum ecclesiasticorum, uide hic latè. & nume. seq.

82 Consensus, & licentia Papæ an præsumatur ex cursu temporis, et diuturnitate temporis, uide hic nu 81. & seq.

83 Consuetudo, & constitutio inferioris non pōt derogare solemnitatibus, & causis ordinatis à sacris canonis in alienatione bonorum ecclesiæ.

86 Bona ecclesiæ multis de causis possunt alienari, licèt regulariter non possint, & reducũtur in summa ad quatuor scilicet, necessitatis, pietatis, commoditatis, & utilitatis.

87 Pensio in alienatione bonorũ in emphitheosim perpetuam ad hoc, ut sit euidēs utilitas, quãta debet esse, uide hic. nu. 85.

88 Pacta noua, & augmentum pensionis, & personarum, an & quando nouam inuestituram inducunt, uide hic. nu. 12. 34.

Locationis, & uenditionis substantia est pretiũ pensio, res, & consensus, nu. 88.

Pecunia potest augeri pēsionario propter speciē soluendam, quia species est periculosior pensionario. nu. 88.

89 Inuestitura in dubio præsumitur noua, & non renouata, & quando dicatur renouata, et noua, nu. 35 53. 79. 84. 90.

91 Inuestitura propter enormissimam læsionem dicitur dolosa, & est annullandæ. nu. 13.

92 Læsio enormissima, quæ, & quando dicatur, uide hic, & nu. 96.

93 Remissio non fit in contractu emphiteotico, nisi res pereat in totum, & nu. 94.

Inuestitura facta de temporali, ad perpetuum dicitur damnosa ecclesiæ. nu. 93.

96 Pensio ordinaria non dicitur, quæ percipitur tempore pestis, belli, et inundationis, quia est momentanea.

97 Fructus æquali pretio debent uendi potius locatori, quàm alteri.

Conductor antiquus præfertur nouo, si minus non offerat nu. 97.

Emphiteuta potius debet uendere fructus, melioramenta, & ius suum directo domino pro æquali pretio, quàm alteri. nu. 97.

98 Emphiteosis concessa simpliciter alicui transit solum ad suos descendentes, & non ad extraneos, etiam si diceret pro se, & hæredibus suis, & nu. 99. 100.

99 Emphiteosis accepta, seu præscripta simpliciter intelligitur usque ad tertiam generationem descendentium.

100 Inuestitura, & qualibet alia obligatio est trãsitoria ad hæredes, licèt in illa non sit expressum nomen hæredis, quod tamen non procedit in bonis ecclesiæ, quo ad hæredes extraneos, sed solum descendentes, nisi expresè sit dictum, & nu 98. & 99.

102 Oblatio canonis prodest contra caducitatem posteriorem, & quando, uide hic.

Caducitas non habet locum, quando emphiteota soluisse ultimo anno absque contradictione rectoris, licèt per tempora retro quamplura non soluisset, si hoc rector non ignorabat, aliàs secus, nu. 102.

Emphiteota, qui soluit per multum tempus minus, quàm in inuestitura continetur, an, & quando cadat à iure suo, et an teneatur soluere integram pensionem pro tempore præterito, nu. 102.

103 Censuarius non cadit à censu etiam si p mille annos cessaret à solutione.

Contractus quando dicatur emphiteoticus, et quando censuarius, uide hic, nu. 103. et seq.

Census quãdo dicatur, et quando emphiteosis, uide hic. nu 54. 103. 104 & seq.

Caducitas non habet locum in contractu censuali, secus in emphiteosi, et quando dicatur census, nu. 103 104. & seq.

Dominum transfertur in censu, secus in emphitheosi, nu. 103. et seq.

105 Causa leuior, et utilior pro ecclesia in dubio fauore ecclesiæ præsumitur.

107 Dominium utile solum in dubio dicitur alienatum, et translatum fauore ecclesiæ.

108 Scriptura, an requiratur in alienatione bonorum ecclesiasticorum. uide hic. nu. 109. 110.

109 Consuetudo, et obseruantia dat fidem scripturis, et nu. 50.

Libri Episcopatus, & monasterij an, & quando faciunt fidem, uide hic & nume. 50. 108. & sequen.

111 Identitas bonorum, quomodo, & quando probatur, & quid quando plura confinia reperiũtur, & diuersa inter diuersa instrumēta.

Bona præsumuntur liuellaria omnia illius loci, pro quo soluitur pensio per emphiteotam, nisi probetur contrarium. nu. 111.

Emphiteota, & eius heres tenetur reconsignationem de

*lo iudicio, et idem econtra, et quando praiudicat.*

127 *Confessio facta à parte in iudicio, si probetur erronea per confitentem, non praiudicat confitenti, nisi ante prouocationem sit à iudice approbata in sententia, secus si reprobata.*

128 *Causas quibus euitatur caducitas ob non solutionem canonis, uide hic remissiuè.*

129 *Caducitas an, et quando habeat locum propter deteriorationem, uide hic remissiuè.*

*Caducitas an habeat locum in omnibus bonis, quando est facta deterioratio, uel alienatio in una parte tantùm, nu. 135.*

*Deterioratio an, et quando potest causare caducitatem, et in qua parte, nu. 129. 136.*

130 *Caducitas non declarata, contra eum, qui nō soluit, aut deteriorauit, uel alienauit an, et quando illo mortuo possit declarari contra hæredem, et successorem, affines, et cognati non possunt petere reinuestiri, nisi ob finitā generationem, et quomodo, nu. 130. et 52.*

131 *Caducitas an, et quando possit declarari contra alienantem bona irrequisito directo domino, et quid si non possidet, sed aduersarius, 132. 133.*

132 *Caducitas habet locum, quando quis negat bona esse ecclesia, et emphiteotica. numero, 132.*

*Dominus directus potest ire contra quemlibet possessorem, et propria autoritate ingredi possessionem, ob non solutionem canonis, deteriorationem, uel alienationem, nu. 133.*

133 *Ecclesia et maior possunt alienare, et transigere sine etiam solemnitatibus, quando non possident, sed aduersarius, nu. 134.*

*Minor & locus pius potest alienare sine solemnitatibus, et transigere, quando non possidet, sed aduersarius. nu. 133, et 134.*

## DECISIO LXXIIII.

POstquam latè supra fuit declaratum de ualiditate, & inualiditate inuestiturarum bonorum Ecclesiasticorum ex defectu solemnitatum, & causarum necessitatis, aut euidentis utilitatis, & quoniam materia est ualde practicabilis, & est de pane lucrando. & aliquando malè intellecta, & degustata, & præcipuè quando bona sunt possessa a magnatibus, & potentibus per longum tempus, & non curant illa relaxare, & pro bono temporale perdere animam, & se putare inuā ri presumptione, & prescriptione, & iudices (vanno come la Bissa all'incanto a dare tali sententie contra istos petentes,) Ad hoc, ut nullus possit in nouissimo die se excusare, uolui in prima parte mearum Decisionum ponere de ueritate istarum inuestiturarum, & bonorum ecclesiasticorum, possessorum per Laicos tres Decisiones. scilicet. 44. 45. & 46. & in ista secunda par. alias tres, scilicet xxix. xxx. & xxxi. quas si bonus & cōscientiatus iudex perlegere non dedignetur; poterit se deliberare, quomodo suam proferre debebit sententiam, & ideo hic inserere volui materiam Nullitatis d. inuestiturarum, Caducitatis ob non solutum canonem, Alienationis, Deteriorationis, p̄sumptionis, & prescriptionis ob possessionem longi temporis, ex eo, quia ista causa vertebatur inter potentes, & sapiētes. Nā Episcopus Papiensis ad utilitatem sui Episcopatus, mouit litem contra Sacchetos, & alios possessores, & illius, ac Excellens Gābarana dignissimus Senator, Magnif. D. Theodorus Medda, & Magnificus D. Franciscus Bozzolas Orator Magnificę ciuitatis Papiæ habebant interesse in hac causa non leue.

Vnde ad fauorem Mensæ Episcopalis Papię contra istos Papienses fuit dictum, ꝙ proclama die 5. Februarij. 1531. potuit absque † citatione aliquorum particularium
1 fieri, qui ignorabantur, qui se dicerent hæredes, vel bonorum possessores, vel in eis aliterius pretenderent, Barto. extrauag. ad reprimendum, in verbo, per edictum, in fine, Maranta in Speculo, in quinta specie citationis, numero 90. in fine, Tiraq. de retractu consang. §. 36 gloss. 2. num. 57 Felin. c. 2. nume. 8. de cōstitut. Vant. de nullit. ex defectu citationis, numero 112. & 122. vbi sufficit etiam in loco rerum citatio, neque erat persona, contra quam principaliter aliquid peteretur, & ignorantia citandorū, quorum interesset, & multitudo citandorum superat, iō † præconia etiam citatio
2 p̄mittitur. l. si eo tempore, C. de remiss. pignor Bart. d. extrauag. in uerbo, citatum, & cum tunc D. Sacchetti se non dicerent hæredes, & se abstinerent, nihil eorum interfuit, neque illis aliquod præiudicium ex eo fuit secutum, ideo frustra hodie conuenti hæredes conquerūtur, ꝙ eorum interesset.
3 Et cùm omnes generaliter † citati supra sex

3 omnes generaliter † citati, supra ex menses sint expectati, videtur, quòd dictis prædijs priuati remanserint, & alijs locari potuerint, & quòd declarata caducitas potuerit habere locum antebiennium. Maranta ubi supra, nu. 74. casu xi. per l. locorum, ubi Lucas de Penna, C. de omni agro deserto lib. xi. Rodoan. fol. 40. nu. 8. de reb. eccl. non alien. uide ad hoc Iaſ. in l. 2. nu. 47. q. 8. C. de iur. emphi. Hipp. Sing. 226. & Corset. singul. in verbo, Emphiteota. idem Rodoan. De reb. eccle. non alien. cart. 498. nu. 5. verſ. item non videtur habere, & Barba. c. quoniam frequenter. §. Porrò. vt lite contesta. Deinde subsequitur declaratio caducitatis die primo Decembris 1581. facta per eundem Dominum Saccum commissarium propter ficta non soluta, & quia nominati in ea se nō recognouerunt, & omni meliori modo, & in specie declarauit, hæreditatem Domini Francisci Sacchetti cecidisse, ac bona reuersa ad mensam episcopalem, quæ quidem declaratio
4 tali casu fieri potuit, vt infra dicam, & † absentibus & ignorantibus, & non vocatis emphiteotis, & eadem bona Dominus potuit sine citatione aliis concedere, Iaſ. l. 2. num. 21. C. de iure emphit. per Bald. cap. quæ in ecclesiarum, col. 9. de constit. Alex. consi. 44. nu. 1. & 3 lib. 2. Rimin. Seni. consi. 286. num. 4. Roman. consi. 212. in 1. dubio, Alex. consi. 6. num. 19. & 21. libr. 3. Io. Crot. consil. 265. in 2. dubio. Et huiusmo-
5 di † declaratio non solùm emphiteuta, sed etiam descendentibus & hæredibus præiudicat etiam Fideicommissarijs, & hipothecariis creditoribus, quia hoc venit ex natura inuestituræ, & contractus, vt tetigi supra Decisio. 29. nu. 40. & 41. hac 2. part. & & Bart. l. cum qui, nu. 3. ff. de inter. & releg. & infra, nu. 19. Clar. §. emphyteosis, quæst. 8. verſ. sed hic quæro, Iaſ. l. 2. nu. 58. C. de iure emphit. in l. si mihi & Titio, colum. pen. verſ. tenendo, ff. de verb. oblig. vbi hoc casu non accrescit alteri fratri, si est noua emphyteosis, Alex. d. conſ. 6. num. 18. libr. 3. Ruin. conſ. 166. nu. 12. & consi. 168. nu. 6. lib. 1. Rodoan. d. tract. fol. 496. num. xi. & tetigi supra Decisio. 29. num. 40. & 41. hac 2. part. & hic infra, nu. 34. Et ex iusta causa
6 fuit declarata, quoniam per multos † annos in solutione fuit cessatum. cap. potuit. de locat. authent. quia rem, C. de sacroſ. ecclesſ. vbi omnes, in l. 2. ubi glo. & Iaſ. nu. 132. C. de iure emphyt. dicunt, quod emphyteotæ incumbit onus probandi se soluisse, latè Anton. Gabr. de probat. concluſ. 6. nu. 21. Hip. Rimin. consil. 432. num. 4. uol. 4. consi. 165. num. 55. uol. 2. & consi. 546. nu. 1. & 19. uol. 5. ubi non sufficeret etiam partis solutio, Roland. consi. 87. num. 2. lib. 1. Bursa. conſ. 257. nu. 3. vol. 3. Ruin. consi. 151. col. 1. lib. 1. consi. 167. nu. x. eod. ubi idem est, si de modica recognitione agatur, Rodoan. d. tract. fol. 436. in sect. canon. & Paul. Emil. Veral. Decisio. 182. nu. 2. lib. 1. car. 51. & Rimin. Iun. d. consi. 546. num. 20. & 21. vol 5. cart. 226. ubi etiam dicit procedere, si Dominus, & emphyteuta sunt eiusdem fori, aliàs debet creditor, & Dominus Directi probare se fuisse in illo loco tempore solutionis debitore sciente, aut ibi constituisse legitimum procuratorem ad eixgendum Debitore sciente, & tetigi in Repertorio Decisionum, in verbo Debitor & creditor, in prima part. & etiam procedent supra, quando bona ad unum pretium, & ad corpus essent data in emphiteusim, secus si ad mensuram, & tot pro pertica, & Bubulca solueretur, quia tunc solùm pro parte non soluta caderet, vt per Bursa consi. 233. vol. 3. cart. 35. & faciunt, quæ dixi supra in Decisio. 6. nu. 6. & 18. & seq. hac 2. part. cart. 131. Et ex his apparet clara responsio ac ea; quæ dicuntur ex aduerso, quòd in his edictis & proclamationibus citatio Dominorum de Sacchettis requirebatur. Ideo nulla; & gratias agere debuerunt emphyteotæ Domino commissario, qui cum magno temperamento processit, nec contra eos percurrere uoluit. His peractis Reuerendiss. Episcopus perseuerauit in possessione bonorum, lo-
7 cando, † & pensiones percipiendo à conductoribus vsque ad diem 30. Aprilis 1534. Nam ex his clarè probatur de eius possessione, etiam contra Tertium illo in tempore non possidentem, vt per Bart. & Doctor. l. quamuis, §. si conductor, l. qui vniuersas, §. quòd si per colonum, ff de acquir. posseſ. Ruin. cōſ. 118. no. xi. conſ. 143. nu. 5. cōſ. 44. n. 2. & xi. lib. 4 cōſ. 161. nu. 20. lib. 1. latè Ant. Gabr. de locat. cōcluſ. 1. Menoch. remed. 3. retin. posseſſ. nu. 567. & 572. quæſt. 72. Pariſ. consi. 104. nu. 88. lib. primo. dixi supra. in Decisio. 23. nu. 83. hac 2. part. car. 548. Ancharan. Regienſ. quæſt.

40.nu.4.& seq. in prima part. & Io. Botta
cons.52.nu.4.& 5.cart.97.vbi dicunt idem
in Antiquissimis etiam sine perceptione
pensionis solo instrumento locationis Ap
parente, & hoc stante resultat incorpo-
8 ratio dictorum bonorum, cũ † vltra annum
fructus perceperit; Guid. Papæ decis.154.
num.3.Abb.c.vt super num.x.col.2.de reb.
eccles. non alienand. post Archidiac. Bar-
bat.consi.vltimo, inter cons. Alex.num.7.
lib.4.Corn.consi.181.lib.2.Bart.l. si vacan-
tia, nu.9. C. de bon. vacant.libr.x.Roman.
consi. 70. col. prima. Et licèt aliqui maius
tempus requirant, tamen eorum opinio
procedit, quoties causa prima cõcessionis
non cessat, sed ubi prima causa concessio
nis cessat, quia longe vtilius sit ecclesiæ re-
tinere, eo ipso, quòd causa prima cessat
vtilitatis, vel necessitatis, propter quas sit
rerum ecclesiæ alienatio, vt in casu no-
stro, in quo libræ cẽtum quinquaginta per
cipiebantur. Vltra centenarium casei, &
cõcessio prima libras 22. non excedebat, &
9 quia prælatus debet, quod vtile est † eccle
sia prospicere, cap. sine exceptione, 12.q.
2.cap.nulli, de reb.eccles.non alien.satis de
voluntate incorporandi apparet, eo ipso,
quòd omnes fructus, vt de aliis rebus men
sę, collegit, & in rationibus mensæ posuit.
10 Ideo de cætero non debẽt cõcedi, nisi † ser
uatis seruandis, Et ita præcedens opinio
procedit, Abb.d cap vt super, col.2.vers.ego
crederem De reb. eccl. non alienan. cum
quo tenent Rebuff. de Aliena. rer. eccle.
num 35.in 8.casu.& Iac.de Franc.in tit.qui
feud.dare poss.in princi.nu. 17. Rodoan.d.
tract. fol.460. nu. 4. fol. 248. nu. 24. Ber-
trand consi.256. parte 1 vol.2.Ferret.con-
si.248.num.14.Curt. de feud. q. prima se-
cundæ partis, nu xj. per c.3. de feud. ibi,
si videris expedire Afflict. constit. Baiulos,
libr. primo constit. diuæ memoriæ, lib.
3.Zas. de feud.in 5.par. nu.59. Martin.La
ud.d.c.primo nu.85.Rimin. Sen. cons.340.
num. 13. in fine, cap. in inuest. feud. in
verb feudum dans, concl.7.Bursat.cons. 27.
nu.102.& 122. Benintend. decis.13.nu.8.
secundò contraria opinio procedit, ubi
clarè apparet, quod res erant solitæ con-
cedi; aliàs secus, quia per solum contrariũ
11 † actum, quando non est firmata consue
tudo potest tolli, Abb. & Roc. cap. fin.
quæst x.conclus.prima de consuetud. & ita
facilius tollitur, quàm firmata, & iam in-
ducta, l.patre furioso, ff.de his, qui sunt sui
vel alien.iuris.& vide Ioseph Ludou. com
mune conclus. q.38. car. 84.col. 2. & te-
tigi supra Decis. xi. nu. 51. in prima
part. Sed non attenta huiusmodi incor-
poratione, dictus procurator generalis
voluit ex nouo titulo eadem bona, & alia
vsque ad summam perticarum 763. dictis
fratribus de Sacchettis, citra nomen hę-
redum patris concedere pro fictu librarũ
12 36. & nouis pactis. Et ita † noua est con-
cessio, Oldrad.cons.178.num.xi.Bero.cons.
159 num.xi.lib.primo.Crau.cons.24. num.
14.consi.80.nu.3.lib.j. cõs.910.nu.3.lib.5.
& à prima dicitur recessum, & facta no-
uatio, Crau.consi.351.nu.1.lib.1. quæ fieri
non potuit, stãte dicta incoporatione, &
causa vtilitatis cessante, & sine solemni-
tatibus. Abb.d.c.vt super, Curt.Iun.d.q. pri
ma Abb. & Doctor.c. si ne prelati vices
suas, clemẽ.prima, de reb.eccles.non alien.
extrauag.ambitiose.eod.tit.& tetigi supra
Decisio xxv.num.12. & 13. hac 2. part.Ia-
cob. Beretta. consi 111. num. 11. & seq.
Tobi. Noni. consi.58.nu.2. & seq. & Paul.
Emil.Veral.Decisio.17.lib.2,car.7. quibus
in locis etiam habetur, quòd non suf-
ficit, quod res sit solita in emphyteosim
concedi, nisi cum euidenti ecclesiarum vti
litate concessio fiat, & ubi solemnitates
interuenissent, quę in casu nostro non in-
13 teruenerunt ex læsionę † enormissima, re
scindi deberet, prout petitum fuit, & post
lapsum quadriennii, quod datur ad peten-
dum in integrũ restitutionum.glos vltima.
cap. primo. de integr. restit. lib. 6. Abb.&
alii cap. pen. de reb. eccles. non alien. Ro-
man.cons.123.consi.369. & cons. 407. in fi-
ne, Alex.consi.47. col. fin. lib.5. Felin.cap.
primo. col. penult.cum sequenti, de præ-
script.Iac.Beretta, qui in isto casu loquitur,
cons.111.nu.14.& de læsione satis apparet,
quia cum bona tunc essent quasi deserta, vl
tra libras 150. locabantur, & pro libris
36. sunt concessa, non prospiciendo,
quod in spe etiam proxima erat ecclesiæ
vtilius futurum, cap. sine exceptione, 12.q.
14 2.Nec dictum † quadriennium, durante
vita prælati illicite alienantis, labitur, glos.
d.c.1.Felin.ubi supra.Bar.l. qui fundum §.
tutor, ff.pro empt. Alex.consi. 9.in fin. lib.
3.& ibi additio concordantes citat, Iac.Be
ret.d.consi.111. num.15. Nec successori i-
gnoranti idem tempus currit, quoniam
à prin-

à principio est utile, l. fin. C. de tempo. in integr. restitut. Rub. consi. 13. col. fin. Alex. consi. 89. col. 3. lib. primo. Boer. Decis. 39. Dec. cons. 36. col. fi. tetigi supra Decisio. 29. nu. 8. 25. & seq. hac 2. part. Ideo potest mille annis durare, ante scientiam prælati, Balb. de præscrip. in quarta parte quartæ partis, quęst. 29. num. x. latè Crauetta de antiquis. tempor. in quarta parte, sect. materia, quæst. 23. nu. 57. & tetigi in Tracta. de Tutore. nu. 142. car. 135. in prima par. Alc. consilio 81. cons. 116. uol. 5. Rolan. cons. 68. vol. 3. Hiero. Magoni. Rota Luca. Decisio. 77. nu. 23. cart. 233. Nec valet dicta concessio, quoniam non apparet, quòd dicta bo-
15 na essent solita in † emphiteosim concedi, ut sine solemnitatibus possent iterum dari, cap. 2. de feud. Abbas d. cap. ut super. Doctor. d. authent. qui rem, C. de sacros. eccles. Curt. de feud. q. prima & 5. in 2. parte, Alex. d. cōs. 9. lib. 3. Rodoan. d. tract. fol. 35. num. 24. ad finem, nam duo requiruntur, bina concessio, & cursus quadraginta annorum, Deci. d. auth. qui rem, num. 20. Iacobin. in inuestit. in uerbo, in feudum, nu. 37. Zas. de feud. in 5. parte, nu. 52. Clar. d. §. feudum, quæst. 13. Claud. Aquens. de feud. in 7. declarat. princ. regulæ, in 4. requisito, Alex. dict. consi. 9. nu. 6. uol. 3. Bertazzol. consil. 46. nu. 19. & seq. vol. j. in ciuili. car. 154. Bero. consi. 142. nu. 14. & 19. uol. primo Rodoan. d. fol. 36. nu. 6. cum sequenti, tetigi supra Decisio. 25. num. 12. & 13. hac 2. part. & faciunt dicta Rochi de Curte, post Abbatem & alios in 2. requisit. 3. conclus. 3. q. & in prima concl. septimi requisiti, cap. fin. de consuetud. Requiruntur & alia, vt in dictis locis, vbi concessio non sit firmata authoritate apostolica, uel tempore immemorabili ad introducendam prædictam consuetudinem contra ius, & ecclesię præiudicialem, Dec. consi. 141 num. 4. Iacob. Berret d. consi. 111. num. 11. & de his nil constat in hac concessione, quæ omni solennitate caret, & à conuentis erant probanda, cum sit eorum fundamentum l. ab ea parte, l. ei qui, ff. de probat. & posito, quod fuissent solita concedi, tunc, cum euidenti ecclesiarum utilitate, & non cum dāno. erant bona concedenda, ut tetigi infra, num. 79. & inquit extrauag. ambitiosè, circa princ. de reb. eccl. non alien. quæ in hoc non reperitur ab vsu correcta, nec præsumitur, nisi ꝓbetur de initio dictę
16 extrauaganti, aut quod fuit † contrarium obtentum in contradictorio iudicio. per tex. in l. Arianus. C. de hæreti. & dixi in tracta. De Tutore. num. 41. & 42. cart. mihi 26. in prima part. Roderic. Soarez. in prohemio Fori, num. 9. & seq. Natta. cons. 575. nu. 33. & seq vol. 3. Crot. cons. 72. num. 19. & 42. & consi. 112. nu. 19. & 20. vol. 1. & Rim. Iun. cons. 10. num. 28. & seq. uol. 1. & quando lex super pluribus capitibus disponit, si i uno capite nō esset vsu recepta, nō per hoc dicitur in totum vsu contrario abrogata, sed solum in illo capite, & in alijs remanet in uiridi obseruantia, quia nō est inconueniēs, ut una lex, unum statutū, & una cōstitutio sit in una parte correcta, & in alia non, ut de lege prima. C de Naturalis. liber. tradunt Doct. ibi. & latè dixi infra in Decisio. 9. in 3. part. per totum. & maximè nu. 12. cart. 272. & per Alex consi. 107. nu. 6. uolum. 5. & ideo si esset correcta quo ad triennium. ut extenderetur ad nouennium, ut aliqui uolunt, licèt alij contra, ut tetigi supra in Decisio. 43. num. 2. 4. & 71. in prima par. Mandosi. de Resigna. gratiæ. in uerbo, in euidentem. car. 68. col. 1. uers. emanauit Bulla. & Carroci. in Tracta. de Loca. & condu. par. 1. Rubri. de Bon. eccle. non alienan. num. 5. & seq. cart. 9. Tamen quo ad alia capita remaneret in suo robore per supradicta, & per c. indultum, uers. sed illud sit. de Reg. iur. in 6. & sic quo ad euidentem utilitatē in casu renouatiuæ inuestituræ, in rebus solitis dari in emphiteosi, & in aliis capitibus, quæ sunt menti tenenda. Ex hac etiā noua inuestitura, quāuis nulla tacita alia declaratio caducitatis colligitur, ubi locus non esset ex-
17 pressæ caducitati: quoniā ipso iure † caducitas incurritur, modò Dominus uelit. l. 2. ibi, uolenti, & ibi, si Dominus uoluerit, & Ias. nu 6. post glos. & alios, C. de iure emphyt. & dicta uolūtas potest expresse & tacitè declarari, l. Paulus, ff. rē ratam haberi, cap. dilecti, ubi Deci. de except. ut puta, si bona uendat, uel alii in emphyteosim concedat, uel aliter disponat, uel de aliquo actu appareat, q̄ citra ius caducitatis fieri nō possit. Alex. cons. 106. num. 4. ad finem, uol. 4. Rui. consi. 168. nu. 18. 153. in principio 166. in fine, lib. primo Abb. consi. 67. nume. 3. lib. 2. Dec. consi. 146. nu. Socin. consi. 4. nu. 13. cum sequenti, lib. 3. Socin. Iun. consi. 119. nu. 12. lib. 1. Crau. consi.

379.sub.nu. 38. cum sequenti, 658. nu. 22. Hippolyt. Rimin. consi. 94. nu. 18. tetigi supra, in decis. 43. nu. 62. in prima part. Et
18 dato, quòd † inuestitura sit nulla, & inualida, ex ea tamen dicta uoluntas declaratur, l. fin. ff. de reb. eorũ. Cur. Iun. cõs. 134. nu. 3. Crau. consi. 113. nu. 6. lib. 1. tetigi supra, in Reper. Decisionum, in verbo, volũtas, in 1. par. Postea, quoniã dicti fratres inuestiti noluerunt obseruare conuenta in eadem inuestitura minus valida, Reuerendiss. tunc Episcopus aliam caducitatem die
19 2. Iulij 1534. ob hãc † causam declarauit, quod facere potuit, & etiam ex qualibet alia causa, vt infra nu. 32. & per Ias. d. l. 2. primo notab. per illum Tex. & in l. fin. num. 3. C. de iure emphyt. vbi pactiones inter Dominum, & emphyteotam debent seruari, & emphyteota non seruans cadit, sicut canonem non soluens, Ruin. consi. 110. nu. 1. lib. primo. Paul. Emil. Veral. Decisio. 181. li. 1. Et hoc non ex pęna, sed ex natura contractus prouenit, Bero. cons. 125. nu. 7. uol. 1. car. 499 Bursat. cons. 252. nu. 12. vol. 3. Rodoan. d. tract. fol. 25. num. 19. fol. 530. num. 12. tetigi supra Decisio. 25. nu. 41. & 42. hac 2. part. & hic supra, num. 5. Neque hæc caducitas reperietur remissa, neque
20 procurator, vel syndicus ad † recipiendum, vel generalis, aut Rector ecclesię potest illam remittere, quando fuit incursa propter ius quæsitum ecclesiæ. Afflict. decis. 129. nu. 9. Ripa. Respon. 2. nu. 12. 13. 17. & 18. lib. 2. car. 84. Crau. consi. 152. nu. 7. & 8. Hippol. Rimin. consi. 165. nu. 54. lib. 2. & consi. 257. num. 87. lib. 3. facit Alex. consi. 5. nu. 6. & 7. uol. 5. & generalis procurator non potest uenire aduersus ea, quæ Dominus facit, & ordinat sine mandato speciali, l. si hominem, ubi Bar. ff. mandati. Et præsertim quãdo procurator & Dominus ignorant, Afflict. dicta decis. 129. Anton. Gabr. de Malef. conclus. 35. limit. prima. Rodoan. d. tract. fol. 444. nu. 12. & 532. nu. x. Quæ omnia ostendunt, quòd si Dominus Bernardus Saccus, ut commissarius, & procurator generalis caducitatem, vt supra declarauit, & si dictos fratres inuestiuit, hæc omnia de voluntate Reuerendissimi tunc Episcopi fecit, & illã ratã habuit. Et defectus mandati non potest allegari, quia ubi procurator generalis, uel nullum, uel insufficiens mandatum habeat nomine Domini, vel ut procurator generalis declarat, & speciale mandatum requi-
21 rebatur ex † ratihabitione Domini ualet. glos. Imol. & alii l. Paulus, aliàs p procuratorem, ff. de acquir. hæredit. glos. pen. c. per tuas, de arbit. & sufficit tacita etiam ratificatio, Ias. l. si procurator, limit. 4. ff. de condic. indebit. Crauetta, consi. 748. nu. 21. uol. 5. Vbi inquit, quòd hoc solus Dominus potest opponere, quia in eius potestate est,
22 ratum habere, & † mandatum ex attestatione cõstituentis potest probari, Rimin. Sen.
tus legitimam,& Trebellianicam, quæ faciunt medietatem bonorum hæreditariorum;cùm sint duo tantum filii auct.nouissima,& ibi Doct. C. de inoffi. testam. Pau. de Castr.cons.404.duo in fi. vol.1. Cepha. cons.506.nu.13.vol.4.cum aliis a me traditis infra,in decis.7.nu.43.in 3. par. poterat de ista medietate bonorum, vt bona sua propria assignare,& tacitè relaxare d. Monasterio ista bona pro bonis priori loco in emphiteusim suis ascendentibus concessis,vsque de anno 1463.quia in re sua quilibet est moderator & arbiter,etiam abutendo,l.in re mandata, C.manda.& ideo alienando,& permittendo transire in monasterium,censetur iste D.Io. Baptista elegisse pro sua legitima,& Trebelianica inter alia bona hanc petiam terræ, de qua cõtrouertitur, & in qua fidecommissarius non habet ius,nec eam potest vendicare, cum non velit esse hęres ipsius D.Io.Baptistę,& sic careat actione. Bar.& Doct.in l.in quartam,ff.ad leg.Falcid.vbi Pic.num.115. vbi dicit ita communiter teneri, Emil.cõs. 51.nu.11.& receptissimam opinionem dicit Michael.de Grass.in tract.de successio. ab intesta.§.Trebellianica q. 9. nu.7. uers. sed quid si hæres,car.408.& in §.legitima, q.16.nu.4.& 5 car.433.vbi alios allegat,& facit Anton.Cioffi præceptor meus,in cõsilio 81.nu.1.& cons.44.num.8.car.29.uol. 2.nec uti secundi emphiteutæ poterant isti D.Campesij fideicommissarii uelle bona ista retinere, irrequisito monasterio directo Domino etiam uolente Mombretta primo emphiteuta,quia primus emphiteuta non potest in perpetuum alienare utile dominium, nec locare illud secundo emphiteutæ, nec possessionem transferre, irrequisito Domino Directo,ut pulchrè cõsuluit Pau. Pic.in cons.77.in primo dubio, car.169.ubi dicit communem,& ob id causari caducitatem,& Rodoan.de reb.eccles. non alienan.§.emphiteuta,num.5.6.& 16. car.315.& tetigi infra,num.122.& 123.respondetur, quod ex instrumentis translationum, & diuisionum inter conuentos factarum apparet de idemtitate bonorum Glareæ,quia adsunt,corrigium, leuata ipsi de Sacchettis,& quædam quasi immutabilia,& loco Butrighi successit Buttigella, qui duxit uxorem de Butricis etiam uiuentem,& loco aliorum antiquorum, hodie coherentes successerunt, qui ab illis antiquis causam habuerunt. Propterea, cum plures coherentiæ conueniant, identitas probata dicitur,ultra quòd de nomine fundi constat, & numerus perticarum adest. Et ita tantæ demonstrationes concurrunt, ut de corpore non sit dubitandum Bar. d. l.demonstratio, num. 14.& 16. Amplius cõcurrit eadem persona habentis causam ab Episcopatu de dictis bonis inuestitis, quæ in eius successores transierunt, & illa possident,& Episcopatum recognoscunt,quòd solum sufficit, & certum iudicem facit eandem rem esse,nisi aliud in contrarium probetur, Bar.tract.de testibus, in uerbo, hanc eandem rem,numero 30. uersi. interdum est persona habentis: quod comprobatur. Nam cum dicta bona in dicto numero cõcessa, sub coherentiis antiquis fuerint ab inuestitis, & ab eorum successoribus continuo possessa, & recognita, eadem præsumuntur, quæ ipsi possident, facit Boeri. decisio. 105. numero 9. Alexan. consilio 146.in fi.uolumine 6.imo ipsi emphiteutæ tenentur ostendere fines, si a domino requirantur, & identitatem negent, & non quid modicum, sed quod congruum iuribus & finibus, & sit uerosimilis, Ruin.cõsilio 108.numero 22.in fine, cum sequenti lib. 2. Affl. ct. de controuersi. inter mascul. & fœmin.numero 15. & 18. cum allegatis per Berettam,consilio 9.nu.43.cum duob. seq.Ias.consi.135.in fi.uolum.2.Crau.consilio 217.num.12.lib.2.& ultra eos, Socin. latè consilio 167.quæst.4.lib.2.tetigi supra in Repertorio, in uerbo, bona, & decisio. 45.numero 19.& seq.car 727.in prima par. Mascard.de probatio.conclus.603.in fi. in 2.par.car.15.& Marcabrun.consilio 59.numero 13.14.& de identitate terrarum probanda, uide etiam Alex. consilio 133. uol. 1.cons.38.num.3.& seq.uol.5. Plot. consi. 96.numero 11.uolumine 1.Petr. Anton.Angussol. consilio 66. lib. 2. car. 54. Roland. consi. 67.nu.14.uol.1.Burs.consi.80.num.1. & seq uolumine primo, Corne. consi. 91. numero 46.uol.1.Thobi.Noni.consi.2.numero 59.& 60. Hieronym. de Monte in tract. de finib.c.47. numero 4. & seq. car. 69.c.86.& cap.87.& Boer. decis.105. num. 9. ubi per signa etiam probari potest, & Alexan.consi.73. uolum.3. Natta consilio 460.& cõs.468.uol.3.cum aliis. Ex quibus remanet omnibus dubiis excellentissimi Motiuantis responsum, & senten-

tias

tias iam latas ad fauorem Reuer. Episcopi nunc Cardinalis confirmandas esse & ita
* IVDICATVM * de anno 1584. Cremonæ, & tres fuerunt latæ sententiæ conformes, & exequutæ.

Et in executione duo oriebantur dubia: Primum an filię Magnifici D. Hieronymi Sclafinati, & illorum viri d. noīe, qui non possidebant d. bona, tenerētur soluere tertiam partem fructuū, & expensarum dimidiæ partis, in quib. Sacchetti pro medietate Magnificus D. Medda, Magnificus Do. Francisc. Bozzolus, & supradictæ filiæ pro alia medietate fuerunt conuenti, & condemnati per tres sententias conformes.

Secundum, an quilibet conuentus teneretur pro sua rata, & parte tantùm, & sic pro uirili, vel insolidum, attento q; omnes vnica sententia fuerunt condemnati absq; aliqua reorum conuentorum separatione, & declaratione.

Et ad primum fuit dictū, q; omnes conuenti siue sint possessores bonorum, siue non, parte non opponente, tenētur solue-
112 re dictos fructus pro † virili, & eorū rata: quia agitur ex sententia, quę illos cōdemnat in fructibus & expensis, & quamuis, si opposuissent non possidere, non potuisset agi contra nō possessores actione reali ad relaxandū bona, quia personalis actio non sequitur fundum, Alex. consil. 79. nume. 5. volum. primo. Ferret cons. 338. lib. 2. tetigi in decis. 45. nu. 69. in 1. par. & qui non possidet ante litem motam, non potest condemnari, & cōueniri ad relaxationem bonorum, & fructuū, per ea quæ dixi in deci. 43. num. 64. in 1 par. Ang. consi. 311. col. 2.

Tamen postea quàm non opposuerūt, & non docuerunt non possidere, & passi fuerunt contra se habere tres sententias conformes, non possunt an plius aliquid opponere, & contradicere, sed soluere tenentur virtute dictarum sententiarum,
113 quæ fecerunt † transitum in rem iudicatam, & facit de Albo Nigrum, de nō ente, ens, & de nihilo aliquid, & pro ueritate habetur, præsumitur iusta, facit præsumptionem iuris, & de iure, nec potest impugnari; vt tetigi supra decis. 10 nu. 14. & decis. 14. nu. 10. & in Reperto. Decisionum, in verbo; sententia, in 1. par. Pau. de Cast. in cons. 87. col. 1. vol 2.

Quo uerò ad secundum dubium, fuit similiter dictum omnes teneri pro uirili ad ratam, & sic ad tertiam partem dimidię partis, cum tres pro vna parte, & alij de Sacchettis pro alia, fuerint conuenti, &
114 condemnati, licèt in plus, † aut insolidum aliquis eorum ex conuentione, & instrumento teneretur, & esset oppositū uirtute dictarum sententiarum, & rei iudicatæ, quia agitur actione ex snia, & non ex petitione, aut prima obligatione, Decia. consi. 3. nu. 9. vol. 3. Appostilla ad Vber. de Bonacursi., in sua pract. tit. de imped. ex- cep. quæ sub num. 9. car. 67. col 4. in verbo, Paulus lit. B. dixi supra in decisio. 38. nu. 3. in 1. par. & in expensis tetigi in decisio. 15. nu. 31. car. 227. & in Repertorio Decisionum in verbo, expensæ quando sunt plures, car. 963. in prima par. & Afflict. decis.
* 215. vbi dicit ita IVDICATVM, * & si ab vno tantum sit appellatum, quoad alios
115 non transit in rem iudicatam, sed † appellatio vnius prodest alijs, vt per glo. in l. 2. uerbo, iuris est. C. si plures una sent.
116 Et quando † creditor cōuenit aliquos debitores insolidū obligatos ad summam obligatam, & nō dicit vnica solutione sufficiente cum protestatione, intelligitur facta diuisio, & quilibet tenetur pro sua parte, & virili, & non insolidum, & maximè, quando ipsi sunt soluendo Afflic. deci. 142. Rom. cons. 240. Rota Bono. decis. 81. & ubi de Are. cons. 66. in 2. dubio, col. 5. & Socin. in tract. de libel. obla. in c. ignarus Episcopus, uersic. cedendo verò, quando sunt plures, & Bart. in l. ed ta C. de eden. Et idem si creditor recepit à debitore obligato insolidum partem prius debitoris tantum absque alia reseruatione, aut protestatio-
117 ne, quia intelligitur fecisse † diuisionem d. crediti, & renuntiasse obligationi insolidum, ut est uidendus Ias. in l. si creditores nu. 3. & seq. C. de pact. ubi loquitur etiam in solutione usurarum practi. Papi. in for. libell. contra plures reos debito, in glo beneficio, num 4 uersic. deinde quæritur, car. 296 & in glo. quilibet, num. 22. uersi. quærendum restat. Cępol. Cautel. 257. quando quis. Rota Bonon. dicta decisio. 81. num. 6. Gaspar. Boer. decisi 310. num. 8. colum. 2. in fine, car. 771. & Ioseph. Ludouic. Rota Luca. decisio. 21. num. 1. & in secunda limi. & decisio. 30. num. 19. & seq. in prima par. ubi uidetur concludi factam fuisse diuisionem, & ipsum debitorem non posse amplius pro alijs insolidum conueniri: quæ

sunt

sunt noãda per iuniores causidicos, quia aliquando facient sibi honorem, & iuuabunt amicum, & maximè in istis caducitatibus, ob non solutionem integram debitis temporibus non factam à pluribus personis hæredibus, qui omnes insoli-
118 dum tenentur ad solutionem totius† Canonicatus uolente directo Domino, quando inuestitura procedit ab vno capite, vt a patre, aut ascendente eorum, & ipsi succedunt, de quo loquitur Bald. in l. 1. n. 32. & 33 C. quando. Non peten. par. Angel. de Gambilio. consilio 35. car. 132. & Andr. de Bartolis, consilio 62. num. 1. & sequen. lib. primo, Responsorum diuersorum, car. 141. & licèt descendentes ab illo capite, vt sunt heredes, possint diuidere, & alienare inter se dicta bona emphiteotica, irrequisito directo Domino; Tamen quoad directum Dominum habetur pro non facta talis diuisio, & alienatio ipso non consentiente, aliàs secus, & sic remanet uirtualiter unita, & ac si unus tantum soluere deberet, ut per Iul. Clar. §. emphiteosis, quæstio. 14. car. 85. Alexan. consilio 7. col. 2. num. 4 uol. 5. Afflict. decisio. 153. uenditur, car. 114. quo Canone integro nõ soluto intra biennium, habet locum caducitas in totum, licèt aliquis hæredum soluerit certã summam, & partem suam Domino per infra dicenda, & per Soci. in consilio 107. libro 4. Gaspar Caballi. in tract. diuidui, & indiuidui, in 2. parte, nume. 553. car. 501. quia Dominus Directus non tenetur diuidere Canonem semel unitum, & ab eo non diuisum, & si unus corũ in totum, uel in parte cessat in solutione, licèt alij soluant, uel offerant soluere eorum partem tantum in totum res commissum incidit, quia non tenetur ab uno, nisi totum Canonem recipere; Caballi. in d. tracta. diuidui in 2. par. num. 553. car. 501. & pœna pro parte cessata in totum committitur, cum sit indiuidua ex promissione facta pro toto à principio, & licèt uideatur diuidua, & quilibet teneri pro uirili quoad personas, & hæredes, per tex. in l. 1. & 3. C. de hæredi. actio. l. Reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus re. & Paris. consilio 42. num. 39. uolumi. primo, Octauia. Pedemonta. decisi. 44. num. 1. car. 170. Bald. in l. fina. colum. pen. sub nume. 8. ibi pro rata, C. de dot. promiss. & Paul. de Cast. cons. 238. in fi. uol. 1. ubi etiam habetur, quomodo intelligũtur illa uerba pro uirili, & pro rata, per Alexand. d. consil. 7. num. 4. uol. 5. & Caballi. in tract. diuidui, & indiuidui, in 3. par. num. 561. car. 504. Tamen respectu initij inchoati cum unica persona, & promissione ab uno emanata de tota summa est indiuidua solutione, & effectu, & etiam obligatio, & actio est realis, & ad hoc ut res possit dici diuidua, debet esse diuidua natura, solutione; & effectu: aliàs est indiuidua, ut sunt obligationes factorum, & seruitutum. l. in executione, §. secunda species, ff. de uerbo. obliga. & l. 2. ff. de prætor. stipula. & ita declarat Io. de Platea in l. æs quidem, uersic item hoc uerum, C. de anno. tributo. lib. 10. car. mihi 23. col. 4. & est decisio. Benintendi, decis. 4. Anto. Gomesi. de Contractib. cap. 14. nu. 10. car. 290. & faciunt adducta per Rodoan. de reb. eccles. non alienan. in §. Canon autem, col. 1. & 2. car. 436. Caballi. d. 2. par. diuidui, num. 561. car. 504. num. 563. & ideo Dominus directus, qui non tenetur diuidere Canonem soluendum per plures hæredes, aut successores habentes causam ab uno, si unus deficit, & alter soluat totam partem suam tantũ, & Rector non diuidit Canonem, res in totũ cadit in commissum, ut per Ias. in l. 2. n. 55. & seq. uersi. 17. quæro, C. de iure emphiteo. Benintend. d. decisio. 4. Bero. consilio 120. numero 18. uolum. primo, Guliel. Rodoan. de reb. eccl. non alienan. numero 10. uersic. & si unus, car. 495. & uersic. Canon autem, nume. 6. ibi facit, quia si emphiteuta, carte 437. ubi dicit hodie magis communem, sentit Soc. d. consi. 107. uol. quarto, & tetigi supra in decisio. 25. num. 26. in hac 2. par. & late per Gaspar. Caballi. tract. diuidui, & indiuidui, in 3. parte, numero 543. & seq. car. 498. ubi suam profert sententiam, & quid in duobus debitoribus mercatoribus promittentibus intra certũ tempus soluere summam certam, aut dare fideiussores sub pœna, si unus soluit partem suam, alter non, ut nu. 534. & seq. car. 495. & Soci. d. consilio 107. uolumi. 4. licèt possit alter qui soluit contra non soluentem ratione sui interesse agere ad damna, & interesse, ut ibi dixi, sub d. nu. 26. & Imo. in cap. potuit, sub nu. 47. uersi. & ex prædictis, de loca. car. 223. & Ias. d. l. 2. num. 56. & Rodoan. de reb. eccles. non alien. d. §. Canon autem, sub nu. 6 in fi. & quando unus esset emphiteuta, & essent plures heredes condomini, & totum

uellet

vellet uni soluere, & fecisset omne conatũ,
119 an † caderet emphiteota, vide Ias.d.l.2. numero 58.uersi.decimo octauo, C.de iur. emphi. faciunt quæ dixi supra in decis.25. nu 11.& seq hac 2 par. car.589. & hoc intelligo de solutione ab omnibus hæredibꝰ non facta præiudicare soluenti, nisi esset pauper ita, & taliter, quòd ob paupertatẽ non posset soluere, quia tali casu excusaretur, non autem contumacia sua. Spec.in titu.de loca.§.nunc aliqua. uersi.uigesimonono. Ias.in l.2 num.58, C. de iur.emphit. Rodoan.vbi supra. d.§.Canon autem, n.5. car.437 tex.& ibi Bal.in c.querelam. de iureiuran. Arnol.sing.62. Matthesila. singul. 198.late Corne. Beuincas.de pauper.quæstio.8.special.9.nume.93 i.34. & seq.cart. 155.vide Gaspar Caballi.in d.trac.de diuiduo,& indiuiduo,in 2.par. nu.546. ubi dicit procedere in uiuo debitore.secus in pluribus non omnibus pauperibus, cart.499.
120 uel nisi esset † minor, aut locus pius, quia per restitutionem in integrum adiuuaretur, & purgaret moram, & caducitatem, etiam quòd haberet tutores, & curatores diuites, quia aliquid esset agendum cũ eo, scilicet recipere Canonem, & pensionem suo tempore decursum, secus si tempore authoris sui esset decursum biennium, & nihil actum cum minore: ita Rodoan. de reb.eccles.non alienan. §.emphiteuta, nu. 4.car.495.ubi dicit idem in ecclesia, & pio loco contra ecclesiam, dummodo non adsit dolus in cessatione Canonis, aliàs secus, & sentit Hier Gigas in consi.123. si minori, car.147.vbi videtur etiam dicere, quòd non currit biennium quo ad pœnam durante pupillari ætate, & faciunt adducta per Iul.Clar.in § feudum.quæst.49.versic. item scias,&uersi sed quæro,car.118.& cõferunt, quæ dixi supra in decis.16. numero 20.& decisi.19 num.89.& seq. hac 2.par. & in tract de tutore,num.100 car 99.Octauia.Pedemon.decis.157.Soc.consi.299.capio primum,col.1 uolu.2. Alex.consi.115. uol.5. faciunt adducta per Anto. Gomesi. de contractib c.14. numer.10. car.290. per Sfortia Oddo.in suo aureo tract.de resti.in integ.par 1.quæst.15.art.9.numer.78.car. 149.& quæst.19.art.4.car.188. & Bertazzo. consi.25.numero 12.& seq.lib.1. in ciuilib. car.80.Francis.Becci. consi.59. numero 7. cum mille similibus, quæ restitutio in integrum, cùm sit quid indiuiduum, & detur ob non factum, quod est indiuiduum, ut supra dixi ex Ioan.de Platea. d.l. æs quidem, uersic.item hoc verum,car.23. C.de anno. tribu.lib.10 & Benintend. d. decisio. 4. & Afflict. decisio. 153. videtur iuuare etiam
121 confratri, & consocio suo maiori † non soluenti intra biennium in solutione Canonis non diuisa inter hæredes, & consocios, ut dixi supra, numero 118.& ideo restitutio in integrum competit etiam maiori concurrenti cum minore, in solutione Canonis communis, vt dixi in tract. de usufru.num.165. car.629.& Sfortia Oddo. de restitu.in integ.par.prima, quæstio.46. art.4.car.415.& artic.5.car.416.pulchrè in feudo consuluit Bursa.consi.293 numero quarto,& quinto.uolum.3.& in proposito Apostilla ad Afflict.decisio.153 numero secundo,& facit Soc.iun.consi.141. num.33. uol.2.car.162.Afflict.decisio.213. & ibi additio. & in hoc uidetur obscurè loqui Benintend.d.decis.4.cùm diuisio Canonis uti contractus ultro citroque obligatorius, & bonæ fidei deberet fieri utraque parte consentiente.Bar.in l.iurisgentium.§.quinimo, columna secunda, in fi.& l.mota, numero 3.C.de transactio. & Afflict. decisio. 280. numero ❧ & sicut dominus directus non tenetur illam solutionem diuidere, ita etiam hæredes, si nolunt, & non petant per ea, quæ dicit Paul.Pic. d.consi.77. n.9. circa fi.car.170.tamen eius uerba sunt considerandа, & ponderanda, quia dicit hoc procedere fauore fisci, & ecclesiæ, quia quãdo res, uel causa essent indiuiduæ fauore eius, contra quem petitur restitutio, tunc restitutio concessa uni non prodest alteri maiori, uel cui non competeret, sed solùm prodesset petenti, & competenti, ita declarante illo contra quem petitur talis restitutio, quę declaratio operatur diuisionem Canonis, & potest quandocunque fieri & tacite, & expresse cum ex animo consistat, & sic pro parte maioris caducitas operabitur eius effectum, pro parte minoris restitutio habebit locum, & hanc opinionem Rotæ Bononiensis sequitur Sfortia Oddo. de restitutio. in integ. prima par.quæstio. 46.artic.6 numero 26.car.417.& dicit esse singulare dictum, ideo cogita, & pondera, quæ idem Sfortia Oddo. dicit in d. quæst. 46.artic.quarto, numero 12.& art.5.num. 15. cart. 416. & digito ligabis, & cum hoc speciale non reperiatur in feudo, ut

sentit

sentit ibi Sfortia Oddo.d.art.4.& 5.& Bursat.d.consi.293.nume.4.& 5.uolu.3.sed isti loquuntur in inuestitura non petita intra annum,& mensem, non uerò in feudo, & emphiteosi concessa uni,& inter hæredes, uel alios ex causa necessitatis diuisa, & possessa, quia licèt aliqui velint hoc esse speciale in fisco,&ecclesia,vt non possit fieri diuisio,sed uni tantùm concedi,per tex. in l.communi diuidundo, ff. de commun. diui.& l.1.ff.de iure fisci,libro 10. & sentit Alexand.consi.7.primum, quia col.2. uol. 5.Afflict.decisio.153.nu.2.& ibi Apostilla. tamen communis est in contrarium,quòd in omni emphiteota etiam priuato procedit,& non tenetur diuidere Canonem, si noluerit dominus directus, & quilibet emphiteota descendens ab uno capite ex causa necessaria domino directo non consentiente, tenetur insolidum soluere Canonem,uti obligatio realis,& uno deficiente omnes alij cadunt a Canone, ut supra fuit dictum,ita concludit Afflict.d.decisio. 153.nume.2.& 3. & in fi.sentit Alexand.d. cons. 7. & illa ratio generalis (nolente, & non consentiente) quæ est causa caducitatis, ita militat in domino directo bonorũ secularium,sicut ecclesiasticorum, & ideo magna Vicaria non fecit differentiam inter emphiteotam bonorum secularium,& ecclesiasticorum,ac fisci, vt in d.decis. 153. in fi.& per alios supra allegatos,si dicta eorum rectè ponderentur,ideo iterum dico, quòd ueritas ipsius conclusionis pendet tota ab illa ratione, & conclusione,quæ est, quòd quando res,uel causa essent indiuiduæ fauore eius,contra quem petitur restitutio,& tunc restitutio concessa uni nõ ꝓdest alteri maiori,vel cui non competeret, & tali casu strictè est fienda interpretatio, ne illud,quod est inductum in fauorem,redundet in odium,contra tex.in l.quod fauore.C.de leg.l.legata inutiliter, ff.de leg. 1.regula odia,& regula indultum, de reg. iur. in 6. sed in casu isto ista indiuiduitas ita est introducta fauore directi domini secularis,sicut ecclesiastici,vt dicit tex.in d.l. 2.C.de iur.emphit.ibi uolenti ei licere, & ibi gl.& concludit magna Vicaria,Neapo. in decisio.153.nu 3.& in fi. & prædia sunt affecta in indiuiduo, cum sit obligatio realis,& prædia ipsa conueniuntur,& non quilibet hæres, alio non declarante domino directo,l.Imperatores.ff.de publica. & ibi Docto.Rota Bononi.decis.4.& pulchrè Caballi.in trac.diuidui,& indiuidui,in 3. par. nume.561.uersi.porro his,quę, & numero sequen. car.504. At si restitutio ista, quæ competit minori respectu personæ, & sic minoris ætatis prodesset etiam maiori nolente directo domino, sequeretur, ꝙ non posset diuidere Canonem ad sui fauorẽ, & illud,quod est inductum ad sui fauorem retorqueretur in odium,& in damnum redundaret, quod non est dicendum per supradicta, & per Anto.Gomesi. de contractib. c.14. numero 9.& 10.car.290.& esset contra tex.d.l.2.ibi uolenti ei licere, secus esset,si non posset diuidere Canonem inuito emphiteota ad eius beneplacitum, vt si non essent illa verba (uolenti ei licere) q̃a tunc bene prodesset maiori, cum utriusq; consensus requireretur,ut dixi supra,&sentit Caballi.ubi supra d. 3. par. nume.612. car.520.& num.614.& corroboro hanc opinionem alia communi opinione a nemine degustata,quam posui supra in decisio. 10.nume.23.in prima par.car.126.ubi dixi,quod stante statuto, quod a sententijs partialium non possit appellari, supplicari,aut peti reductio ad arbitrium boni uiri, & si quispiam contrafecerit incidat in pœnam librarum uigintiquinque Imperialiũ, licèt pœna soluatur, tamen appellatio est prohibita,& non debet admitti, quia pœna potest concurrere cum annullatione actus,& annullatio actus tenderet in præiudicium eius,cui pœna imponitur, secus si non tenderet, quia soluendo pœnam admitteretur appellatio, ut consuluit etiam Pal.consil.298. pręmittendum, numero 1. uol.3.& declarat Dec. in c. in nomine Domini,sub numero 11.uersi.secundus casus, Aret.consi.20.ita in casu isto,est prohibita diuisio Canonis domino non consentiente,si uult diuidere,est permissa,si non posset declarare caducitatem maiori respectu minoris hoc esset in præiudicium domini directi,si posset,prout potest, hoc redũdat in præiudicium maioris,cui pœna imponitur; ergo talis declaratio, & diuisio est admittenda in illius damnum,& fauorem directi domini per supradicta,quæ sunt digito liganda,quia sæpissimè eueniunt,& de præsenti habeo questionem de facto,&sic patet Apostilla,ad Afflict.d.decis.153.n.2. ita simpliciter loquendo non rectè sentire,sed habere locum,quando dominus directus

rectus non consentiret diuisioni, uel solutioni Canonis pro parte sua, & sic quouismodo non appareret in aliquo actu de huiusmodi consensu, immo de contrario, ut quando ambo, uel quilibet eorum, aut insolidum essent obligati, uel se obligarent expresse, & coniunctim, & diuisim, ut late per Hiero. Gigas consil.61. ex tenore, car. 88. & per Doctores supra allegatos, num. 118. & seq. & Moder. Parisien. sub nomine Caballi. in d. tract. diuidui, & indiuidui, numero 553. & 554. & nume. 609. uersi. quod autem ait tex. & num. seq. in 3. par. car. 502. & 520. quia tali casu esset obligatio ex cõtractu, & non ex lege, & ultro citroque obligatoria, & non posset dominus directus diuidere solutionem Canonis in tali declaratione caducitatis sine amborum contrahentium consensu, Bar. in d. l. mota, nume. 3. ff. de transact. & dixi supra, & faciunt quę supra dixi, nume. 34. ubi duo emphiteotæ accipientes inuestituram pro se, & descendentibus, & quolibet eorum, aut insolidũ, si unus non soluit, licet alter soluerit partem suam, reuertitur ad dominum directũ in totum, secus si non adessent illa uerba, insolidum, uel coniunctim, aut cuiuslibet eorum, quia pars tantum illius, qui nõ soluisset, reuerteretur ad dominum directũ, vt etiam pro singulari refert Corset. singu. in verbo, emphiteuta. il 4. Apostilla ad Afflict. d. decisio. 153. & Modern. Parisien. sub nomine Caballi. in d. tracta. de diuidui, & indiuidui, d. 3. par. nume. 149. in fi. car. 500. vbi etiam num. 554. uersi quod autem dixi, cart. 502. dicit unum non spernendum, sed considerandum, & diglutinandũ, quam uis contra magis communem, ubi dicit, ꝙ quando solutio ab uno hærede, uel insolidum obligato fit in totum, uel in parte nomine emphiteosis, & tanquam de parte integri Canonis, & sub recognitione totius emphiteosis, & d. nõie tacite, uel expsse ita a dño directo recipitur, ꝙ istis duobus concurrentibus non habet locum caducitas siue sint maiores, siue non in aliqua parte, alias secus, si pro sua parte soluisset, & Dominus ita recepisset, quia pro parte caderet, & dicit, sub nu. 550. hoc colligi, ex verbis d. l. 2. C. de iur. emphit. vbi dicit esse differentiam, an quis sit obligatus soluere, & persoluere intra certum tẽpus, aut nihil soluere, nam priori casu dicit, ꝙ debet soluisse in totum, & nõ in parte intra statutum tempus, secundo casu ꝙ sufficit cæpisse soluere aliquid d. nomine, & in isto casu loqu. l. 2. C. de iur. emphit. quia dicit, vt ibi (sed per totum trienniũ neque pecunias soluerit, neque apochas domino tributorum reddiderit) oportet, ergo totum triennium continuum nullam partem Canonis esse solutam, nec Dominum recognitum fuisse: tamen (saluo meliori iudicio) mihi videtur differentiã positam a tanto viro iuris prudentiæ esse, ueram, quia non potest dici nihil solutum, qui aliquid soluit, licet non totum. Tamen ex d. l. 2. C. de iur. emphit. hoc non colligitur, sed totum contrarium, & sic primam illationem, quod non soluerit, uel non persoluerit hic verificatur, quia tex. dicit (Sin autem nihil super hoc capitulo fuerit pactum, sed per totum triennium neque pecunias soluerit, neque apochas domino tributorum reddiderit, volenti ei licere cum a prędijs emphiteoticarijs repellere) ecce quod ibi dicit, si non soluerit, aut apochas non reddiderit, non autem dicit, si nihil soluerit, & ideo recte Doctores intelligunt tex. illum, si emphiteota cessauerit per triennium in prophanis, & biennium continuum in ecclesiasticis in solutione integra, quod cadat a iure suo, cum meliora mentis, etiã quod in uno numo deficeret, vt dixi supra, numero 6. & numero 118. & Pau. Aemil. Veral. decisio. 182. lib. 1. car. 51. vbi ita Romæ fuit IVDICATVM *, & ita practicatur, & conferunt, quæ dixit idem Moder. Parisiens. sub nomine Caballi. in d. 3. par. num. 534. seq. car. 495. quamuis in omnibus fere contractibus, & inuestituris adest pactum, quod si cessauerit ꝑ biennium continuum, quin integre soluerit, cadat a iure suo, & sic tollitur disceptatio, & dictũ pactum operatur etiam aliud effectum mirabile, quod successor potest declarare caducitatem, si eius antecessor non declarauerit, & non solum contra defunctum, sed etiam contra hæredes, vt dixi supra in decisio. 43. numero 3. 11. 12. & 14. & in Repertorio, in uerbo, emphiteota si non soluit in prima par. & sunt uidendi Decian. consilio 4. numero 20. & seq. volum. 1. car. 103. Menoch. consilio 86. numero 11. & seq. volum. 4. Rodoan. de reb. eccle. non alienan. car. 438. numero 10. & Ioseph. Ludouic. commun. conclus. quæst. 16. car. 45. colum. 2. Rota Bononi. decis. 4. in

in fi.& Fran. Vegi.consilio 68.numero 13. & seq.qui aliquãdo confundunt prouisionem legis cum pacto,& promissione hominis, & non bene per supradicta, & quòd non sufficiat particularis solutio intra tempus,& non præiudicat recipienti etiam nomine totius emphiteosis,probatur ex alia communi opinione, quæ habet,quòd obligatus retrouendere intra certum tempus pro certo pretio, si reemptor soluerit partem intra illud tempus,& reuenditor dicta de causa simpliciter receperit, transacto dicto tempore,non poterit cogi reuenditor ad retrouendendum ex eo,quia per receptionem partis uideatur aliquid solutum, causa dicti pacti, de retrouendẽdo,& sic remisisse caducitatem,& lapsum dicti temporis,sed solùm recepisse intelligitur ad bonum computum,& animo retrodandi, casu quo intra tempus residuum pretii cum suis circunstãtiis soluerit, & non aliter, qđ secus fuisset, si soluisset,aut reuenditor petiisset post tempus, quia tali casu,cùm dicta solutio, & petitio nihil aliud operari possit, quàm prorogatio termini, & restitutio post tempus, bene operatur remissionem caducitatis, & uoluntatem retrouendendi, ut latè dixi supra, in decisio.38. & 39.hac 2.par.licèt hoc de solutione,& petitione facta pro tempore præterito nõ procedat in emphiteosi, quia tenetur emphiteuta soluere uelit, ac nolit declarata caducitate etiam post caducitatem & nullitatem declaratam pro tempore præterito, quo possedit,& percepit fructus, quod soluere,nec recipere tenetur post tempus redemptor, & reuenditor, & sic non militat quo ad hoc eadem ratio, sed bene procedit,si peteretur solutio ficti, uel fieret solutio post caducitatem de tempore futuro absque aliqua protestatione, & in hoc aliqui allucinantur,ut tetigi supra in Repertorio decisionum,in uerbo,emphiteuta tenetur, in prima par.car.950. Cephal.cõsi. 772.nume. 16.& 17.uolumine 5. car.532. Rodoan.de reb.eccles.non alienan.car.441. numero 12. & 13. & Rebuf. in comment. regni.Tomo 2.artic.unico, glo.4. numero 7.car.168. & ita debet loqui Rimin. seni. consilio 429.numero 48.& 49.& ibi Appostilla, & in consilio 564. numero 3.& 4.uolumine 3.& Guid.Papa,decisio.171. reperio,& ibi Appostilla, quæ dicit hanc opinionem esse ueram,& rationabilem,quod non procederet in secundo emphiteota maiore, si habuisset a primo emphiteota minore cum solemnitatibus, & consensu Directi Domini, & promisisset soluere Canonem Directo Domino, & non soluisset intra tempus,quia caducitas haberet locũ etiam ad præiudicium minoris ob Canonem diuisum,& promissionem factam partium consensu directo domino, licèt minor posset contra secundum agere ad damna,& interesse ob illius negligẽtiã,uel malitiam, per supradicta, numero 118. in fi. quia in isto casu non ageretur amplius de re indiuidua, sed diuidua peruenta ad maiorem, vt loquuntur Doctores supra allegati in re indiuidua,& Crot. in consi.344. numero 11.& seq. uolum.3. Lamberti. in tract.de iur. patrona.lib. primo, in prima par.artic.7.numero 6.car.8. facit tex. & ibi glo. in l.inter omnes. C. de prædi. minor. Roland.consilio 60. num.56.& seq. uol.4.
123 ubi venditio † facta a maiore, & minore, ualet respectu maioris pro sua parte,licèt non ualeret,quo ad minorem,respectu defectus solemnitatum,Caballi. tract.diuidui,& indiui.in 3.par.numero 608.& 611. car.520.& numero 614. & in collectis, & gabellis tetigi in d.tract.de usufr. d. numero 165.car 629.& Cagnol.in l.si emancipati,numero 104. C. de collatio. car.233. & in seruitute, ac re communi loquitur Anton.Gomesi.de contractib.cap.14. numero 10. car.290. secus si dominus directus non consensisset emphiteusi secundæ factæ per primum emphiteutam, licèt recepisset solutiones a secundo nomine primi emphiteutæ, quia si primus, aut secũdus non soluisset, tempus non cucurrisset primo emphiteutæ minori quatuordecim annorũ, & vltra annos quatuordecim vsque ad vigesimumquintum daretur restitutio in integrum supra declarata, & si primus emphiteuta esset maior, & secundus soluere uellet uti secundus emphiteuta,& non nomine primi emphiteutæ, tunc directus dominus non teneretur recipere,& posset declarare caducitatem primo emphiteutæ, & præiudicaret etiam secundo, ratio est quia dominus directus non tenetur recipere solutionem Canonis ab isto emphiteuta secundo uolente soluere vti emphiteuta secundo, & non nomine primi emphiteutæ, sicut ipse directus dominus non posset si uellet, cogere ipsum secundum

emphi-

emphiteotam ad sibi soluendum canonem, & fictum, cum ex dicta secunda emphiteosi ipse emphiteota secundus non sit sibi aliqua actione, & obligatione obligatus, aliàs secus, & ne contractus claudicet, non est mirum, si directus dominus non tenetur recipere canonem ab isto secundo emphiteota nomine proprio soluere uolente, & declarare caducitatem primo emphiteotæ, quia primus emphiteota non potest facere secundum emphiteotam, & illum mittere
123 in possessionem irrequisito † domino directi, cum sit alienatio ultra nouennium, nisi esset consuetudo ita faciendi, quæ excusaret a pœna caducitatis, ut dicunt communiter docto. in §. Adeo, institut. de loca. & in l. 2. C. de iur. emphi. vbi Ias. nume. 152. & sequent. & ita punctualiter consuluit Paul. Pic. in consil. 77 cart. 169. Guliel. Rodoan. de reb. eccles. non alienand. cart. 438. numero. 9. in fin. & latè Alexand. consilio. 104. viso Themate, uolum. 3. cart. 86. Vincenti. Caroci de locat. & conduct. in prima part. rubric. de iur. emphit. cart. 13. Quod secus esset, si emphiteota iste primus locasse alteri ad tempus, per quam non transferetur uti-
124 le † dominium, ut potest facere æquè idoneo l. Nemo. C. de locat. l. cum plures. ff. eodem. Aret. in §. qui pro usu, numero. 3. institu. de loca. Anton. Gomesi. de contractibus capit. 3 numero. 11. cart. 193. sentit Alexād. dicto consil. 104 colum. 1. & 2. Vincenti. Caroci. vbi supra, cart. 13. column. 3. quia tali casu posset propter interesse, & ius suum sibi permissum a lege offerre nomine primi emptoris; & pro iure suo conseruando, vt per Caballi. in Milleloquio 228. & 229. in prima parte, & in tracta. diuidui, & indiuidui, in 3. part. numero. 559. & 560. cart. 503. Appostilla, ad Afflict. dicta decisio. 153. numero. 1. in fin. & ita sunt intelligenda, quę dixi supra in decisio. 29. numero. 40. & 41. hac secūda par. p quæ colligitur, quòd secūdus emphiteota amittit ius suum, si primus emphiteota non soluit directo domino, licèt ipse soluerit primo emphiteotæ suum canonem, quia ius suum non est approbatum a directo domino, neque a iure contra directum dominum, aliàs esset secus, ut dicit Paul. Pic. dicto consil. 77. nume. 9. & sequen. Alexand. Ias. & Rodoan. supra allegati, & ita est intelligendus Bald. in l. edem, numero. 10. C. loca. aliàs malè loqueretur per supradicta, quæ sunt notanda per D. Campisios, qui dicebant posse esse secundos emphiteotas, & retinere bona possessa per D. de Mombrettis, inuito domino directo, quia a iure hoc non est permissum, & ostendo clara, & euidenti ratione; Aut volunt dicta bona euicta retinere uti secundus emphiteota, & non possunt irrequisito domino directo. & oblatio facta nomine eorum proprio uti emphiteota non prodest sibi, nec primo emphiteotæ, & etiam quia negarunt bona esse emphiteotica, per supradicta, & tetigi infra numero 132. aut uolunt retinere uti bona euicta, & eorum propria subiecta fideicommisso, & non illa, de quibus loquitur inuestitura antiqua de anno 1463. ad quam omnes aliæ se referunt, & tunc non possunt retinere, sed relaxare directo domino qui possedit per annos qua-
125 draginta, qui debet, & potest † retinere dicta bona iure pignoris, & hipothecæ donec priora bona relaxentur, & reconsignentur, si extant, sin autem eorum æstimatio, & interesse, postea quam ad directum dominum reuersa fuere per caducitatem declaratā de anno 1533. & incorporata monasterio, & isti de Campesijs habent causam a D. Christopharo, qui tenebatur reconsignare, & relaxare, postea quam illa accepit adueniente caducitate, uel alia causa, ut pulchrè p Bursat. consil. 54. uolum. primo, Aemilian. consilio 103. numero. 5. & sequent. cart. 194. Plot. cousi. 100. numero. 2. 3. & 6. car. 414. & dixi supra, numero. 11. & sic illa ratio possessionis ex causa necessaria, & non uoluntaria, quia habuerūt dicta bona per sententiā uti fideicommissarij, est nullus momenti, quo ad ipsos, quia directus dominus nō fuit
126 citatus, & sententia lata † contra emphiteotam feudatarium, & vsufructuarium nō præiudicat directo domino, & proprietario non vocato, & idem è contra, & ideo cautela est etiam eos in omni actu citare pro omni suo iure, & interesse, ut sententia eos etiam afficiat, ita declaraui in tractat. meo de vsufruct. numero. 215. car. 741. Decian. consilio. 445. numer. 32. & Natta consilio 688. numero. 12. in quarta part. vbi declarat Ioseph. Ludouic. Rota Luca decisio. 56 Magoni. in Rota Lu 2. decisi. 5. numero. 14. & 15. Sigismund. Lofred. consilio. 10. per totum, & numero. 10. & seqnē. & numero. 22. & 23. Octauianus Pedemontanus decis. 156. cart. 641. Bursat. consi. 203. nu. 12. uol. 2. & tetigi supra in deci. 10. num.

26. in prima par. Imo dicta sententia uidetur probare dicta bona esse illa, de quibus soluebatur fictus directo domino per suos authores Campisios, & ita, & taliter, quòd non possit contrarium probari, posteaquã hoc fuit in libello, in capitulis, & in positionibus narratum a Dominis Campisijs, & Dom. Iudex uti bona subiecta fideicommisso, & ficto perpetuo monasterio Sancti Augustini hoc declarauit, & concessit, quo fit,
127 quòd licèt † confessio facta a parte in iudicio si apparet erronea, & non uera, possit reuocari, tamen si per sententiam fuerit confirmata, illa confessio non poterit amplius reuocari, nec dici erronea, quãdo sententia est ualida, & nulla, ut per Misingeri. centuria. 4. obseruatio. 51. Regulariter, car. 316. facit Afflict. decis. 44. nu. 2. & seq. & ibi Apostilla. Rui. consi. 71. numero 4. uol. 4. consi. 134. num. 7. & 12. uol. primo, latè Bero. quæst. 105. car. 113. Cepha. consilio 297. sub numero 16. uersicu. ultima sumitur, uol. secundo, Pau. Aemil. Veral. decisio. 192. libro primo, cart. 54. ubi dicit ita
* bis IVDICATVM, * secus si per sententiam esset reuocata, & non approbata, vt per eundem Pau. Aemil. Veral. decis. 197. lib. 1. car. 55. & sic patet iniustè exclamasse, & conquestos fuisse, nam solùm illa causa necessitatis, & euictionis bonorum potuisset iuuare priores emphiteutas, si nõ soluissent pro tẽporibus futuris, quo priuati fuere eorum possessione, propter legitimum impedimentum superioris, sentẽtiæ Iudicis, aut alterius legitimæ causæ, etiam ꝙ adesset in contractu iuramẽtum, vt in cap. ꝙ quis, de reg. iur. in 6. per Ripa in l. quod, re. ff. si cer. pet. & ibi Doct. Fulgo. cons. 7. & Corne. Benincasa, de pauperta. quæst. 8. special. 9. nu. 9. & seq. car. 135. de contractib. & tetigi in Reperto. decisio. in verbo, præceptum iudicis, in prima par. cùm non possideat, & ex causa necessaria sit priuatus d. bonis, & per Rota Perusi. decisio. 35. numero 7. in prima par. car. 179. & per Iul Clar. §. emphiteosis, quæstio. 8. car. 80. uers. sed quæro, & tangitur infra, decisione 31. hac 2. par. & per ea, quæ dixi supra in decis. 43. nu. 64. in 1. par. & in decis. 6. num. 25. & seq. in 3. par. car. 163. licèt etiam illis de Mombrettis afficiat petitio facta per monasterium Sancti Augustini, ob solemnitates non interuentas in inuestituris factis illo de Sancto Augustino, & postea Mombrettis, posteaquam dicta bona fuerunt incorporata monasterio post caducitatem anni 1533. & locata temporali locatione, adnotata supra nume. 8. 10. seq. 35. 79. & seq. & nume. 84. & infra, decisio. 31. nu. 90. & sequẽ. hac secunda par.
128 Causę uerò, quæ excludunt † caducitatem, aliquas ponit Rodoan. de reb. eccles. non alienan. cart. 497. & seq. §. sed ꝙ emphiteota, & car. 516. §. emphiteota, & quæstio. 19. cart. 433. & seq. & Alexand. consi. 99 sub nume. 10. uolum. 5. Ias. & docto. in d. l. 2. C. de iur. emphit.
129 Circa vero † deteriorationem, an in totũ, uel in parte, & sic in loco solũ, ubi est facta deterioratio operetur caducitas, & an debeat esse notabilis, & circa rem propriã emphiteoticam, uel circa melioramẽta facta ab emphiteota, & an loco illius deteriorationis sit facta melioratio, et an possit mutari forma rei, inuito dño, vide q̃ in tracta. de vsufru. nume. 157. cart. 616. & in decisio. 6. nu. 47. in iij part. & decisio. 27. nume. 77. hac ij. part. Anguissol. consil. 23. cart. 29. Afflict. decisi. 87. num. 5. & seq. Crot. consi. 115. uol. 1. Ias. consi. 17. uol. 1. Ripa respons. ij. nu. 17. de iur. emphit. cart. 83. libr. ij. Bertazzol. consil. 423. lit. A. in fin. volum. 2. in crimin. Rota. Perusi. decisio. 94. in ij. part. Syluan. cõsil. 76. Franc. Becci. consil. 33. numero. 7. & per totum Menoch. de arbitr. iudi. libr. 2. casu 78. cart. 147. Bal. in l. ædem, nu. 14. C. loca. Nicasi. in §. constituitur, nume. 8. insti. de vsufru. cart. 133. Marcabrun. cons. 55. nu. 1. & seq. cart. 223. Menoch. consil. 13. nu. 4. & seq. uolum. 1. Bald. consil. 290. uolu. 2. & Rodoan. de Reb. eccles. non alienand. cart. 105. & carte. 111. numero. 18. & 19. & uide text. in l. Neratius. ff. de usu. & habita. Sigismundi. Lofred. cons. 28. num. 12. cart. 77. Federic. Scot. cons. 5. Tomo. 1. libr. 1. uolu. 1. cart. 31. Bero. cons. 124. nume. 2. & 3. uolum. primo, Ancharã. Regiens. quæst. 47. nu. 11. libr. 3. & quando adest pactũ in inuestitura, quòd si non soluerit intra biẽnium, uel
130 aliud tempus † conuentum, aut deteriorauerit, uel alienauerit, cadat à iure suo, tali casu est sublata disputatio, an non declarata per Rectorem possit per successorẽ, & non declarata cõtra principalem mortuum, possit declarari cõtra hæredẽ, & successorẽ, de quo loqtur Bursat. consil. 253. n. 68. uolu. 3. car. 89. Rimin. Seni. consilio 429. num. 66. & seq. uolum. 3. Franc. Becci.

Becci.consi.9.cart.18.dixi supra decisio.43. nume.3.11.& 14.& in prima par.Bald.con sil.250.col.1.vol.4.Decian.consi.4.numero 20.& seq.volum.1.cart.103.Rodoan.de rebus eccles.non alienan.cart.438.num.10.& Menoch.consil.86.num.11.& seq. volum.4. Franc. Vegi.consil.68.nume.18.& seq.Ioseph.Ludou.commun. conclusio. quæst.16. cart.45.colum.2. Rota Bononi. decisio.4.in fine, nec affines,& agnati tali casu possunt petere reinuestiri,quia bona non reuertuntur ad ecclesiam ob finitam generationem, ita dicit Aemilia.consilio.73.nume.14.car. 171.& excellens D. Anton. Marius Canis, in causa feudi theologorum pro Illustriss. & Reuerendiss. Cardinale Papiensi consil. 2.nume.64.& seq.& nume.165.& seq.& nume.420.& seq.car.99.& 161.Iacob.Beretta consi.111.Mandosi.ad Roman.consil. 22. lit.k.Sarmenta selecta.interpræ.lib.3.cap.7. cart.391.Rota Bonon.decisio.19.

Quo verò ad alienationem cõtra pacta, uel irrequisito domino directi dominij nõ iuuaret caducitas,si bona non essent tradita realiter emptori,& possessio translata in
131 emptorem,quia † propter pœnam intelligitur,si alienauerit,& possessionem tradiderit,& emptor possideat,& sit in possessione virtute dicta alienationis, quo casu etiã si esset data licentia alienãdi,& sine ea possideret,caderet à iure suo,ut per Rimin.Iuni.consi.23.nume.176.uolum.2.consil.285. per totum,& maximè,num.146. & sequen. uol.3.cart.236.Laur.Siluan.consil.25.num. 33.Rota Perusi.decis.85.nu.7.& sequent.in 2.part.& decisio.35.nume.9. in prima part. Anton.de Fano,de pignorib.in 3.memb.2. part.nume.78.uersicu.insurgit autem Parisien.consi.100.num.23.uolum.4. Rodoan. vbi infra,nume.16.cart.517.Rolan.cons.51. num.3.8.37.& seq.vol.2.Hieron.de Monte, in quęstio.29.num.45.& seq.car.120.Vincẽti.Caroci.in capit.cùm quid de reg.iur.in 6. in 3.part.limita.2. numero 5.&6. cart.151. & Tiraquel. de iure constitut. in 3. part. limita.26.cart.183.ubi dicit,quòd non sufficeret constitutum,nec retẽtio vsufructus, & idem dicit Iul.Clar.in §.emphiteusis,q. 14.columna.1.car.84. & dicunt esse ęquiorẽ, & tenendam in iudicando,licèt dicant communiorem esse, quod per constitutum , & retentionem vsusfructus transferatur vera possessio.Rodoan.de reb.eccles.non alienã. cart.515.numero 6.& sequent. & numero 16.& licèt dominus directi dominij non possit agere contra emphiteotam alienantẽ , ut per Abba.in capit.potuit, numero.13.& ibi Imol.numer.48.& ibi gloss. de loca.tamen , quia lex fina. C. de iur. emphiteo.
132 dicit , quòd cadat a iure suo , hoc intelligitur ipso iure absque aliqua declaratione iudiciali,& sic statim , quia importat canonẽ latę sententię , & requiritur condemnator in sententia,ut per Iul.Clar. d.§.emphiteosis, q.13.in princ.& ideo as ficit rem.& potest ire contra tertiũ poss. ssocit rem,& propria authoritate ingredi possessionem bonorum ẽt ad præiudicium tertij habentis causam ab emphiteota aliẽnãte p supradicta,& per Petr. Duena regula 275. executio in 6.limita.Bero.consil.42.nu.29. & sequen.volum.3.Ripa responso.2.de iur. emphi.lib.2.cart.83.nume.1.& seq. faciunt, quæ dixi supra in repert.in uerbo.uerbum compellere,in prima part.& maximè quando iste tertius emptor, q fuit emphiteota , negaret bona esse emphiteotica,& ecclesię, ut per Ripa responso.2.numero.19. & 67. cart.84.in 2.part Innocen.& Abb.in capit. cæterum,columnn.fin. de iudic. Marsil.sing. 242.Ias.in l.ij.nume.85.quæst.32.C.de iur. emphit.Rimin.Iun.consi 546.numer.36.& seq.uolum.5.uide Caballi.tracta.diuidui,& indiui.ij.part.num.555.& sequent.car.502. quamuis Rota Perus.decisio.35.nume 7.in prima part.cart.178.temperat hanc conclusionem procedere,quando emphiteota tẽpore alienationis possideret , secus si non
133 † possideret,sed aduersarius emptor, q a tali casu non potest declarari caducitas propter talem alienationem , & allegat Ias.in d.l.fin.nume.121.C.de iur.emphit.& alios, & dicit ita posse facere minorem,& ecclesiam sine solemnitatibus,quando non possident,sed aduersarij aut bona nõ sunt incorporata ecclesiæ quia tali casu possunt etiã
134 † transigere,& compromittere, & per Stefa.Aufreri.in additio.ad Capella Tolosa.decisio. 439.Franc.Marc.decisio.188.in secunda part.cart.274.Bal.in l.præses,numero.6. & ibi Salicet.columnn.prima,uers.sed si quæramus.C.de transactio.Alciat.responso.17. nu.8.Federic.de Senis,cons.9.Anchar.consi. 156.Bald.consi.261.optime, uolum.4.Menoch.consi.73.nume.9.& sequẽ.lib.1.Tobi. Noni.consi.58.nume.11.Dec.consi.474.nume.2.Bursat.consil.55.nume.23.& sequen. vol.1.Ferret.consi.249.nume.13.& sequen, vol.1.

uolum.2.cart.28. Guliel. Rodoan.de Reb. eccles.non alien.§.emphiteuta, sup.nu.37. uers.Item limitatur ibi:Itē casu quo, cart. 321.& facit Crauet.consil. 152.num.7. & 8. vol primo, & in isto casu alienationis videtur solùm habere locum caducitas in
135 bonis tantum † alienatis, & deterioratis, & non in aliis, per ea, quæ dixi infra, decisio.6.nu.47.in 3 par.vbi de cōi Menoch. cōs.372.nu.32 vol.4.Rim. Sen. consi. 429. nu.66.uolum.3.Bero cōs.102.nu. 58.vol.1. cum alijs. Nisi inuestitura, & emphiteusis esset nulla, & inualida à principio illius, declarauit caducitatem, & cessauit in solutione & fecit alienationem, & deteriorationem, quia tali casu posset in totum annullari, & omnia bona reuerterentur (Domino uolente) ad ecclesiam, & ad Dominū Directum, vt dicit tex.in cap.sine exceptione.12.quæstio.2.& Docto.in d.l.2.C.de iur. emphi. per illum tex. & per supra allegata; si autem Dominus Directus nollet an-
136 nullare † inuestituram, nec bona auocare, nō posset cogi ab emphiteota, licèt ipse emphiteota nollet stare contractui ipso iure nullo ex defectu solemnitatis, & causæ necessitatis, aut euidentis vtilitatis, cum isto casu fauore Minoris, Fisci, pię causæ, & ecclesię contractus posit claudicare, hoc est nō ualere, si ecclesia, & Minor uoluerit, & ualere si uoluerit ualere, & hoc inuito emphiteota, & emptore, d.l.2.C.de iur. emphi.ibi uolenti ei, & ibi, si Dominus uoluerit, & per Tiraq. de nobilita.glo.8.quęst. 8.nu.68.cart.332.& de retract. cōuent.cart. 450.num. 152.in fin. Quod tamen est intellig ēdum ualere contractum, & emphiteosim in futurum adhibitis solemnitatibus, quia poterit Minor, & ecclesia cogere emphiteotam, & emptorem ad standum promisfis, & ad adhibendas solēnitates ad hoc, ut contractus sit solemniter factus, & validus, quando est vtilis ecclesiæ, aliàs, secus, & ita potest emphiteota cogere Minorem, et ecclesiam ad conualidandū contractum cū solemnitatibus, aut ad rescindē dum illum, ne semper ita suspensus remaneat, per ea, quæ dixi in tracta.de Tutore, sub nu.170.cart.170.Tiraquel.vbi supra Bernard. Alpha, in l.cum interdictæ. C.arbitr.Tutel.num.444 car.124. latè Sarmenta in tract.de redditib.eccles. in prima par. cap.2.car.35.in Tertio casu, & nu.13.& seq. & cap.3. car. 51. & maximè quando contractus est nullus propter solemnitates, & qualitates substantiales legis, & Canonis omissas, ut est in casu alienationis bonorum Minoris, & ecclesiæ defectus decreti, causa necessitatis, aut euidentis utilitatis, quia tali casu sola utilitas non facit ualere contractum, etiam uolēte ecclesia, quia impossibile est, quòd ualeat illud, quod à principio est nullum, secus si defectus esset in qualitate inducta à statuto, uel ab homine, & non in substantia, nec in forma legis, & Canonis, ut pulchrè declarat Bar.in l.cū hi, §.eam transactionem, & §.si prætor, & §.si cui.& §.fin.ff.de transactio. Curt.Iun. consi.189.nume.22.& seq uolum.3. & ita loquitur Roland. cons. 54 num.26. & 42. uol.2.& videtur tex.in l. Iulianus, §.si quis à pupillo. ff.de actio.empt.& declarat Sarmenta, ubi supra de redditi.eccl. cap.2.sub num.16.& seq.versic.ex quibus ultra Doct. cart.43 & sub num.19.cart.48. uersic. procedit similiter in ecclesia, & nu.seq.per glo. ordina.in ca.1.Ne sede uacan.& ibi Doct. tetigi in decisio.46. num.4. & 5. in prima part.& ita est intelligēdus Lamberting.in tract.da Contractib. eorum qui sine cert. solemni.in glos.fin.in quæst.49. & quæstio. 50.cart.471.ubi dicit magis cōmunem, contractum utilem minori, & ecclesiæ ualere ad fauorē Minoris, uel ecclesiæ, quia procedit si solemnitas non est substantialis, aut de forma legis, aut Canonis, aut si uoluerit ratificare, & conualidare contractū cum solemnitatibus substantialibus inductis à lege, & Canone, aliàs male loqueretur, per supradicta, & per tex.in l.si pupillarē §.si prætor.ff.de Reb.eor.& Rimin.Seni. consil. 702. nume. 24. uolum.4. car.93. & Guliel. Rodoan. de Reb. eccles. non alien. cart.186.numero 6.& car.190. num.13. & seq.cum & solemnitas, & utilitas, uel necessitas simul requiratur, & non utilitas tantum, & tetigi supra decis. 46. num.4. & 5.in prima part.Mandosi.de resigna.gratię. in uerbo, si in euidentem, colum.2. in fin.
137 cart.67.uersic.sola causa, † & valebit (ut ex nunc, non ut ex tunc) cum a principio sit nullus contractus, sed contrahens cum minore, aut ecclesia obligatus remanet conualidare illum (ita uolente minore, & ecclesia) cum solemnitatibus, non autem infirmare, ut dicunt supradictę authoritates, ergo si non ualet a principio, & conualidatur ex superuenientibus solemnitatibus

&

feq. Fac ergo conclufionē, quod benefi-
ciarius præfumitur in dubio emiffe melio
ramenta, et bona acquifiuiffe, et ius patro
natus erexiffe, et conftituiffe de fructib⁹,
et bonis ecclefiæ, et ecclefiaftica effecta, et
qui contrarium allegat debet probare,
quia hoc tenetur facere beneficiarius, ali-
às peccat, ut dixi fupra, num. 7. et 8. et latè
ac pulchrè per Rodoā. in tract. de Spolio.
clerico. quæft. 14. cart. 365. ubi etiam habe
tur, quomodo probatur contrarium, et te
tigi fupra hoc num 33. in princi. et infra
num. 33. et inter cætera ad unū fac femper
ut aduertas, qui pauci ad hoc confiderāt,
et eft verisfimum, quòd in omnibus red-
ditibus, prouētibus, et fructibus beneficio
rū fp deducitur oē onus impofitū, et folu
tū p fructib⁹ victū et veftitū, et fic alimē-
ta neceffaria ipfius beneficiarii cōfidera
ta hodie qualitate beneficiarii, et benefi-
cii, et deductis illis alimētis et oneribus, il
lud qđ fupeft dicitur redditus, et fructus
beneficii, et fubiacet regulis, et canonis di
fponētibus de fructibus, et redditibus be-
neficii, et đ dictis alimētis p̄t difponere ad
eius libitū beneficiarius, et teftari, et uē-
dere, et dare cui uoluerit, et tranfit ad hæ

 redes

ædes patrimonium suũ proprium acquisitum ex sua industria, & labore, pro ut facit de dist ributionibus quotidianis, anniuersariis, diuinis officijs, & decimis personalibus, vt dixi supra d. decisio. 222. nu. 24. & decis. 27. numero 75. hac 2. part. & decis. 7. num. 71. & seq. in 3. part. cart. 255. in decis. 5. nume. 11. 13. & 18. hac 2. part. & Rodoan d. tract. de Spolio. quæst. 3. nu. 6. & seq. & num. 16. & seq. car. 94. & si non sunt exacti ad ratam temporis quo vixit fructibus recollectis, & sic à tempore kalẽdis Augusti in futurum poterunt eius hæredes illos fructus petere, & nõ transibũt ad successorem in beneficio virtute d. constitutionis Iulij III. quia loquitur de fructibus beneficii nõ exactis, non autem de alimentis beneficiari, & oneribus solutis, qui fructus solùm dicuntur, deductis necessariis, & sic alimentis, & oneribus realibus solutis, vt dixi in d. decis. 8. nu. 7. & seq. in 3. part. & decis. 5. nu. 11. 13. & 18. in 2. part. & per Rodoan. d. tract. de Spolio. d. quæst. 3. n. 6. & seq. & n. 16. & seq. & quæst. 5. cart. 155. Adeo quòd si beneficiũ ẽ adeo tenue, qđ fructus non excedant alimenta, non dicetur habere fructus beneficii, sed beneficiarii, & loco mercedis erunt, sicut habent alii curati Mercenarii, vt patet sen sui, & ex supra allegatis, & erunt ipsius beneficiarii, & suorum hæredum, & non successoris, & hæc secreta, & grossis non nota, non penetrauit R. Vicarius Sarzanẽsis anno 1584. in causa mota per Rectorẽ beneficiatũ Terræ Arliæ Fiuizani contra homines dictæ Terræ Arliæ occasione primitiarum, uel decimarum suorum antecessorum, & sic petebat pro annis viginti, & vltra, & fuit dictum per homines Terræ Arliæ, non teneri ad soluẽdum, cùm solutæ fuerint antecessoribus Rectoribus, & casu quo nõ essent solutæ ad eũ nõ spectare nisi pro tẽpore, quo ipse fuit beneficiarius, sed ad hæredes dictorum Rectorum præmortuorum, cùm sit decima personalis, quæ habetur pro quolibet capite domorum, & non pro bonis, sed pro laboribus, & Sacramentis administratis, vt ẽ tex. in c. ad apostolice, & ibi glo. in verbo psonales, & in cap. peruenit, de decimis, & sentit Sarmenta in tract. de Redditib. eccles. in 2. part. cap. 7. num. 19. cart. 103. & in 4. part capit. primo, num. 14. car. 187. & dixi infra, in terminis, in decisio. 8. nu. 71. & seq. cart. 255. in 3. part. Octauia. Pedemõt. decisio. 99. num. 17. & seq. & num. 22. & 23. cart. 391. & etiam quia tale beneficiũ erat ita tenue, quòd fructus non solùm alimẽta non excedebant, sed etiam non erant sufficientes ad victum, & vestitum, quo casu (vt supra sæpius dixi) non erant fructus beneficij, sed beneficiarij, & non trãsibũt ad successorẽ in beneficio, sed ad hæredes dictorum Rectorum præmortuorũ, si solui debuissent, & tamẽ iste Vicarius iuuenis condemnauit homines ad dandum quartarium frumenti pro fumo fumante domorum, pro toto tẽpore viginti annorũ, & vltra, a qua fuit appellatum, & causa commissa Archiepiscopo Florẽtino, q cuncta rimabit, & secundum iura, & canones pronuntiabit ex lege iustitiæ, & etiam considerabit æquitatem considerata mà Rota Romana circa fructus perceptos, & decursos tempore beneficiariorũ præmortuorum non soluendos futuris successoribus, soluta pensione per conductores, vel Sacramentis administratis, & laborib⁹ factis per antecessores, de quibus dixi supra in decisio. 46. numero 52. & ibi in additio. in prima par. Afflict. decisio 87. numero 7. & 8. Crauet. consil. 873. numero 1. & 2. volum. 5 Alexander consilio 154. numero 1. volumine 6. Felyn. in cap. veniens, il primo, de Testib. & in Repertorio suo, in verbo, prælatus potest illud, car. 470. & facit Nigusan de pignorib. in 5. par 4. memb. num. 12. & seq. in 5. conclusio. cart. 135.

Ad secundum fundamentum sub num. 8. quòd præsumitur emisse intuitu & nomine ecclesiæ, etiã q de bonis suis Rector acquireret, & soluere melioramẽta, Respõdetur supradicta procedere in dubio, 
33 ne delictũ sequatur, & Rector † incidat in peccatũ, ut ibi, & per Rodoan. in tract. de Spolio. cleri. q 14. nu. 2. & seq. cart. 365. secus quando clarè cõstat, de quibus bonis dicta melioramenta emit, & soluit, ac cuius nomine, nã tunc sumus in claris, in q̃bus non est opus cõiecturis, ut dicit Paul. de Cast. in l. licẽtiã. C. de Epis. & cleri. Paul. Pic. cõs. 50. nu. 42. Bero. cõs. 7. n. 7. & seq. volum. 2. & tetigi supra, num 4. & 5. At in casu isto apparet R. Christophorum Carpanum Canonicum emisse dicta melioramenta de bonis patris sui, cum pacto luẽdi, quia non habebat ad manus pecunias,

&

& etiã emit, ut R. Christophorus Protonotarius; Decanus, & Canonicus dictæ pbẽdæ, & sp postea se tãtũ Decanũ nominauit, & sic nõ nomine ecclesiæ; Secũdo quia in dicta emptione melioramentorũ fuerunt multa pacta facta inter venditoré, & emptoré, q̃ nõ erãt necessaria si nomine pbédæ emisset, quia bona, & melioramenta fuissent reuersa ad ecclesiã, & cõfusa ac cõsolidata ꝓprietas cũ vsufructu, & nõ erat amplius ad aliquid aliud obligatus restituens, & dãs melioraméta; Tertio, quia vénditor voluit, q̃ R. Christophorus emptor esset obligatus manutenere fictũ, & redditũ annuũ, quem ipse soluebat; Quarto, quia R. Christophorus iurauit, obligauit, & ꝓmisit non nomine ecclesiæ, sed pro se, & hæredibus suis, quę omnia fuissent frustratoria, si nomine ecclesiæ emisset, per supra allegata, & per Marcabrun. consil. 64. num. 26 & seq car. 253. lib. 1. Bero. d. cõs. 7. num. 7. vol. 2. facit dictũ Bartol. Bellenci. de charitati. subsidi. quæstio. 49. nume. 4. cart. 43. Quinto, quia R. Christophorus, de anno 1579. locauit d. melioraméta empta alteri, & declarauit ea emissa, & locasse nomine proprio, & per se, & hæredes suos, & nõ sub nomine alicuius beneficij, quo fit quòd supradicta conclusio, quòd præsumatur emisse nomine, & intuitu ecclesiæ, limitatur non procedere, quando ipsemet præibtter, & Rector in vita † de-
34 clarasset hanc præsumptionem, & voluntatem suam, quia non est præsumptio iuris, & de iure, & potest declarari in uita per ipsum clericum, & secundum aliquos post morté per hæredes sine præiudicio tertij. Benintend. decisio. 4. colum. fin. & vide Andr. ab Exea, in tract. de pact. nume. 175. car. 80. quod non occurrit in casu isto, postea quã clericus ipsemet declarauit; ita dicit, & declarat Lap. alleg. 113. Frãciscus Olim num. 2. & ibi Appostilla lit. C. & D. Masca. de probatio. conclus. 202. num. 8 9. & seq. cart 177. libr. 1. quæ tamen, ut dixi, sunt vera, quando de bonis proprijs, aut patris sui clericus emisset. secus si de bonis eccle
35 siæ, licet nomine † proprio emisset, quia essent ecclesiæ, d. num. 7. & 32. & per Paul. Pic. d. cons. 50. num. 42. vers. circa aliud dubium, cart. 117. & conferunt, quæ dixi in tract. de Tutore, nu. 252. & seq. cart. mihi 240. in prima part. & est uidẽdus Rodoan. de Spolio. eccles. quæst. 3. nume. 13. & seq. & num. 16. cart. 120. ubi late de materia, Capra consilio 13. Dec. cons. 255. & Dec. an. consil. 37. num. 6. volum. 2.

Ad Tertium positum sub num. 10. q̃ deteriorauit dicta bona, fuit Responsum
36 supra num. 6. quia non apparet de † deterioratione notabili respiciente damnum perpetuum, & aliquæ arbores erant vetustæ, & sicchæ, & quia alia quam plura melioramẽta fecerat, & alia subrogauit loco illarum, & quia arbores incisi fuerunt positi ad vtilitatem bonorum ecclesiasticorum, & erant de plãtatis, & melioratis; quibus in casibus non habet locum pæna legis, auct. qui rem. C. de sacr. sanct. ecclesię, nec potest aliqua declarari caducitas, nec aliqua fit amissio melioramẽtorũ. Rolã. cõs. 49. n. 20. & seq. vol. 2. & ex allegatis supra, sub d. num. 6. & nu. 23. & Becci. cons. 33. cart. 54. & maximè in illis bonis, in quibus non fuit facta incisio, & deterioratio, vt tetigi in tract. de Vsufru. nu. 157. post mediũ, car. 616. in prima part. & in decis. 6. n. 47. in 3. part. & decisio. 29. & 30. hac 2. part. car. 875. Ioseph. Ludouic. decis. 55. car. 8. num. 9. cart. 49. & num. seq. & facisit adducta. per Floria. in l. arboribus, & in l. Proculus, § si arbores, & in l. hactenus, nu. 4. ff. de vsufru. & l. sed. & si qd nu. 3 ff. eod.

Circa, quartum fundamentum, de melioramentis liquidatis, & approbatis, quòd non possint peti, nisi in fine locationis, & illis extantibus, & consignatis; fuit aliquid dictum supra, n. 14. & 15. sed quia te
37 nebatur consignare, & relaxare, & † ostẽdere extinctionem sine dolo, & culpa lata, ac leui, vt sentit tex. etiam in l. domos. ff. de leg. primo, ideo fuit CONDEMNATVS * Magnificus D. Ioseph. ad illa consignãdũ intra certũ tẽpus ꝑ supra dicta, nu. 12. 13. 16. & seq. quæ consignatio, & solutio melioramentorum debet fieri unico contestu, & instrumento, scilicet
38 in una manu † consignare melioramenta, & ĩ alia soluere æstimationem, & valutam, ne unus decipiat alterum post implemẽtum unius partis, & maximè si pauper prius adimpleret soluendo pretiũ, uel melioramenta consignaret, ut animaduertit Doctus D. Ioseph. Ludouic. Rota Luca. decisio. 38. nume. 17. & seq. cart. 215. & faciunt quæ dixi supra in decisio. 13. nu. 49. & 50. hac 2. part. & per Nigusant. de pignorib. in 5. part. 5. membr. num. 4. & 15. in

fi.& nu.71.& adducta per Marzari.in Epitome fideicommiss.in 3.part.quæst.66.nu.19.& 20.cart. 19.vbi monet pauperes, & inferiores facere potentibus, & diuitibus præcepta, ne faciant melioramenta superflua,& pretiosa,ac magnę æstimationis,cũ non possint illa soluere, & intelligere velle illa bona relaxare finita locatione,& quid simile facere, quando faciunt magnas expensas,isti potentes causa semper ferè retinẽdi bona ecclesiastica, & pauperũ,de quibus etiã aliquid dixi supra,n.3.& faciunt quæ dixi infra,num....

39 Quæ autem sint † melioramenta,necessaria,quæ vtilia,& quæ voluptuaria,& quæ reparationes, dixi supra in decisio 44.numero. 59. & sequenti.& decisio 28. numero. 2. in prima par. glo.in l.ueluti nouellatũ ff.de impens. in Reb.dota. facit & Simon.de Præt.de interpræt. vltim.uolunta lib.3.solut.5. nu. 5. & seq.cart.358. Thomas Deci.cons.16.num.6.8 & seq.Rimin.Iun.cons.411.colum 3.& 4. car. 221. & cons.435.num.4.num. 70. & seq. carte. 277.vol.4.cons.90.nume.6.volum.primo, Sforza Odo. de restit. in integ. in prima part.quæstio.47.artic.6.cart.424.Petr.Nicola Mozi.in tracta.de Contractib. Tit.de locato.nu.22.& seq. cart. 99. latè Mascar. de proba. conclus. 1037. & seq.uolum.2. Docto.in l.plane,& l.seq.ubi etiam Ange. ff.de peti. hæredi. pulchrè Federic. Scot. cõs.7.& 8.& 9.lib.1.Tomo 2.car. 67.& vide nouum intellectum nõ sequutum,nec approbatum Cabal. in Milleloq. 176. in prima part. cart.68. quibus in locis habetur plenè quomodo æstimantur,& restituantur,& quid in opijs,salicibus, fossatis, aggeribus,disboscationibus, propagationibus,repositionibus,propaginibus uitiũ, arborũ,& fructuũ,& per Bar. cons. 193.n. 2.volum.primo.Bello.cons.65. nume.12. Rimin.Iun.cons.242. nu. 17. volum.3. Federic.Scot.d.cons.8 pulchrè Floria.d.cõs. primo,nu.2.cart.256.

40 Quercus † verò, Nuces, & nemus, ac sylua cædua,& omne illud quod oritur naturaliter de per se sine plantatione,& opera hominis,non dicuntur melioramenta, nec deducuntur ab emphiteota, & conductoribus,nec possunt ab illis incidi in totum,nisi pro fructibus sine licentia Domini Directi,quia naturaliter nascuntur, & sunt pars fundi,& sic Domini Directi, ut tetigi supra, nu.16. text. in l. Domos,& l. seq.ff.de leg.primo,ibi, & ædificiorũ quã stio.96.cart.10.citatibus extãtibus æstimatis,Bero.quæ vbi pulchrè facit Sebastian. Medice de compẽsa.in prima part.quæst. 10.num.31.cart. 56. ubi & an, & quando compensantur cum fructibus, & per Floria.post lecturas,in consil.primo, num.3. & seq.cart.256.& in l.arboribus, & l.proculus,§.si arbores,& l.hactenus tamen,n. 4.ff.de vsufru.vbi arbores sicche sunt emphiteote,& nõ tenetur alia subrogare,uirides sunt Domini,& Sforza Odo.de restitu.in integ.in prima part.quæst.47.arti.6. cart.424.& artic. 7. nume. 33. & 34. facit Lamberting. de Contractib. minor.cart. 99.nu.249.& seq.& uide Bertazzol.qui in distinctè loquitur cons.423. in Appostilla, lit.D.volum. 2. in criminali, cart.209. & conductor, ac emphiteota potest uti, & frui illis etiam quod à principio locationis,& conductionis non adessent dicti arbores,sed postea nascerentur, quia in cõductione,& fictaretia continerentur,attẽto quòd fundus diceretur locatus,& non fructus tantum, adnotata per D.Pile. in suis quæstionibus quæst. 56.quidam sua Aream.Corset.singula.in uerbo, frequentia,Petr.Cherard.singul.97. in coutractibus,Roland.cons.39.nume.6.vol. 3. summa Angeli in verbo, conductor. Petr.de Rauẽ,singula 613.Hippoli.singul.582.nu. 2.& lauren.Sylua.cons.76. nume. 2.3 lib. 2.cart.68.Floria.in l.item si fundi,nu. primo,ff.de usufru.An verò possit siluã,boscũ & arbores omnes incidere, & mutare faciem,reducendo bona ad culturam,uel ad pratum,& ob id possit declarari caducitas,ea,quæ allegaui supra,nume 6.uidentur concludere,quod posfit forma mutari,& non declarari caducitas,& Bero.cõs. 124.nu.3.4.uolum.primo, Ancha. Regiẽs quæst.47.nume.11.& quæst. lib. 3. Franc. Becci.cõs.33. Cæpol. de seruit. Rusti. prædio.cap.22.tit.d Mensibus,n.10.& 12.car. mihi 108. Angel. de Gambilio. consil.17. nu.41.car.68.colum.fin. in fin. per tex. in capit.ad aures de Reb.ecclesi. non aliena. & ibi Docto.& dicunt esse rationem,quia emphiteosis,& conductio ad longum tẽpus datur ad meliorandum, & ideo si meliorat,non potest puniri,nec cadere l.gracchus C.de adulter.& Menoch.consilio 13. num.17.uolum.primo,ea verò quę dedu-

ti supra nu.10 dicunt non posse incidere, nec forma mutare inuito dño, & uidet tex. i l. Neratius. ff. de vsu. & habita. & Sigismund. Loffred. consi. 28. num. 12. cart. 77. & vide Federic. Scot. Tomo 1. consi. 5. nũ. 21. & 26. libr. 1. cart. 31. qui allegat tex. in l. cædere. § ultimo. ff. arbor. fur. cæs. Tamen omnes cõcludunt, quando damnũ esset grãde, & nemus fructus, & emolumentũ non leue pareret, quod non posset mutare formam, nec arbores cedere, nisi alias subrogaret, secus si esset silua parui redditus, & zerbida, ac sterilis, vt sentit idẽ Angel. de Gambilio. in d. consi. 17. nũ 41. & seq. car. 68. & Cepol. dicto cap. 22. de montib. nume. 10. & 12. & sentit Florian post lecturas, consil. primo, colum. 2. & 3. cart. 256. & in l. hactenus nũ. 2. & 3. ff de vsufru.

Et si Quercus & arbor esset in cõfinibus conuicinorum, & in fossato, aut in Ripa, ad cognoscendum, an sit communis, uel solũ vnius, debet bonus Iudex se conferre ad locum, & uidere illas arbores, & facere zapare circuncirca, ut possit cognoscere, quo se tendunt radices principales, & maior pars illarum, & si in uno loco est nata, & in alio

41 extendit maiorem partem radicum † erit cõmunis ad ratã pro indiuiso, tex. est in §. si Titius, in fin. & ibi glo. institut. de rer. diuisio. & in l. illud quærendum. ff. pro socie. ubi loquitur de arbore, & lapide in cõfinio nata, & ibi Odofred. nec poterit tali casu ille, in cuius fundo, & Ripa nata est, aut cõfinio, illam incidere glandem, & arborem,

42 nec de illa aliquid † disponere inuito cõsocio, & conuicino, alias poterit accusari de damno dato, & tenetur conuicinus talis ad omne damnum, & interesse dicto consocio, & conuicino, maximè quando totam arborem incidit, uel diramat, secus si solum medietatem, & partem suam diramaret absque læsione totius arboris, vt per Plot. in l. si quando, num. 314. uersic. sed si Socius, & nu. 506. uersic. Socius, vel frater. C. vnde ui, qui cæteros allegat, & faciunt, quæ dixi hic infra, num. 49. uersic. si melioramenta. & supra in decisio. 13 nu-

43 me. 17. in prima part. In † dubio autem præsumitur arbor esse illius, cui magis adheret & in eius loco habet plantã. d. l. illud quęrẽdũ, & ibi Odofred. & tex. in §. Riparũ in fin. instit. de rer. diuisio. pulchrè Ferrant. Gargia, in patroc. 95. certi iuris ẽ, cart 400. facit dicta Bald. in cap. olim, de pscript. Alexãd. in l. si cõuenerit, §. si nudus ff. de pignora. actio. Ruin. cõs. 53 nũ 4. uol. 4. & Hiero, de Monte, in tract. de finib. c. 3. & ideo si arbor habet plantã, & nata sit in meo, & conuicinus cõfinans ramos, & uites extendit super arbores suos, nõ acquirit †

44 aliquius, & ego possum non solùm amouere, & reducere uites, & ramos ad meum fundum, sed etiam ad pedes incidere, & non possum accusari à conuicino non obstante statuto aliquo de damno dato, ita latè examinat, & concludit Ferrant. Gargia. d. Patrocin. 95. & Are. in d. §. si Titius, institu. de rer. diuisio. & vide Neuizan. consi. 58. Hinc infertur, quod arbores natæ, & ligna, ac pascua reperta a plãta pedis usq; ad uerticẽ capitis Riparũ

45 † fuisse. & esse illius, qui supra Ripam habet terrenũ connexum, & vnitum, etiam si via uicinalis, uel publica interlinearet campum, & pratum, & diuideret, quia illa uia, non obstante usque ad flumen, uel Ripam, aut terminum alterius terreni conuicini erit Dominus, & patronus, & poterit uti, & frui, & arbores incidere, nisi essent ad utilitatem publicam destinati. glos. in d. §. Riparum, in uerbo, adhærent, institut. de rer. diuisio. Bart. in l. Martius. ff. de acquir. rer. Domi. Bart. & Docto. in l. quominus, ubi etiam Ias. nu. . . . uersic. circa septimam quęstionem Bartoli, & uers. quæro, pone uendidisti mihi ff. de Flumini. Hier. a Monte in tract. Finiu Regundor. cap. 25. Afflict. in constitu, tit. quæ sint Regalia, §. uiæ, num. 15. ubi loquuntur etiam de arbore posita in medio uiæ publicę. Bald. in l. Riparum, num. 2. ff de rer. diuisio. Rimin. Seni. cõsil. 431. num. 24. uolum. 3. cart. 34. Curt. Iun. consil. 250. num. 25. uol. 3. facit Neuizan. consil. 58. ex quibus fuit bis Iudicatum

* Fiuizani, & Papiæ, castaneum, & cerrum, seu querecum positum penes fossatum, & cõfinia duorum cõuicinorum fuisse illius in cuius fundo arbor nata est, & habet plãtam, & ideo ac arbores extra uiam publicam (dalla concia del piouano, che ua a palare al prato, & caragneto de Mariano de Scanauino) esse dicti Mariani, & non communitatis usque ad fiumicellum, & Canalettum, & bona, ac arbores a flumine Abdæ citra uersus Gropellũ Põtiroli (attaccati al peggio et alla Ripa) fuisse bonorũ cõnexorũ, & cõtiguorũ ecclesię Archiepiscopalis Mediolani, & non cõprehẽdi in inuestitura illorum de Gambarellis, non ob

ſtante via vicinali, aut publica, & fructus, qui caderent in fundo conuicini eſſe Dñi
46 † arboris, & poſſe inuito Domino fundi per tres dies illos colligere, non dando damnum cõuicino, & Domino fundi, nec poſſe accuſari de damno dato, cùm id faciat lege permittente, per tex. in l. Gracchus. C. de adulter. & ſi Dominus fundi prohibet, & colligit fructus, poteſt agi contra eum actione interdicti, de glande legenda, & ad exhibendum, tex. eſt in l. Iulianus. § glans. ff. ad exhib. & in terminis ita dicit Cępol. de ſerui. Ruſti. præd. Tit. de ſemina. planta. col. 2. in princ. verſi. ſed circa plantationem arborum, & c. 1. de ſerui. itine. num. 24. verſi. quarto. ſi glans mea, & de ſerui. vrba. prędio. cap. 81. de arboribus, col. fin. & glo. in §. planè in verbo: venandi; inſtitu. de rer. diuiſio. & ideo fuit dictum, de anno 1562. domeſticos noſtros potuiſſe colligere in terra cuti Nuces cadentes in Canepariјs aliarum perſonarum tempore, quo colliguntur Nuces; quamuis Do-
47 minus † fundi poſſit colligere, aut abſcindere ramos, & fructus pendentes in ſuo fundo, niſi fuerit præſcriptum ius non incidendi per triginta annos, aut quadraginta ſciente, & patiente Domino. l. 1. ff. de glande legend. & l. 1. §. deinde, & ibi glo. ff. de arbori. cedend. late Neuizan. conſil. 58. car. 489.

48 Et quando † emphiteota, vel cõductor promittit tot arbores, & vites plantare quolibet anno, vel quid aliud facere, non poteſt expenſas factas in illis arboribus, & melioramentis conuentis repetere, ſed intelligitur fuiſſe conuẽtum inter partes, ꝙ emphiteota, & conductor illas, & illa faciat ſuis expenſis, & ob id locatorem pro minori pretio locaſſe, & illam promiſſionem fuiſſe partem pretij penſionis, ſecus ſi ſolum fuiſſe in inſtrumento locationis dictum, quod promittit conductor meliorare, & non peiorare, quia tunc non eſſet tale pactum pars penſionis, ſed melioramenta, & expenſę repeti poſſent in fine locationis, iuxta ſupradicta, num. 12. 17. & ſeq. ita hęc animaduertit ſubtilis, & doctus Ari. Pin. in l. 2. in 2. par. n. 10. verſ. impenſę enim, quę fierent. C. de reſcind. vend. & ibi Appoſtilla, car. mihi 122. & ſentit Alcia. conſ. 60. nu. 5. Tomo 2. lib. 5. car. 109. quod eſt notandũ per Rectores eccleſiarũ, in inueſtituris factis, & fiendis; & faciunt, quæ dixi ſupra, deciſ. 28. nu. 27. & n. 35. car. 715. & deciſ. 29. n. 20. & 66. hac 2. par. & per Floria. poſt lecturas, in ſuo cõſi. 1. nu. 5. & ſeq. car. 256. & in l. omnium, nu. 11. de vſufru. qui ſatis in propoſito loquitur, & ſi dictũ fuit in inueſtitura, ꝙ bona reuertantur ad eccleſiam, cum quibuſcunq; melioramentis, finita locatione, intelligitur de melioramentis factis ante locationem, & non poſt, quia iſta poſſent repeti, Ferrant. Gargia patroci. 30.

49 Si melioramenta † ſunt exceſſiua, & Rector, ac D. Directus, aut vxor in dote repetenda ſit pauper, & non poſſit illa ſoluere, non dñr neceſſaria, & vtilia, & non poteſt cogi ad illa ſoluendum, ſi non vult illa ſoluere, ſed poteſt peti illa à faciente tolli, & abradi ſi terra, & fundus nõ deterioratur, nec redditur peior, q̃ eſſet, antequam illa fierent, ſecus ſi redderetur deterior, & bona dãnificarẽtur, quia tali caſu emphiteota & conductor ad modicũ, uel lõgum tps non reperit, & ſibi imputet, cur tã magnas fecit impenſas, cùm ſciret, aut ſcire deberet à principio Directum Dominum eſſe pauperem, & non poſſe illa ſoluere, finita locatione, & non fabricare de per ſe fraudem, & caſtellum aereum, vt hac de cauſa poſſit perpetuò retinere dicta bona in conductione, inuito Domino; & in damnum pauperis, vt tetigi ſupra in deciſ. 44. num. 71. in prima parte. Ari. Pinel. in l. 2. cap. 3. num. 5. C. de reſcind. ven. car. 120. Alexan. conſilio 16[illegible]. num. 3. volum. 7. Bal. conſilio 116. Columbinus, ſub nu. 4. volum. primo, Vincent. Franc. deciſio. 90. nume. 4. & ſeq. car. 105. Bertachi. in Repert. in verbo, melioramenta, car. 334 colum. 4. Egidi. Boſſi. in practi. Crimin. Tit. de principe, nume. 31. car. 348. colum. 1. & ſeq. Marciari. in Epitome fideicommiſſi, q. 66. car. 19. in 3. par. num. 19. & 20. Rota Peruſi. deciſi. 58. nume. 13. in 2. parte, car. 257. Sforza, Odo. de reſtitu. in integ. in prima par. queſt. 47. artic. 6. numer. 28. car. 424. Appoſtilla ad Afflict. deciſio. 87. nume. 3. car. 70. pulchre Hieron. Magon. Rota Luca. deciſio. 33. nu. 24. & ſeq. & numero 27. car. 12. & ideo remedium eſt, vt Dominus directus pauper, quando uidet facere à diuite tam magnas expenſa, vt proteſtetur, & intimet, ne faciat, ſub pęna amiſſionis, & nõ ſolutionis; vt dicit Marciari. vbi ſupra d. q. 66. in fi. & faciunt, quæ tetigi ſupra, ſub num. 1. uerſ.

verum

uerum est. Floria. post lecturas consilio 1. car. 256. num. 12. Sforza Odo. de restitu. in integ quæstio. 47. num. 29. car. 424. & Lap. alleg. 10. nume. 12. & ibi addi. & maximè quando conductor ædificia faceret pro utilitate aliarum rerum, & bonorum dictimet conductoris, & non locatoris, adnotata supra, nu. 28. & sentit Federic. Sco. consil. 8. lib. 1. nu. 9. & 10. Tomo 2. car. 69. & car. 292. consi. 27. nu. 9. seq. lib. 4. Tomo 3. Purpura. consi. 57. num. 11. & 12. uolum. 1. Quod secus esset, si non esset pauper, quia aut soluere esset coactus in fine locationis, & non ante, ut dixi supra, num. 12.
50 aut permittere † abradi, & tolli, & si unū elegerit, non poterit postea se pœnitere, & ad aliud transire, ut dixi in decisio. 44. num. 69. et 70. in prima par. gl. in l. utiles, in uerbo; exceptio. ff. de petitio. hęredi. & Hyppol. de fideiussorib quæst. 30. nu. 215. car. 407. ubi dicit procedere etiam, quòd esset pactum, ut posset conductor illa eleuare finita locatione, quia intelligeretur Domino Directo illa nolente, faciūt tradita per Baptist. Aym. Parmen. in tracta. de Alluuio. lib. 1. cap. 7. sub nume. 5. car. 26. & uide Bal. consi. 311. num. 4. uol. 3. car. mihi 65. Cur. Iun. consi. 165. nu. 11. lib. 2. Rolan. consi. 28. num. 27. in fine. lib. primo, Achil. Persona. de adipis. possess. num. 474. 676. 677. car. 500. Bursat. consi. 85. nume. 32. & seq. lib. 1. Bertazzol. consil. 513. car. 327. colum. pen. in fi. uolum. 2. in Criminali, & ideo emphiteota, & usufructuarius si tollit, & incidit arbores, et melioramenta, nō cadit à iure suo, si non est sibi inhibitum, secus si est factum præceptum inhibitorium, quia non potest incidere, nec tollere. Floria. in l. sed et si quid num. 13. ff de usufr. car. 16. et inter Doctores magna est altercatio, An isto casu, si Dominus decla-
51 rat se uelle soluere melioramenta † debeant ęstimari, ut cimenta, et rudera dirupta, uel ut integra, et in ædificijs posita, et existentia, et cōis est opinio, ꝙ debēt æstimari ut rudera, et dirupta, et non ut integra; alia uerò opinio asseritur magis ęqua, ut æstimentur, ut integra; ut colligitur ex supra mox allegatis authoritatibus; et per Vincen. Franc. in decisi. 110. nu. 4. car. 105. Pancirol. consi. 1. num. 92. Bursat. consi. 85. num. 32. et seq. lib. 1. Achil. Persona. ubi supra nu. 677. car. 500. et Bertazzol. in Apostilla; ad d. consi. 514. lit. A. uersic. in secunda ꝙ maior, uol. 2. in crimin. car. 325. Ego tamen sic temperarem utramq; opinionem, quòd si melioramenta sint excessiua, et magni ualoris, et non omnino necessaria, quod æstimari debeant, ut rudera, et dirupta, cùm dolosè facta presumuntur, et animo diu retinendi, ut dolus cum dolo compensetur, et in hoc multum pollet arbitrium iudicis à uerosimili; si uerò expensa non est excessiua, et grandis, et necessaria sit, aut pauper esset, statim illa bona alteri uenditurus æstimari debent ut integra, et in ædificio posita; per ea, quæ à Doctoribus sunt considerata supra de paupere, num. 49. et per Pancirol. consilio 46. num. 3. et Hieron. Magon. Rota Luca. decisio. 33. num. 27. et seq. et Sfortia Odo. de restit. in integr. par. 1. quæstio. 47. num. 28. car. 42. et Alex. consi. 162. num. 3. uol 7. et hac concordia, et conciliatione utraq; siderit æquitas, et æqualitas; et quando in aliquo fortilicio, Castro, † et Turre
52 esset facta expensa, et melioramenta; uide Vesembeci. consilio 12. sub num. 72. carte 462. lib. 2. Egid. Bossi. d. Titu. de principe, nu. 31. et Bello. consi. 10. nu. 2. car. 29. Alcia. consi. 69. nu. 20. Tomo. 3. lib. 9. car. 291.

Et quando adsunt deterioramenta, et melioramenta, tunc non soluuntur melioramenta, ut integra æstimata, sed ex una
53 manu debent ęstimari † deterioramēta, ex alia manu melioramenta, et postea statim unire utrāq; ęstimationem, qua vnione facta statim (ut calamita) maior summa trahet ad se minorem summā, et fiet bolus, et confusio, et illud qđ super erit deterioramentū, uel melioramentū erit et refici, ac solui debebit, quia ista cōfusio fit ipso iure a lege ēt, ꝙ dānum sit datum in una petia terrę, et melioramētū factū in alia; Adeo ꝙ si dānum est æstimatum pro scutis centum, et melioramentū, centum uiginti, solùm æstimatio melioramentorum reficiendorum erit de scutis uiginti, et nulla habebitur memoria alia aliorum meliorамentorum, etiam si iudex mandaret deterioramenta solui, et melioramēta cum fructibus perceptis compensari, quia intelligeretur prout iuris; hoc est casu, quo melioramenta excedant deterioramenta, et in illo excessu fiet compensatio, nisi essemus in casu caducitatis, in quo melioramēta perdunt, sed in cōem, ut tetigi supra, n. 10. ita sentit Pau. de Ca. in cōsi. 370. n. 1.

vers. sed si Iudex hoc voluisset, & num. 2. vol. 2. & dixi supra, decisio. 27. nu. 77. cart. 68. hac 2. part. sentit Roland. cons. 87. nu. 28. volum. 1. quod est notandū contra illū Iudicem, qui non intellexit, seu potius intelligere noluit tunc passum, vt dicit Bal. in consil. 285. in fin volum. 1. & tetigi supra, in decisio. 30. num. 41. in prima part. & consului ad fauorem Caballi, de Sala, pauci dies sunt in hunc, qui sequitur modū latè declarādo hāc immistionē, & vnionem deterioramentorum, & melioramētorū, qđ consiliū hic inserere pro iuniorib⁹ ad maiorē intelligentiā ꝓposui, & est tale.

Causa Caballi est tam clara, quā quod clarissimum, circa liquidationē dānorū, & melioramētorū, videlicet quòd melioramēta debent sibi solui, & deterioramenta confundi cum melioramētis, & quando melioramēta excedunt deterioramenta, illud excessum dicitur melioramentū, & illud debet solui tātū, tex. est clarus, in l. Domos, & l. seq. ff. de lega. primo, ubi dicitur (Domos hæreditarias exustas, & hæredis numis extructas, ex causa fideicōmissi post mortem hæredis restituēdas boni uiri arbitratu (sumptuum rationibus deductis, & ędificiorum quātitatibus extātib⁹ æstimatis) Respondi) vbi apparet, quòd hęres, qui fecit melioramenta in domo exusta, tenetur illam fideicōmissario restituere, sed fideicōmissarius debet videre quantum expendidit hæres, & quantum remansit de ædificio, & ruderibus exactis, & soluere fide cōmissarius illud, quod supererit de sumptibus deducta æstimatione ædificiorum existentium, ne plus debito sit solutum, vt dicit tex. in d. l. quòd si nulla, q̄ sequitur post d. l. domos, & hoc non solū habet locum in illa domo, in qua facta sunt melioramenta, & deterioramenta, sed etiam si in una esset factum damnum, & in alia melioramentum, statim à lege ipso iure fit immixtio, & cōpensatio, quo ad solutionē, & restitutionem fiendam, & vnus casus non consideratur separatus ab altero, nisi quo ad æstimationem, quo verò ad excessū, fit restitutio, ut ibi pulchrè Floria. post lecturas, in cons primo, nu. 7. car. 256. & sentit Rolan. cons. 87. num. 28. volum. 1. cart. 432. doctrina est Bart. communiter recepta. in l. si negotia. ff. de Negotiis gest. Cur. Iun. Papiensis cōs. 165. n. 14. volum. 2, & tetigi in decisio. 27. nume. 77. cart. 687. & decisio. 32. num. 52. in 2. part. & prædicta procedunt etiam, quòd Iudex diceret, quòd damna, & melioramenta in executione liquidētur, & quòd fructus à die litis motæ retro compensentur cum melioramentis, quia sententia ita intelligeretur, & sic prout iuris, scilicet quòd si excedunt melioramenta damna; illa compensetur cum fructibus ꝑceptis à die litis motæ retro, nam sententia Iudicis, cū sit hominis, & non legis, debet reduci ad sensum iuris cōmunis, & secundū illud interpretari, nam Iudicis, & hominis sententia in dubio talis esse intelligitur, qualis de iure esse debet, Crauet. cons. 23. nu. 2. consil. 45. numero 5. libr. 1. consilio 597. nmuero 3. & num. fin. in fin. uolum. 4. dixi in d. decisio. 27. nu. 73. & 74. in hac 2. part. & hoc ita est intelligendū, ne ex eadem cā q̄s cōtrarias reporter sententias, scilicet pænam, & præmium, hoc est damna, & melioramenta, ꝙ ullo modo Iudex non potest facere, ita ad literam docet Bald. in l. siue hęreditaria, uersic. Tertio, & vltimo nota, & uersic. nota ergo quod licet, ff. de negotiis gest. & puerile est dicere (ut dicebat puerilis ille Iudex) ista sententia dicit clarè, ꝙ melioramenta cōpensentur cū fructibus ꝑceptis à die litis motæ retro, & cū sententia hoc dicat, sumus in claris, & illa debet attendi, & nil aliud q̄rere, q̄a fuit Responsum, & ita nunc respondetur, & legaliter, ꝙ bene sententia dicit, ꝙ melioramenta cōpensent̄ cū fructibus (licèt iniustissima, & cōtra terminos legis. d. l. domos, & l. seq. ff. de leg. primo. & ea, q̄ dixi in d. decis. 27. num. 79. in fin. & nu. 80. in hac secūda par. cum iste Caballus fuerit, & sit Tertius emptor, & bonæ fidei possessor, & uti Dominus rei hoc fecerit, & non nomine alieno, ut ibi dicunt Docto. & Ioan. Campesi. in consil. 41. num. 9. libr. 1. Responsorum diuersorum, car. 90.) sed per hoc non dicit, quod deterioramenta non compensentur cum melioramentis, & quod de per se soluantur separata à deterioramentis, quia esset ipso iure nulla, uti cōtra casum. d. l. domos, & l. seq. ff. de leg. primo, & communem opinionem Doctorum, ut dixi in d. decisio. 27. n. 78. & 79. Immo reseruat iura utrique partitā respectu dānorū, quam melioramentorum, & cum hoc non dicit, & de hoc disputaт, debet intelligi (& aliter intelligi non potest nisi nulliter) secundum

cundum terminos iuris, vt scilicet melioramenta, quæ excedunt deterioramenta compensentur cũ fructibus perceptis à die litis motæ retro facta æstimatione deterioramentorum, & melioramentorum, vt dignosci possit in quantum excedunt melioramenta, vt de necessitate hac de causa fieri debet ista æstimatio, vt dicit tex. in d. l. domos, & l. seq. & præsupponunt Docto. mox supra allegati, & quod hoc sit verum, ita satis in proposito etiã explicauit Paul. de Cast. in consi. 279. num. 1. & 2. versic. sed si Iudex hoc voluit. volum. secundo, aliàs reportaret iste Caballus ex eadem causa contrarias sententias, s. damnum, & melioramenta, contra Bal. in d. l. siue hæreditaria: supra allegatum, ut igitur nõ reportet ex eadem causa contrarias sentẽtias, & sententia conformetur cum iure communi, & iudicis sententia sit talis, qualis de iure esse debet, est intelligendum, reseruasse iura damnorum, & melioramentorum liquidandorum in executione, & ꝙ melioramenta, quæ excedẽt deterioramenta (cùm ista sint iura damnorum se immisceri ipso iure cũ melioramẽtis) compẽsentur cum fructibus perceptis a die litis motæ retro; attento, ꝙ reseruatio intelligitur secundum naturam actus, cui adiicitur. l. stipulatus, versic. verum. ff. de vsur. Rimin. Sen. consi. 772. num. 61. vol. 4. car. 197. ubi dicit, ꝙ restringuntur etiam ad ea, quæ sunt de natura contractus illa verba (reseruauit iura &c.) sed natura melioramentorum, & damnorum est statim, & ipso iure (ubi concurrunt) fieri inter ipsos compẽsationem, & confusionem, ergo ita sunt verba intelligẽda, & ista sunt vera vt euangeliũ, cùm sint fundata in legib. & authoritatib. & a nemine reprobata, quamuis non sint oĩbus nota, & a paucis considerata: Immo rectè intuenti iste Caballus non deberet compensare etiam illas libras 52. cum fructibus, cùm non fuerit condemnatus à iudice in fructibus, sed absolutus, vti bonæ fidei possessor; & reseruauit iudex iura vtriq; parti circa deterioramẽta, & melioramenta liquidanda in executione, & sic non legitur ꝙ condemnauit, sed reseruauit iura, & qui iura reseruat non iudicat, neque condemnat; vt est omnibus notum, sed solùm ius conseruat, nõ autem tribuit, d. l. stipulatus, vers. verum. ff. de usur. Rimi. Sen. d. consi. 772 num. 61. & melius ad rem nostram, in consil. 737. num. 5. & 6. volum. 4. car. 143. cùm autem Dominus Medda, qui hæc noluit gustare, iudicauerit, vt fecit ꝙ Caballus melioramenta omnia compensaret cũ fructibus perceptis a die litis motę retro, & malè iudicauit, quia vt dixi, iste Caballus nõ fuit ille, qui fecit contractum nullum, sed communitas a qua ipse non habuit causam, & habebat Titulum, & bonam fidem, & erat tertius emptor, & vt verus dominus utilis, & Directi Dñij fecerat melioramenta, & murum demoliuit: quo casu ullo modo fructus cõpensat cum melioramentis, sed lucratur fructus, & melioramẽta, & solùm confundit damna cum melioramentis, ut supra declaraui, & ita distinxi, & declaraui in Repertorio Decisionum, in uerbo melioramenta, num. 2. & melius, num. 4. in prima par. & in decisio. 27. num. 79. in fi. & num. 8. in hac 2. par. & multos cęcos feci oculatos, secus si sciuisset rem esse alterius, uel nulliter alienatam a principio, vt per Lauren. Sylua. consi. 49. nu. 76. & seq. uolu. primo, car. 234. & tetigi in d. Repertorio, in uerbo melioramẽta, nu. 6. car. 1096. cũ alijs si.

Accedit interpretatio, & declaratio Magnifici D. Caroli Angeli Iudicis, qui dicit intellexisse suam sententiam prout iuris, quæ declaratio, licèt non uideatur posse fieri post unam diem, tamen cùm non sit contraria iuri, posset fieri, quia fit ad maiorem declarationem, & nõ dicitur frustratoria, & multum mouere habet iudicem, ad ita declarandum, adnotata per Nauar. in tract de Spolio. clerico. §. 1. car. 5. col. 1. Andr. de Isernia, in constitu. Regni. lib. 1. de offic. Capitaneorum, in glo. nu. 60. car. 67. colum. 2. Crauet. consi. 158. numero 7. lib. 1. tetigi in decisio. 45. sub num. 95. car. 720. in 1. par. ubi exprimere ea, quæ sub generali sermone continentur, nõ est frustratoriũ, & quæ de per se nõ faciũt plenã fidẽ, tñ multũ iuuant, & mouẽt iudicẽ iunctis aliis adminiculis ad ita credendum.

Et si non sunt petita, aut liquidata in sententia dẽtur, & possunt peti in executione, & poterit (illis probatis) impediri executio donec soluentur, quæ sunt soluenda, & si sunt petita ante sententiam, & probata in genere, sed non liquidata, debet obtinere, & pars condemnari ad illa soluendum liquidata in executione: Pau. de Cast. consi. 247. in fine, libro 1. Ias.

in l. si

in l.si in Area.ff.de cond.indeb. Rimi.iun. consf.411.nu.6.vol.4. Vincent. Fran. decis. 112.nume.16. & seq.Cæsar Contard.in l. vnica,q.24.num.16.& seq.vers.idem dicendum est.car.319.C.de momen.poss. Federic.Scot.consi.9.num.13.lib.1.tomo 2.car. 74.facit Lup.de vsur.car.38.num.127.& si in prima instantia sunt examinati testes, & factæ probationes, ista liquidatio fienda in executione debet fieri secundū probationes factas, & non possunt in alio iudicio de nouo fieri, & liquidari, vt per Simon de interpreta.ultima.uolunta. lib.3. solu.5.numer.11.car.359. gl.in l.fi.ff quòd met.caus.tetigi in Reperto.in uerbo,melioramenta,nu.14.in 1.par.

Est tamen aduertendum in ista materia emphiteotica, & in conductione ad modicum, uel lōgum tempus, vt contractus fiat purè, & simpliciter, ac sine fraude, & labe fænoris, pignoris, & vsurariæ prauitatis,
54 quia † vsura, & pignus non solum potest committi in mutuo, sed etiam in quolibet alio contractu, scilicet depositi, venditionis, societatis, locationis, census, & emphiteosis, & in quolibet alio contractu nominato, ut dixi supra, in decis.13. numero 8. in hac 2.par.Io.Botta, consilio 72.numero 10.& in emptione dixi supra, in decisio.1. 2,14.24.in societate tetigi in decisio 13.in locatione sum loquutus, in decis.32.hac 2. par.& loquitur Geminia. consilio 16. cur. iun.in l.2.§.mutuo.ff.si cer. pet. Abba.consilio 15.lib.1.& Petr.de Vbald.de duob.fratrib.in 4.par.nu.8.& 9.car.mihi 30. & Mascar.de probatio. concl.443.nu.14.uol. 1. Appostilla ad Afflic.decis.20.nu.10.& iure
55 cautum est, quod quis potest bona † sua alteri vendere, cum hoc, q debeat sibi postea illa dare in emphiteusim, & non dicitur illicitus contractus, vt tetigi in decisio. 13.nu.48.hac 2.par.Rim.sen.cons.74.n.17. & seq.uol.1.car.106.& est uidēdus Mascar. de probat.conclus.442. uolu. 2. car.336.& conclus.443.nu.14.tamen posset euenire, quòd esset potius pignoris, & mutui, quā uerè contractus emphiteosis, ut olim euenit in patria mea, quòd quidam egenus non habens modum soluendi dotem genero suo pro dote filiæ suæ dedit maiorem partem bonorum suorum alteri in emphiteosim pro annis uiginti, cum pactis illicitis contra ius, & naturam contractus, & emphiteota sibi mutuauit scutos tercentū sibi restituendos in fine locationis, & pro minori pensione solita solui, & quæ solueretur ab aliis communiter tempore contractus, & lite mota contra conductorem per hæredes locatoris fuit IVDICATVM * locationem fuisse illicitam, & sapere usurariā prauitatem, & fructus cōpensari cum vera sorte, & vltra illam esse restituendos, & maximè ex infrascriptis fundamentis, & pactis illicitis, quæ licèt aliqua aliquando solent fieri, tamen non redderēt contractū licitum, nec liberarent cōtrahentē, & emptorē a restitutione fructuū, sed solum a pęna corporali, & criminis, ut dixi supra, in decis.2. nume. 40. & decisio. 13.nu.19.22.30. 33. hac 2. par. Federic. de Senis, consilio 85.statuto ciuitatis, colu.2. uersi.non obstat, quod dicitur. Plot.consi. 19.in fi. Natta consilio 498.numero 24. & 25.uol.3.Rimin.iun. cons.218.nu.14. seq. num.52.& seq. & nume. 89. uolumine 2. car.309.

Et primo ex causa impulsiua necessaria & originaria, quę induxit hunc patrem ad locandū omnia ferè bona sua Dom.Antonio cā honoris sui conseruandi*, quæ fuit necessitas soluendi dotē, & debita sua, quę non patiebātur dilationē, & non habebat ad manus pecunias, & indigebat illis, ut ex
56 petitione † mutui constabat, quæ necessitas maximè in nobile est magna coniectura fænoris uoluisse dare interesse pro pecuniis, & pignus, ut per Bald.in l. multū.C.si quis sibi, uel alter. Bertazzol.cons.229.numero 11. in Criminali. lib.1. Mascard. de proba.conclus.442.num.5. & 9. uol.2.car. 339.tetigi in decis.1.nu.79.& 83. decis.2. nu.3.& 20.in 2.par.pulchrè. Rube. Alex.cōsilio 20.appostilla.ad Afflict.decis.20. nu. 10. & ob id locauit pro minori pensione in magna quantitate, ut cōsiderat Gemin. in consilio 16.& Mascard.de proba. concl. 443.nu.14.lib.1.car.337.

Secundo pacta contra naturam contractus, & ius commune, quæ sunt ista.

Et primo scorta, & souentio facta a conductore locatori, qui locator nō hēt se preualere de illa ad beneficiū locationis, & bonorum locatorum, sed bene fieri solet a lo
57 catore cōductori sine spe alicuius † maioris ficti & pensionis (alias esset usura) ut possit emere boues, equos, & facere expensas necessarias causa colligendorū fructuum, ut loquitur Petr.de Vbal.de duob.fratrib.

in

in 4.par.nu.8.& nu.9.car.29. Abb. in conf. 15.lib.1.cum aliis,sed ꝙ conductor det subuentionem, & mutuet in locatione locatori,hoc de raro contingit,nisi ad eius cōmodum,ut pro maiori tempore solito, & minori pensione bona sibi locantur.& hoc est usura,ut dicit Geminia.allegato.consi. 16.& Pet. de Vbal. ubi supra et alii in d. l. 2.§.si mutuum.ff.si cer.pet.ubi Cur. iun.et Alex.cons.20.Secundo, quod possit facere quascunque expensas,& melioramenta,et sic non solum ea quę respiciunt utilitatem perpetuam,sed etiam utilitatem colligendorum fortunam, et quæ non durant vsq; ad finē locationis, et sic per annos uiginti,
58 quæ † expensæ non tenetur locator reffice re de iure, quia conductor tenetur ipse facere expensas suas pro recolligendis suis fructibus, et quæ durant tantùm pro tpe suæ locationis,et non locator. Bar.in l.impēsæ.ff.de impens.in reb.dota.facta.Alex. in l.diuortio.§.impēdia.ff.sol.matrim.Menoch.de arbitr.iudic.casu 215.dicēs ipsum fuisse interrogatum a Pio V. Pont. Maximo,et tetigi in decis.28.nu.28.29.et 32.in hac 2.par.Alex.cōs.4.uideretur stantibus, sub nu.6.uers.impensam etiam reparationis,uol.5.car.8.

Tertio,ꝙ teneatur locator statim illa li
59 quidata † melioramenta,et expensas solo iuramēto cōductoris soluere,et excōputare singulo anno in fictu,et pēsione locationis absq; aliquo augumēto ficti ad rationē,et cōputum solutionis,quod est multū usurariū,et contra ius cōmune, quia de iure solum locator tenetur soluere illas expensas,et melioramēta,in fine locationis, et solum pro æstimatione, quo ualebunt tempore restitutionis, posteaquam ante finem locationis cedunt ad commodum, et utilitatem conductoris,ut per Menoch. consilio 64.num.19.et 29.uol.1. tetigi supra in decis.28.nu.5.in hac 2.par.et in decis.44.nu.57.in 1.par.et tetigi supra, numero 12.cum ergo teneatur ante finem locationis illas soluere ante tempus soluit, et illud quod de iure non est obligatus,et ēt percipit fructus absque pensione de eo,qđ soluit,et efficitur locatoris per solutionē scilicet soluendo melioramenta,et expensas,quæ erant ipsius conductoris, fructus ex illis ad conductorem spectabant ante uenditionem, hoc est ante receptionem solutionis, post uero efficiuntur ipsius locatoris,insti.de empt.et uend. in prin.et consequenter fructus illorum melioramentorum,aliàs,et rem,et pretium haberet conductor,contra tex.et Doct.in l.curabit.C. de actio.empt.et ibi Cagnol. Didac.varia. resolu.lib.3.c.3.per totū.et sub nu.2.uersi. tetigi secūdo eadē ratione, car.mihi 236. sentit.Vinc.Fran.decis.191.nu.25.tetigi in decis.28.in additio.num.7.et 8.et decisio. 35.nu.21,et seq.in 1.par.et supra.nu.12.et ideo tenebatur de iure fructus soluere ad solitam rationē quinque pro centenario, et sic augere fictum ad ratam solutionum expensarum,et melioramentorū,ꝑ supra, et sentit Ioseph. Ludo.in commu. conclus. quæst.56.in fi.car.137.et Mascard.de probatio.concl.443.nu.14.lib.1.car.337.

Quarto,quia vult iste conductor,ꝙ locator ponat omnia semina pro primo anno,et postea cōductor in fine relaxare habeat, deinde vult, quòd semina posita per ipsum conductorem in fine conductionis, quæ excedent semina data per locatorem, dictus locator teneatur antequam recuperet possessionem, restituere dictomet conductori,aut illa soluere ad electionem ip-
60 sius conductoris,quod † pactum est diabolicum,et vsurariissimum, et est cōmoditas Leonina, nam vult, ꝙ locator egenus det conductori tam diuiti omnia semina,et ꝙ semen tantum possit petere, et rehabere, et hoc est licitum,quando locator sponte, et non coactus illa daret, quia est mutuū, et tantundem in genere solum recipere habet,sed postea vult, quod locator non ita restituere habeat dicto conductori sua semina, sed vult (stare al sicuro del guadagno)quia vult posse rehabere aut semina, aut pretium. Nam si semina erunt maioris valutæ,tpe quo erūt semenata, ultimo anno locationis,vult posse petere pretium,si autem erunt maioris ualutæ, tempore, quo possessio erit relaxanda,vult posse petere semina,quod ullo modo est tollerandū,et est pactum illicitum, et usurarium. Alex.cons.72.col.1.uol.1.Plot.cōs.74.car. 322.tetigi supra ī decis.14.n.11.ī hac 2.par.

Quinto, locauit pro minori pensione, in magna quantitate,quod ab aliis inueniri posset,et communiter locarentur dicta
61 bona,in quo casu †apertè dignoscitur hūc locatorem pro mutuo accepto,et indigentia locasse dicta bona, et conductorem uoluisse potius interusurium pecuniarum

mutuo datarum consequi, quàm ueram facere conductionem more fictabilium, & ut fieri solet locatio ut per Gemin cõs. 17. & Mascard. de prob. cõclu. 443. n. 14 li. 1. car. 337. & Alex. cõs. 20.

Sesto, quia vult iste cõductor, q̃ in casu
62 belli, pestis, & brinæ seu tẽpestatis † teneatur locator facere Restaurũ, & remissionẽ in eo, qđ verè nõ pceperit, & passus fuerit habita cõsideratione ad ratã ficti, & omissa dispositione iuris communis, quod pactũ ẽ illicitũ, & auget vsurã, q̃a vult omnino restaurum, licèt de iure cõi nõ deberetur, & etiã vult illud ante finem locationis, & sine cõsideratione boni anni cum malo, & fertile cum sterile, prout est de iure communi; l. firmio. §. pater. & l. nec semel. §. si in habitatione. ff. quando dies lega. ced. Bello. cons. 45. num. 10. Roma. singul. 389 Redditus Paris. cõs. 38. num. 12. & seq. vol. 1. & Neuiza. cons. 90.

Septimo, quia vult cõductor, quòd finita locatione locator debeat soluisse omnia melioramenta, & pecunias datas mutuò, aliàs, qđ possit retinere dicta bona, donec soluentur hæc omnia, & q̃ fructus, qui percipientur ex dictis bonis, sint loco,
63 & scontro dãni, & interesse † quod patietur pro pecunijs mutuatis, & nõ exbursatis, quod pactum est illicitum, & vsurariũ, etiã in mercatore, q̃a vult sentire cõmodũ certũ p vtilitate pecuniarũ mutuatarũ, & sic fructus pcipere, contra tex in c. super eo, & cap. consuluit. de vsur. Octa. Pedemonta. Decisio. 137. nume. 6. & 7. cart. 542. Cels. Hugo cons. 104. nu. 3. & 4. carte 354. Lup de vsur. coment. 1. cons. 6. num. 121. & seq. cart. 37.

64 Septimo, quia iste conductor † est solitus fænerari, & sic similes cõtractus fæneratitios facere, vt ex instrumẽtis duobus productis apparet, q̃ sufficiunt ad probationẽ q̃ cõiectura cũ alijs est magna, Mascard. de pba. cõclusio. 445. nu. 5. seq. & n. 13. cart. 339. volum. 2. & tetigi supra decisio. 1. nu. 18. hac 2. par.

Vnde cùm ista pacta sint cõtra ius cõmune, & repbata à iure, & aliæ cõiectu-
32 14. & seq. car. 277. & anchor, che tal † denoncia sia cõsecutiua alla cēsura, & sia sua executione, & si possa fare, ut sentit Imol. in d. cap. cõstitutis Appella. nu. 12. de appel. cart. 290. et che altrui facci delitto in loco exempto. Frãc. in d. c. Episcoporũ. sub nu. 3. de priuileg. in 6. car. 237. et Deci. in cap. ad hæc. num. 12. de priuileg. car. 25. Niente di meno ciò non procede quando operasse piu del principale, et quãdo uno fosse extra iudiciale, et l'altro iudiciale, et si ricercasse qualche cognitione di causa, come fa la denõcia ch'è giuditiale, et magis grauat & reaggrauat per supradicta, perche in modo alcuno non puol esser giudice intal causa, ut dicit Inno. in d. cap. uenerabili. de cẽsi. dõ uestando appello nõ poteua esser denonciato et affisso ceduloni; per nõ potere eseguire tal scõmunica, che è atto giudiciale, ut dixi supra nu. 28. & infra, n. 38. & Lãcel. de Atten. 2. par. c. 12. amplia. 8. nu. 7. & 8. car. 219. & lim. 3. nume. 21. & l'Appello essere superactu de futuro. Imol. d. c. cõstitutis Appellatio. num. 12. & 13. cart. 290. & d. c. bonæ. nu. 18. & 19. de Appella. car. 294.

Quinto.

Quinto, perche si puol appellare a fu-
33 turo † grauamine extraiudiciali. c. dilecti.
& c. bonę, & ibi Imol. num. 11. & de appel.
car. 294. vbi suspendit futura. Decian. consil.
34 214. nu. 2. & si dice † legitima, & ex cā iusta p
interposita, qñ è fatta per causa probabile,
& uerisimile. Imol. d. c. bonæ. num. 8. a tal
che prouata la uerità della causa di tale
35 appello, si dice esser † nullo tutto qllo, che
è fatto doppo, & cōtra tal'appello. Imol. in
d. c. cōstitutis appellatio, nu. 12. & 13. carte.
290. & potersi reuocarsi, & cassarsi, p il su
periore, & Giudice delegato. Inn. in d. c. ve-
nerabili, sub nu 4. uersic. & postea appare-
bit. de censibus. car. 267. & Imol. d. c. bonæ.
nu. 18. uers. item adde circa undecimam, de
appell car. 294. vbi loquuntur in censuris,
& però non exequitur sine cognitione cau
sæ, & ideo tal's excommunicatio nō trahit
secum executionem, & sic denuntiationē
& affixionem cedulonum. Lācel. ubi supra.
amplia. 8. nume. 7. 8. car. 219. & limit. 3. nu.
21. cart. 250. & amplia. 6. nume. 3. cart. 217.
Imol. d cap. constitutis. nu. 12. & 13. & cap.
bonæ. nu. 18. & 19. cart. 294.

Prouandosi adunque il Re, come succes
sore de Duchi di Milano, & sui agēti, esser
in pacifico possesso di visitare, & fare rēde
re li conti come protettore & defensore,
originario fondatore di tale unito hospi
tale grāde, & hauere incominciato a far
renderli cōti, & presi li libri p tal causa, &
nō ritrouarsi il S. Pietro Antonio pſente a
tale asserto impedimēto di possesso, & p al
tre cause sopra dette, apparisce esser uerifi
cata tale cā di legitimo appello, & cosi po-
tersi annullare, & cassare tali atti, & affixio
ni fatti dopò, & cōtra tali eccettioni & le-
gitimo appello.

Si dice anchora, che la dottrina dell'In-
nocētio nō ha luogo (è in actu extraiudi-
ciali,) ne detto S. Pietro Antonio Lonato,
pche il priuilegio concesso dal Summo
Pont. Leone X. alla religione d'Alchanta-
ra, & suoi caualieri particolarmente, è ta-
le, & di tal'parole pregnāti, & efficaci, che
cōprēde ogni via directa (cioè iudiciaria)
36 & indirecta (extraiudiciale) † p qual si uo
glia delitto, cōtratto, & cā, ubiq; locorum,
adnotata p gl. pen. in c. 1. in fi. de priuileg.
in 6. & Geminia. & Fran. in d. c. episcoporū,
eod. tit. facit quod dixi supra, decisi. 27 nu
... hac 2 part. Anzi per non esser suo
suddito, come dicono li priuilegij, non po
teua usare gladio spirituali contra ipsum
Reuerendum D. Iudex a quo extraiud. cia
37 liter, † defendendo se, & sua, sed gladio tē
porali, ut declarat Innoc. in d. cap dilecto.
nu. 2. & clarius ibi Franc. nume. 7 de sent.
excomm. lib. 6. & ibi Geminia. nume. 11. &
uide supra num. 20. nec iudicialiter, quia
non poterat esse iudex in causa propria, &
appellatio operantur eius effectum, ut di-
xi supra nu. 27. & 28. & se patisce interpre-
tatione alcuna bisogna ricorrere dal Pon-
38 tefice. perche † inferior non pōt interpre
tari, nec apponere manū ad notata p Gem.
in prohem. decre. §. sanè. nu. 5. cart. 4. in 6.
Dec. consil. 262. in fin. Bar. Ange. & Alex. in
Lex facto. ff. de vulg. & pupilla Alex. consil.
123. nu. 30. uol. 4. & Rebuf. in suis concord.
cart. 758. in si. Crau. consi. 137. numer. 8. lib.
1. tetigi supra, Decis. 31. nu. 63 in hac 2. par.
ubi limitaui, & in decis. 45. nu. 78. & 79. in
prima parte.

A tal che p le cose allegate, & altre de
dotte p gl'eccellentissimi aduocati del S.
Pietro Antonio apparisce tali atti fulmina
ti, & senza dilatione esser nulli, & da remo
uersi, latè p Cur. Sen cons. 20. n. 30. & seq.
& nu 56. & 60. saluo sempre in questo il mi
glior giudicio & maximè sanctę Matris ec
clesiæ Apostolicæ, die. 5 Octobris 1560. ita
Papiæ fuit IVDICATVM p D. cō
seruatorem iudicem delegatum, ut infra.

## TENOR SENTENTIAE.

DIXIT, pronunciauit, sententiauit,
& declarauit, omnia, & quęcunque
gesta, facta, & attentata p præfatū
multū reuerēdū D Iudicem ordinariū as-
sertum visitatorem post exceptionem, &
appellationem interpositam p præfatum
Ill D. Comitem, & equitem Lonatū, & eo
nomine ab assertis requisitione, precepto,
ac comminatione eiusdem reuerendi D.
iudicis ordinarij, quòd eundem Illustr. D.
Lonatum, vti excommunicatum fulminas
set, publiceque denunciari mandasset, ac
deinceps ad alia, & iuris remedia opportu-
na, aliasq; sententias, censuras, & pœnas,
cōtra eūdē Ill. D Lonatū processisset, si nō
paruisset, & p vt latius d p̄dictis omnibus
legitur in actis sup inde factis, sub die. 7.
Septebris 1580 pximè preteriti. & quæ inde
inde facta, & sequuta, post d. talem opposi
tionē, & appellationē, ac seu appellationis

fore, & esse nulla, ac nullius valoris, roboris, & momēti, ac vti de facto facta, tollēda, & remouēda esse, ꝑ vt ita ꝗ his scriptis tollit, remouet, & annullat, oīaq; in pristinū statum reducit, in quo erant tempore facti pręcepti, & Appellationis interpositę prędictæ, saluis in reliquis cuiuscunque tertij iuribus, & iurisdictionibus, & inde, &c.

BORGN. CAVALC. VIC.
Papiensis Iudex, & Conseruator.

A Qua sententia fuit Reclamatum, & querellatum, & uniuersa terra cō mota, & redditaratio supradictæ sententiæ, & illa iustificata, pro vt uidere erit in Tertia parte harum mearum Decisionum, sub Titulo de Delictis.

Et post quàm inciden ter hic cadit, materia aliqua de excommunicatione, aliquos casus quotidie occurrentes tangere tantùm pro utilitate iuuenum hic proponere decreui.

Et primo, quod quādo quis dubitat, an sit excommunicatus, & ligatus, siue sit delatus, siue occultus bonum est ad cautelam
39 potere † absolutionem fauore animę, & quo ad iudicium sufficit a principio summariè, & semiplenè probare, & apparenter de nullitate excōmunicationis, aut post appellationem fuisse denūtiatum, quia Iudex tali casu potest absoluere ad cautelam, donec lite finita aliud fuerit declaratum, vt per Abba. in cap. Apostolicę, nu. 10. de exceptio. Geminia. & Franc in cap. solet, de senten. excommun. lib. 6. Didac. prima part. Relectio. §. 12. nu. 7. & 8. uersic. de Absolutio. cart. 423. Fely. & Imol in d cap. Apostolicæ, Rota decisio. 308. si quis petat. de sent. excōmun. in nou. Felyn in cap. ueniens il 2. in fin. de Testib & Paris. consi. 28 nu. 40. & seq. uolùm. 4. Mascard. de probatio. conclusio. 699. nu. 4 & seq. cart. 87. lib. 2. Et
40 ratio esse potest, quia in dubio † fauore animæ potius præsumitur excōmunicatio ualida, & ligare, & quis potius excommunicatus, quam aliter, vt per Abba. in cap. cū ab ecclesiā, nū. 11. de offic. ordinar. & tetigi supra, decisio. 30. num . . . . hac 2. part.
41 Nec videtur fateri se esse † excōmunicatū, ꝗ petit absolutioné ad cautelā, quo ad se, & in foro contentioso, secus in foro pænitentiali, q tali casu sibi credendū est. Socin. in cap. de Monialibus, nū. 10. & seq. de senten. excōmun. car. 296. & Mascard. d probatio. cōclusio. 700. uolū. 2. Et talis absolutio ad cautelā ualet statim etiā si sit facta sine citatione partis, & Appellatione pē
42 dente fauore animæ, donec † aliud appareat, & declaretur. Geminia. in cap. venerabilibus, §. sed si, & ibi Franc. num. 3 de sent. excōmun. lib. 6. Franc. in capit. qua fronte, num. 26. 30. & num 42. & 43. & in capit. pastoralis. § si uerò, in fi. & ibi Imol. nu. 11. de appella. Dec. in d. cap. qua fronte, nu. 7. in fin. Lancellot. de Attenta. in 2. par. cap. 12. limit. 23. cart. 279. Bero. cons. 50. num. 60. & num. 78. uolum. primo. Paris. consil. 28. nū. 44. & seq. uolum. 4. Doct. in capit. solet, de
43 sent. excōmun. lib. 6. † & pōt fieri etiā ad tēpus cum reincidētia, Frāc. Marc. decis. 863. in fin. in 2. par. Dec. in capit. adhæc, in fin. & ibi Franc. num. 10. & Appostilla ad Dec. in cap. qua fronte, de appel. vbi non requiritur alia monitio transacto tēpore. Paul. Burgosi. in tract. de irregularita. in 6. par. num. 9. car. 365. & vide Caballi. in constitu. Egidia. libr. 3. cap. 4. num. 8. cart. 155.

Secundo, quod antequam Iudex excom municat aliquem ob delictum patratum, præceptum spretum, & alia commissa non obseruata, uel declaret, aut denuntiet pro
44 excommunicato, † debet cum cognitione causæ hoc facere, & citare eum, cum trina monitione, vel unica, cum tribus monitionibus ꝑemptoriæ. glos. in c. sacro approbante, per illum tex. de sent. excommunica. Didac. in Relectio. §. 9. num. 4. & seq. car. 398. Mandosi. in sua praxi, cart. 130. quæstio. 26. & quæstio. 31. Abba. in capit. Sacerdotibus, nu. 6. & 7. Ne cleri. Vel Monach. Corne. cons. 52. in hac consultatione lit. C. & seq. uolum 4. & Paul. Burgosi. tract. de irregular. §. sed quæro, car. 354. ubi dicunt procedere etiam quòd sit notorium, & manifestum deliquisse, ubi Didac. d. §. 9. sub num. 6. dicit esse communem, quando ab homine est fienda declaratio, quia posset satisfacere, & se corrigere. Franc. capit. cum sit. §. præterea, nu. 3. & 8. de appella. Mandosi. in addi. ad Roman. cons. 399. & vide Abba. in capit. quoniam, de fil. præsbit. & in cap. peruenit, de appella. & ibi Dec. & Additio. ad Dec. lit. A. Et si excommunicat sine
45 monitione, est † iniusta, sed tenet, & ligat, si habet iurisdictionem, donec reuocetur, vt per Didac. d. §. 9. nu. 6. & seq. cart. 399. Docto. in capit. fin. de foro compet. ubi uidenhar

tur tenere non procedere in forense, & vide Paul. Burgosi. de irregulari.§. sed ut magis,nume.1.& seq.& §.sed quæro.cart. 556.tex.& docto.in cap.Romana.§.porrò, & ibi Ioan.Monach.Dominc.de sent.excō mun.lib.6.& Mandosi.in additio. ad Lap. allegat.73.lit.B.cart.72.colum.3. Decian. in cap.Reprehēsibilis,num.5.de appella.& Socin.in capit.sacrò,nume.328.& sequen. de sent.excom.car.291.& quid pro præteritis,& præsentibus culpis,uide tex.in d.cap. Romana,§.porrò,§.seq.& ibi Ioan. Monach.& Dominic.nume.3.car.309. & Franc.
46 nume.3.cart.250.ubi & † forenses etiam dicuntur subiecti ratione patrati delicti, Abb.in cap.a nobis,il primo,nume.7.& 8. de senten.excommuni.Fely.in cap. cum inferior,num.1.& 2.de maior. & obedien.& ibi Abba.& Imol.nu.11.cart.305.& Felyn. in cap.prudentiam,nume.5.versic.Responde ad argumentum.de offi ordi.

Et ista prima citatio,& monitio dēt esse
47 personalis,& non ad † domum,ad hoc,vt quis possit excommunicari & dici verus cō tumax,si non est facta diligens inquisitio, nec latitet,alias secus,si constat ex actis,docto.in cap.pastoralis,per illum tex. de foro compet.& ibi latè Maria.Socin.num.13.& sequen.in 2.principali articulo,docto.in c. fin.ubi Abba.nu.6.& Felyn.eod.titu.Corn. consil.52. in hac lit.C.& sequen. uolum.4.

Si verò est forensis,& non habeat domicilium in loco delicti, sed aliunde habeat certam sedem,& mansionem,necesse est il
48 lum † citare in loco delicti personaliter, si ibi reperiatur, sin autem,citare eum extra territorium per literas subsidiales ad locum, ubi degit,& stat delinquens, & inobediens,& si iudex ille noluerit citare,nec literas exequi consulere poterit superiorem,ut eum cogat exequi, uel habebitur pro citato, & si aliter proceditur, citatio erit nulla. Bursa.consil.74. numero. 101. & sequen.uolum.1.Rimi.Seni. consil. 729. nume.18.& sequen.uolu.4.cart.133.Bossi. practi.crimin.de citatione, nume.23.cart. 75.doct.in cap.fin.de foro compet.Maran. Spec.Aur.in 6.par. de citatione,nume.40. nec poterit excommunicari, & si excommunicetur,erit nulla, secus si esset iniusta, iniqua, quia teneret, & ligaret,cap.sacro approbante, per illum tex.& in capit.per tuas,de sent.excommun.& cap.solet,& ibi Gemini.libro 5.& dixi supra Franc. in cap. cùm sit Romana.§.præterea, numero. 12. de appella.car.6.Maria.Socin.in c.pastoralis,nu.13.& seq.de foro compet. Rota decis.271.si mandato.Innoc. in cap.fi.de eo, q. met.in possess.cā rei seruā.car mihi.148. Cor.cōs.143.lit.I.& K.vo.2.Roma.cōs.482. in casu pmisso.nu.5.& 6. & ibi Mādosi.lit. E.Abba.in ca.a nobis.nu.6.De sen.excommuni.& si appellat a tali nulla citatione, & inordinato pcessu, vel a comminatione,& præcepto,vel a grauamine præsenti,
49 & futuro ante † excōmunicationē, & declarationē,aut denūtiā,& interdictū,& deinde sequatur excōmunicatio, interdictū, vel denuntiatio, tunc est nulla,& non ligat.d.c.sacro approbāte, & c. per tuas, & ibi glo.& Docto.Franc. Perusi. in c.adhæc il 2.de appella.Bal.in c.sæpe,nu.14.de appella.car.268.Dominic. cons.99.super primo,col.2.& 3.latè Cur. Sen. consilio 20. numero 30.& seq.Lancell.de Attenta.in 2.par.c.6.numero 8.& 9.& car.175.& car. 280.nu.12.vbi dicūt idē,si eēt interdictū, vel denuntiatum cum conditione, vel dilatione,& ante conditionem,aut diem,esset appellatum,& Lap.allega.73.numero 4.car.315.Franc.in cap. præterea,num.11. & 13.de appella.Lancello. de Attenta.ca. 12.limi.50.nu.176.in 2.par car.312.Bald. in cap.præterea requisiuisti, numero 1.de appella.car.266.& Fely.in c.ad probandū
50 num.6.de re.iudi.& ista appellatio † impedit effectum,etiam si extraiudicialiter sit interposita,cap.cum dilectus.de Religiosi. Domi.Ioā.Saison.in consuetudin. Tours. car.35.colum.2.Abba. consilio 33.num.2. & 3.in fin.volum.primo,car.15. & in cap. Bonæ memoriæ,nu.10.& c.dilecti,num.2. de appella.Lancellot. de Attēta. cart.232. num.26.Tomas Fastol.decisio,causa.5.dubio 19.nu.2.car.637.Abba.in c.considerauimus,num.1.de electio. & supra,num.2. & vide Socin.in c.intelleximus, nume.29. de nou.oper.nuncia.cart.90.vbi etiam tāquam attentatum debet reuocari ante omnia,&per Lancellot.de Attenta.2.par. cap.11.num.31.car.193.& cap.12.limit.21. car.276.Rota decisio.36.in 2.dubio de pcura.in nouis.Didac. practi.quæst. cap.23. sub num.2.in fin. versic. illud tamen, cart. 726.Geminia.d.consi.99.col.2. & 3.Franc. d.cap. pastoralis,§. verum quia,& cap.adhæc,colum. 1.de appella.Idem est,quan-
51 do allegaretur † Iudex suspectus cum

causa legitima ante sententiam, & declarationem, ut per Lap. allega. prima, num. 1. & 2. Lancellot. de Attenta. in d. 2. par. cap. 6. num. 9 cart. 175.

52 Tertio, quod † excõmunicatus a lege, & canone, & a statuto, etiã q; sit forensis, & ignorãs, (quia tenetur scire leges, & statuta saltim sinodalia, & edicta Episcopi, ut in cap. a nobis, il primo, & ibi glo. in uerbo, Nõ nisi subditi, de sẽt. excõmunica. Didac. in Reiectio. §. Decimo, nu. 2. car. 400. & in c. si quis suadẽte diabolo 17. q. 4.) põt a suo Episcopo absolui, si non est sequuta sententia, aut declaratio hominis, cap. nuper, in fin. & ibi glos. in uerbo, Tunc erit absolutio, & ibi Abbas, num. 5. & 6. de sent. excõmun. Imol. in capit. pastoralis §. præterea, nume. 11. de offic. ordina. cart. 282. lib. primo, Geminia. in cap. placuit, nu. 1. causa. 6. quæstio. 4. cart. 245. Socin. in cap. officij, num. 11. de sent. excommun. cart. 373. Abb. in cap. graue, & ibi glo. de præb. Geminia. in cap. Romana §. caueant, nu. 4. de sent. excommun. libr. 6. cart. 309. & hoc nisi a canone, uel a statuto, aut a cõstitutione sit reseruata absolutio ipsi Papæ, aut Episcopo, cap. nuper. de sent. excommu. Franc. in cap. qua fronte, num. 43. de appella. sentit Geminia. in d. cap. placuit, nume. 1. causa. prima quæstio. 4. car. 245. Socin. d. cap. officij, nu. 27. & seq. cart. 375. colum. 3. si uero est excommunicatus ab homine, tunc non põt absolui, nisi a Papa, aut ab illo, qui condemnauit, & qui absoluit peccat, & puniri potest, ut dicũt supra allegata; & ideo Illustrissimus Cardinalis Papiæ. in suo edicto facto contra Turbatores suæ iurisdictionis reseruauit sibi facultatem absoluẽdi, & illi de Mortaria, & Vigleuani excõmunicati ob inobseruantiã edicti, & ex cõicationis perierũt diuino iudicio ĩtra annũ, & paulopost, de anno 1580. ut omnibus notum est, nec ab Episcopo Vigleuani poterant absolui in foro fori, ut per tex. in c. nuper. §. fin. & ibi glo. in uerbo, tũc erit, & ibi Abba. num. 5. & 6. de sent. excommun. & tex. in capit. graue, & ibi glos. de præbẽd.

53 Exinde † occultus excommunicatus antequam sit denuntiatus, & declaratus potest agere, sententiare, & acta facta facere, Bursa. cõs. 14 nume. 6. uolum. primo. Rota decisio. 24. Nota, quod processus in antiquis Apostil. ad Vber. de Bonacursi. in sua Pract. num. 2. cart. 51. Felyn. in cap. ad prohandum, num. 5. & 6. de Re. iudi. & in Repertorio, in verbo, sententia lata æb excõmunicato, & in verbo, excommunicatus occultus, & in verbo, sequent. Roland. consil. 46. nu. 35. uol. j. Quia requiritur denuntiatio, & declaratio, & cum cognitione cau-

54 sæ † ad hoc, ut excommunicatus euitetur, & habeatur pro excommunicato, quia posset esse, & quod non esset excommunicatus, & quod iusta de causa egerit id quod facit, vt dicit Hiero. de Monte quæst. 11. num. 15. & 19. Socin. in cap. de Monialibus, sub nume. 17. & 18. de sen. excommun. cart. 297. Dec. consilio 483. nu. 27. in fin. & consi. 522. num. 7. cart. 548. Rum. consilio 153. num. 17. volum. primo. facit Ripa in l. his, cui bonis, num. 27. ff. de uerb. oblig. & Alphons. Mendoc. in tract. de compatibil. & incompatibili. benefic. in prima part. cap. 18. num. 21. seq. cart. 44. Dec. in capit. peruenit, num. 12. de appel. Franc. in c. pastoralis, §. uerum, nu. 27. eod. tit.

Quarto, q; excõmunicatus, interdictus, uel suspensus (non nulliter, sed iuste, aut iniuste,) non potest alterum quouis in loco

55 † excõmunicare, interdicere, neque suspẽdere, quia defectus est in iurisdictione, & vbique locorum excommunicatus, suspẽsus, & interdictus. Alex. cons. 41. num. 7. uolum. 5. Paul. Borgosi. de irregula. 5. car. 349. & cart. 444. num. 64. Fely. in Repertorio, in verbo. Excommunicatus in vno loco, col. 239. in fin. & col. 238. Abb. in c. quod nonnullis. in fin. De priuileg. & in cap. clericos. n. 3. De cohabit. cler. & Monac. Lãce. de Attenta. cart. 280. num. 11. & Nauarra, in suo Manuale. confessio. cap. 27. nu. 4. car. 684. quod intelligo si non est occultus, & non ignorat excommunicationem, & interdictum, per supra paulo ante dicta, & per Fely. in d. Reperto. in verbo. Excommunicatus occultus.

Quinto, quod Iudex dẽt multũ animaduertere, antequam aliquem excommuni-

56 cat, quia non † debet nisi de re graui, & in subsidium aliarum pęnarum excommunicare, & maximè debitores, vt dicit sacrum Sanctũ Cõciliũ Tridentinũ. sessio. 25. cap. 4. cart. 245. & si iniustè, aut nulliter excõmuni-

57 cat † tenetur ad damna. & interesse, & ad expensa, & actione iniuriarũ, & efficitur irregularis, si celebrat, & potest puniri, maximè quando sine cognitione causæ fulminanter hoc facit. d. c. sacro approbante. de

sent.excommuni.& ibi Doct.Lap. Allega. 13.car.54.Allega.73.& ibi Mandosi.col.1. Didac.Relectio §.9.nu.6.&seq.car 498.Nauarra.in suo Manuale confess.car.687.co.1.ca.27.nu.4 & 8 Gemini.a.c.cum medicinalis,§.superior.nu.2.& seq.de sen.excom mu.li.6.car 304.Toma.Fastol.in Decisionibus suis,causa.4.dubio.14.car.635 Fely. in cons.5.col.fi.& latè Paul.Burgosi.de irregularita.par.6.car 368.& sequē. & cart. 362.§.pena.Sicut ēt tenetur de suo, & ad

58 damna,quando† Absoluit non absoluēdū & sine citatione,& cognitione causæ, ut p Paul.Burgosi.ubi supra,car.404.nu.16. Franc. in c.qua fronte.nū 30 & 36. de appella.

Et dēt antequam absoluat excōicatum

59 iudex facere restituere dāna,& expēsas factas parti lęsæ,si pōt,quia talis sine satisfactione non potest absolui.c.parrochianos in fi.uer.ipsosque.& in cā. ex tenore, ubi gl.in uerbo dēat in fi de sen. excom. Plot. in cōsi.72.num.14.car.320.sentit Pau.Burgosi.de irregularita.in 6.par. numero 18. car.818.ubi dicit ualere,si est absolutus.& car.403.nu.11 & 16.

60 Formam autem† Absolutionis habes in constitutionibus Sinodalibus Eparus Papiæ.car.36.cap.20.& est tex.in c.ex tenore & c.ea noscitur.de sen.excō.Pau. Burgosi. de irregulari.in 6.par.num.9.car.403.ver. consequenter,& bene,ubi debet facere iurare [illegible] de parentio mandatis ecclesię & uidere,an sit excommunicatus propter contumaciā, uel propter offensam manifestā, aut dubiam,& satisfacere parti læsæ,vel cauere de satisfaciendo.

Ad vnū tn̄ aduertendum magnopere esse existimaui,ut excōmunicatus ligatus p curet absolutionē ante annum a die scientia,& intimationis,quia si perseueraret in

61† excōmunicatione iudiciali p annū possett ab inquisitoribus molestari,& tāquā suspectus de heresi de leui puniri, ob claues ecclesiæ spretas, si ex causa ciuili,& extra fidē fuerit excōmunicatus,si vero ex cā fidei erit excommunicatus,tamquā hæreticus, puniri poterit.ita Franc.& doct. in ca.cum contumelia,in fin.de heresi.lib 6 Alber.in rubr.de Heret.lib.6 quest.13 nume 34 Ludouic. Careri.de Hæresi. nume. 21. Ioan.a Royas.in singularibus suis,fauore fidei,singula. 60.Excommunicatus car.55.Ambrosi.de Vigna.Tracta.de Hæreti.numer.192.

& 193.& ibi additio.Franc.Pignæ.cart.72. quamuis Ambrosi.in d.nume.193.dicat, p excommunicati pro alio crimine,uel contumacia,quā fidei,non sunt hæreticis, nec suspecti de hæresi, sed per ordinarium seuerè pro qualitate criminis puniri posse, vt monet in simili sacrum Concilium Tridentinum,sessio.24.capit.8. Graue peccatū,car.197.& ita rescriptū fuisse Episcopo Ferrariensi circa quosdam excommunicatos,qui non petierunt absolutionem intra annū mihi dixit.M.R.Pater. Inquisitor Papiensis ualde Doctus,& practicus de anno 1585.& uide Frater Vmber.in praxi.iudicia.inquisi. cart.101.in uerbo Excommunicati,tamen ego semper consultorem, & laudarem bonum esse intra annū petere absolutionē ad euitādam sinderesim cōsciētiæ,& posset liberè &christianè viuere.

Et qui excōmunicatur ob delictū, & pcussionem factam in clericum, debet esse puber,& sic maior 14. annis, si est masculus. Si fæmina 12.annis ad hoc,ut teneatur

62 † ire Romam, si est minor annis nouem,non excommunicatur fœmina,si masculus idem si est minor decem annis,Henric.Boich.in cap.primo,nu.5.de delict.puero.car. 184 & in cap fina.& per illum tex. de sent.excomm.si maior,usq;annū 12.aut 14 respectiuè tunc excōmunicari pōt, sed Episcopus potest absoluere. d.cap fin.& ibi doct.in c.si quis suadente diabolo.17.q. 4 ubi Rebuf.cart. 186.col.2.& Abb.in cap. primo,de sent.excom.si est maior, & sic adultus,tunc debet a Papa absolui,si casus est Papalis, ut dicit Rebuf. ubi supra.cart. 587.colum. 1. uersicu. 15. & si est in anno 12. aut. 14.an dicatur pubes, & possit absolui ab Episcopo, uidetur dicendum, quod sic fauore imbecillitatis animi, & minoris ætatis. per text. gloss. Barto. & §.d.ct. in l patronus †.Sempronio.ff.de lega.3.& Bartol.in l.meminisse nume 6.ff.de offic.proconsl.legat.& videtur text.in l.prima.ff.de manumissio. ubi dicitur. Non enim maiori uiginti annis permittitur,sed minorem manumittere uetuit,iam autem minor non est,qui diem supremum, agit anni uigesimi.gloss.in l.si minor.ff.de uerbor.oblig.text.in l. prima.§. quod dicimus intra diem.ff. de successio. & l. qui ante Calendas,& ibi Paul.de Castr.ff.de uerbo. obliga.l.minores. ff.de iur.immunit.Bart. in l.secunda.§. creditum. nume. 6. 7. & ff.

si

si cert. petat. latè Sforcia. Oddo. in suo docto. tracta. de restit. in integr. in prima par. quæst. 2. artic. 7. & 8. numero. 51. & 62. car. 18. & articu. 9. quibus in locis etiam habetur. quid quando est dictum intra tempus mensis, vel ante mensem, aut in mense vel ætate. 14. annis, & quid quando a lege, & statuto, aut ab homine hoc est inductum, & per Bartol. in consilio. 76. pluries contingit, & ibi appostilla. volum. 1. Mandosi. in pract. in tracta. de ætate. mino. cap. 4. num. 15. cart. 158. & Ioan. de Sylua in tracta. de benefic. in tertia part. quæstio. quinta, nume. 28. carte. 150. quæ possunt extendi ad eos, qui volunt obtinere aliquod beneficium, uel ordinem sacrum.

---

# DE CONTRACTIBVS, DECISIO XXXIIII.

## ARGVMENTVM.

Ludentes ad cartas si faciunt partitum, & ex parte unius sit adimpletum, uel adimplendum, non potest alter se pęnitere, parte contradicente.

Partitum est conuentio clara inter ludentes ad primeram, quia est conuentio certa de incertis.

Pacta sunt obseruanda à ludentibus, & eodem modo resoluenda, quo fuerunt inita.

Pœnitétiæ non est locus quando ex parte unius fuit adimpletum, vel est adimplendum.

Contractus eodem modo debet rescindi, quo est celebratus.

Certum de incertis valet, & dicitur res clara, & apparens.

Ludentes si deponunt pecunias causa aliquid faciendi, non potest unus sine consensu alterius recedere à conuentis.

## *SVMMARIVM.*

1 *TRANSACTIO, & conuentio inter ludentes debet attendi, & non est locus pœnitentia, quando ab una parte fuit adimpletum.*

2 *Transactio est contractus innominatus, ex quo nulla oritur actio, declara, ut num. 12. & sequen.*

3 *Contractus innominatus quando res adhuc est integra, potest dissolui, & est locus pœnitentia, declara, ut nu. 14.*

4 *Conuentio, & pactum generale, & incerta nō obligat cum de quo senserint partes non appareat.*

*Promissio generalis, et incerta non valet, nec obligat, nu. 14.*

*Declara, vt nu. 12. 16. & seq.*

5 *Approbare dicitur, qui non improbat, vt nu me. 20.*

*Qui tacet consentire uidetur, nu. 5. & vide nu me. 20.*

6 *Qui potuit prohibere, & non prohibuit, culpa non caret, & consentire videtur, vide nu me. 22.*

7 *Contractus à principio sunt uolūtarij, ex post facto necessarij.*

8 *Contrarius sibi non est audiendus.*

9 *Conuentiones, & pacta vim à lege accipiunt, & sunt attendenda, & obseruandę.*

10 *Pactum semel approbatum siue sit utile, siue damnosum, debet obseruari, & non retractari inuita parte, & in pactis non est locus pœnitentia, nume. 11. & seq.*

12 *Verba dubia generalia intelliguntur secundum consuetudinem loci, & personarum illius exercitij, de quo agitur, num. 16.*

*Contractus correspectiuus non potest rescindi, altera parte nolente, nu. 12.*

13 *Implementum habetur pro impleto, si per eū non stetit, quin adimpleatur, sed per aliam partem, nu. 14.*

*Ludentes si deponunt aliquid pro aliquid faciendo, & unus adimpleuerit, vel est paratus adimplere, & alter repudiat, & nō vult ualet pactū, & conuentio, & datur depositū ei, qui adimpleuit, vel uoluit adimplere, nu me. 13. 14.*

14 *Pœnitentia non est locus, quando contractus est perfectus, & unus adimpleuit, uel adimplere*

*plere paratus est, nu. 12. & 13. & sequent.*

15 *Pactum nudum vestitur coherentia contractus, & parit actionem.*

16 *Communis usus loquendi loci, & personarũ semper debet attendi pro intelligentia alicuius sermonis, & nu. 12.*

17 *Stipulatio intelligitur per uerba obscura intellecta à partibus.*

18 *Venditio facta alicui pro eo, quod iustũ est, dicitur certa, & valet.*

19 *Legatum certum de incertis, ualet, & tenet. Certum dicitur illud, quod à contrahentibus intelligitur, uel a communi usu loquendi, nu. 12. 16. & seq.*

20 *Solemnitas eadem requiritur in distractu, quæ fuit in contractu, & num. 21.*

21 *Distractus resolui debet eodem modo, quo contractus, & nõ sufficit sola taciturnitas.*

22 *Nemo tenetur alium adiuuare, si non vult, & ob id puniri non potest.*

## DECISIO LXXVIII.

QVIDAM Scolares tẽpore Natalis anni 1560. in ciuitate Pisarum ludebant ad primierã (& essendo andato il resto tra di loro) datis cartis, vnus ibat ad primierã, & alter ad fluxum, & ille, qui ibat ad primierã debebat prius uidere cartas, postea uidere ille, q̃ ibat ad fluxũ, & trãsegerũt, & fecerũt pactũ inter se, ponẽdo oẽs pecunias in unũ, ꝙ ille, q̃ ibat ad fluxũ prius uideret, & si fluxũ non fecisset, ꝙ inter eos iret partitũ, & ita uidit cartas, & nõ fecit fluxũ, & cũ uellẽt liquidare partitũ, & erãt discordes, tertius, liquidauit partitũ, & ille, qui ibat ad primierã (nescio quo colore,) pœnitẽtia ductus, nolens dictũ partitũ amplius obseruare, uisis, auctoritate propria, cartis absq; approbatione, & improbatione alterius socij, primieram congerit, & cũ uellet totã pecuniã accipepere, alter socius excipiebat partitũ locum
1 habere debere, cũ in † transactione nõ sit locus pœnitẽtiæ ex eo, quia ex parte sua cõtractũ adimpleuit inspiciẽdo, si fluxũ fecerit, ut fuerũt concordes l. siue apud acta, & ibi oẽs docto. C. d' transact. doct. in l. iuris gẽtiũ in prin. ff. de pact. & in rubr. de verb. oblig. & ẽt q̃ a sub cõditione fuerat conuẽtũ, si fluxũ non fecerit, ualeat partitũ, quo casu nõ est locus pœnitentiæ. Barto. in l. ab emptione. col. 1. ff. de pact. Crot. in rubr. de uerb. oblig. nu. 11. Vnde fuit dubitatũ, q̃ d iuris, dũ ibi erã p̃sens illo anno mei docto.

Et primo pro parte negatiua dicendũ uidetur, ꝙ ille, qui ibat ad primierã deberet obtinere in cã, quia ille conuentio est trãsactio, ex qua nulla oritur actio, cum sit
2 † contractus innominatus. d. l. iurisgentiũ, in prin. ubi Bar. & doct. in d. l. siue apud acta. Scd'o, quia res adhuc erat integra, &
3 poterat à dicta conuentione, & † cõtractu innominato fieri digressio, cũ sit locus pœ tentiæ, l. qui pecuniã, ff. si cert. pet. & l. si pecuniã, in prin. ff. de cond. cau. dat. doct. in ru
4 br. de uerb. oblig. Tertio, q̃ a fuit † conuentum de partito in gñe, & nõ in specie, & tanq̃ nõ liquidatum, nec declaratum dicitur incertum, Ideo nõ ualet, cũ de quo senserint, nõ appareat, gl. in §. p̃tium autẽ, in uerbo, nominatus. instit. de emptio & uẽd. l. si domus, in princ. ff. de leg. 1. ubi Bart. & doct. Quarto quia, cum ille, qui ibat ad primierã, ad finẽ negaret uelle partitum facere, ipse aduersarius nõ repugnauit, nec improbauit. sed tacitè p̃misit ipsum cartas ui
5 dere, cùm † nõ improbare sit approbare. l. si filius, ff. ad Macedo. Bart. in l. quo. n. ff rẽ rat. habe. Et qui tacet, cõsentire uidetur. c. qui tacet. ubi Dy. de reg. iur. in 6. Quinto,
6 culpa non caret. qui † potuit prohibere, & non prohibuit. l. culpa caret. ff. de reg. iur. a cõtrario sensu, & ibi Deci. Sed istæ poterat p̃hibere, ne uideret cartas. Et facere partitum, ergo est in culpa, & consensisse uidetur, quia quotiescunq; quis põt cõtra dicẽdo actũ impedire. & nõ impedit, semp̃ cõsentire uidetur, vt dicit Ias. in §. item seruiana. numero. 54. instit. de actio. ex mente Bart. in l. quæ dotis, numer. 20. ff. sol. matr.

Pro parte affirmatiua ꝙ ualeret parti-
7 tũ, primo faciebat, q̃ a † cõtractus a principio sunt uolũtarii, ex post facto necessarij. l. sicut. C. de actio. & oblig. adeo ꝙ ab eis nõ põt recedi, nisi partes sint cõcordes. glo. in prin. instit. de empt. & uend. Scd'o ille, qui
8 est sibi † contrarius, nõ est audiendus. l. fin. C. de Codicil. ubi Bart. c. ex eo. de reg. iur. in 6 Sed iste in primis petiit partitum, nisi fluxũ aduersarius fecerit, postea repudiauit, ergo tamq̃ cõtrarius nõ est audiẽdus. Ter-
9 tio † cõuẽtiones, & pacta accipiũt uim a lege, ut l. 1. cõmoda. l. 1. §. cõuenerit. ff. depoŝ. Ceph. cons. 459. nu. 9. uol. 4. sed lex uult, ꝙ conuẽtiones partiũ sint obseruãdæ. d. §. si conuenerit. & l. 1. C. de oper. lib. l. secunda. C. de iur. emphyteo. & non obseruare conuentiones, est facere contra naturalẽ

æquita-

æquitatem. Cephal. consi. 461. num. 33. vo-
10 lum. 4. Quarto causa † semel approbata siue iusta, siue iniusta non pôt retractari §. eadem lege, in fin. vbi gloss. & Doct. instit. quib. ex cau. man. nõ lic. Sed iste petijt partitum, & approbauit post inspectionẽ Fluxi, & sic post implementum, iõ non potest retractari sine consensu illius, qui non fecit fluxum, & ex parte sua prius adimpleuit, & sentit. Cephal. consil. 565. num. 15. volum. 4. Rolan. cõs. 65. num 20. uolum. 4. & Anton. Cioffi. præceptor meus, consilio 109. num. 5. lib. 2. cart. 96. Quinto, quia in
11 † pactis non est locus pænitentiæ. l. sicut. C. de actio. & oblig. Anto. Cioffi. consil. 16. nu. 1. volum. 2. car. 13. co. 4. l. 2. & ibi Ias. & Doct. C. de iur. emphi.

Ad ea, quæ ꝑ parte negatiua adducebãtur, Respondebatur, vt infra. Et primo, nõ obstare primum fundamentum, uidelicet, ꝙ ex illa transactione non oritur actio, cum sit contractus innominatus, quia respondetur, quod quando ex parte unius est adimpleta conuentio, tunc temporis, non est amplius locus pænitentiæ, &
12 † maximè in casu nostro, in quo contractus est correspectiuus, & vltro citroq; obligatorius, patet quia conuenerũt, si Fluxum non fecerit de partito, & sic ipse vidit, an Fluxum faceret adeo, ꝙ ex parte sua adimpleuit Contractum, cum ad ipsum, non spectaret prima inspectio, Et per partitum poterat ita perdere partẽ pecuniæ, qui ibat ad Fluxum, sicut ille qui ibat ad primieram, cum obtinens deberet habere tertiam partem totius summę pecuniarũ, Nam partitum nihil aliud est, quàm Detractio quædam denariorum in vnum collectorum, secundum communem vsum, & consuetudinem ludentium, & loci, quæ in casu nostro dẽt obseruari, vt in simili optimè tradit Crauet. consi. 101. nu. 3. & 4. cõsil. 201. nu. 11. cõs 226 nu. 6. cõsi. 273. num. 13. volum. 2. & plura congerit Doctus Ioseph Ludo. in suis commun. conclusi. quæstion. 38. car. 84. Nam in primis considerari, & attendi debet communis vsus loquẽdi ludentium. Secundo vulgarium illius loci, sicut attenditur communis vsus loquendi Testatoris, postea vulgarium loci Testatoris. l. seruo manumisso. vbi Ias. in 2. notabil. ff. de condi. indeb. Crauet. cõs. 88. numero 15. lib. 1. Aurel. Dauid. in Tracta. de verbo. & rer. signific. cap. 7. nume. 4. car 69. Ias. in l. si constante. nume. 132. ff. solut. matri. Petr. de Barbo. consilio 95. libr. 1. Diuersorũ. cart. 224. Ioan. de Amic. consil. 152. colum. 9. in fin. Imol. consi. 21. Fely. in ca. cum M. de Constitu. uersi. & adde Inno. num. 6. & in Repertorio. in uerbo. Testator. co. mihi 635 Meritò cũ sit cor respectiuus, & ex una parte adimpletus, dubium non est, ꝙ non poterat esse locus pænitentię, parte altera reluctãte. Bar. in l. iurisgentium. §. quinimmo. colum. 2. in fin. & in l. cum mota. numero 3. C. de trãsact. Doct. in Rub. de ver. ob. & alijs rationibus inferius adducendis, & Afflict. decisio. 280. nu. 6. & ibi Apostilla. & Anto. Cioffi. præceptor meus, in d. consil. 109. nume. 4. & 5. volum. 2. cart. 96. Item etiam quia deposuerunt totam pecuniam causa liquidã
13 di partitum, quo casu quando † ꝑ eũ non stat quominus ualeat partitũ, sed per aduersarium, tũc ipse obtinere debet, quia habetur pro adimpleto, quo ad eius fauorẽ; tex gl. & Bar. in l. si rem tibi inspiciendam. §. si quis sponsionis. ff. de præscri. uer. glo in l. si oleum, in verbo præscriptis verbis. ff. de dolo. sicut quando duo deponũt aliquid causa currendi, uel lanciandi dardum, aut palum ferreum, & unus currit, vel lanciauit, & alter non vult adimplere, quia debet perdere, cum per eum steterit, vt per Rosel. consi. 46. sup prędictis, volum. 2 consilio crimina. diuersorum. Beneuenu. Strac. De Mercator. Tit. sponsalit. ver. item quæro. nu. 1. car. 120. & Franc. Niconi. in c. quoniam contra, in glo. petitiones. num. 111. de probatio. car. 128.

Secundo non nocet secundum fundamentum, quod res adhuc erat integra. Et
14 poterat esse locus † pænitẽtię, quia Respondetur, vt supra in primo fundamento, numero 7. Et additur, ꝙ licet res fuisset intègra (qđ negatur) cũ ex parte unius fuisset adimpleta conuentio, ut supra nume. 12. Nihilominus tribus rationibus non poterat esse locus pænitentię. Primo, quia est partitum petitum. & factum sub conditione, hoc ẽ nisi fluxum fecerit. & si primerã non fecerit amittat partitũ, si fecerit uincat. Qua de causa, cum contractus innominatus sit sub conditione celebratus, tũc tẽporis non est locus pænitentiæ, etiam ꝙ ex nullius parte fuisset adimpleta conditio, sed aliquis eorum uellet adimplere. Et ab aduersario fuisset impeditus, quia

haberetur

haberetur pro adimpleta, ut dixi supra nume. 13. & Bar. in l. ab emptione, colum. i. ff. de pact. & in d. l. siue apud acta, colum. fin. uersi. quæritur. quid si transactio. Crot. in Rub. de uerbo. obliga. num. 11. & sequen. faciunt no. per Felyn. in cap. cum causam. nu. 16. & seq. de testib. ubi quando aliquid a lege uel a contrahentibus est dispositũ, si illud impeditur, habetur pro adimpleto. Secundo. quia in dicta transactione præcessit stipulatio, Nam ille, qui ibat ad primieram, interrogauit alterum, si uellet facere partitum, qui respondit (uolo si fluxũ non fecero) & sic inspectis cartis, & fluxo non facto, fecerunt partitum, unde cũ ibi interuenerit stipulatio, nulli dubium est, ꝙ transactio est uestita ex cohærentia con-
15 tractus, Nam † pactum incontinenti appositum uestitur coherentia contractus, & parit actionem, Doct. in d. l. iurisgentiũ. Et in Rubrica, de uer. obligat. & d. l. siue apud acta, ubi ad saturitatem, & maximè, cum reperiatur stipulatio, qui contractus est cæteris firmior, nec potest Retractari. Doct. in d. Rub. de uer. obl. ubi Ias. in fi. nu. 10. & sequen.

Tertio non oppugnat tertium Arg. ꝙ partitum fuit generale, & incertum, quia negatur antecedens, cũ nullo pacto possit dici incertum illud, quod habet certam, & determinatam scientiam, ut patet sensui.
16 Nam quando dicitur partitum, tunc † a cõmuni usu loquendi ludentium, (qui debet ante omnia, considerari, & attendi. Bar. in l. talis scriptura. ff. de legat. & in Rubrica. ff. de nou. oper. nunt. ubi omnes Doct. & faciunt allegata per Syl. Nup. cart. 175. numer. 82. uer. limita hanc decisionẽ lib. 2. & tetigi supra numero 12.) intelligitur tertium ad primieram, & dimidiũ ad fluxum, ideo certum, & liquidum dici dēt, ad quod, ut sentit etiam Anto. Gomesi. de. contract, capit. 11. sub num. 11. uer. & ex superioribus, cart. 248. colum. 1. optimè facit id, quod habetur per Doctor in Rubr. de uerb. obligat. & in l. prima §. si quis ita. ff. eod. ubi dicunt Doct. quòd si partes dicendo. A. & respondendo. B. uoluerint intelli-
17 gere † promittis, promitto, ꝙ ualebit huiusmodi stipulatio, Et etiam, quia tantum est dicere, uolo facere partitum, quam di-
18 cere, ꝙ iustum est, sed quando † uenditio uel aliud refertur ad illud, quod iustum ē, ualet, & tenet etiam nullo apposito declaratore. Bar. in l. hæc uenditio. ff. de contrahen. emptio. ubi etiam Addent Bar. in l. si fundus. §. fi. ff. de pignori. & ibi addi. Ratio potest esse, quia illud certum dicitur, aliter non ualeret. §. pretium autem, ubi glo. & Doct. instit. de emptio. & uendit. Nam quando legatur, aut uenditur aliqua res,
19 quæ sit certa de † incertis, ualet legatum, & uenditio, ut dicunt supra allegati Doctores. Angel. in Auct. de restit. fideicommis. in fin. colum. 9. facit text. in l. pater §. uicos. ff. de lega. 2. & ibi Bar. & Pau. Vnde cum appareat de quo partes senserint, scilicet de partito, & sic certo, licet incertum hoc est quantitas non appareat, expressa, tamen cum tacitè insit in partito habetur pro expressa, & ualet pactum, tex. est in l. generaliter legato. §. fin ff. de legat. i ubi gloss. & Barto. quod uidetur etiam optime declarari per Deci in consil. 489. num. 11. Bar in l. cum seruo. §. demonstratio, in fi. ff. de contrah. emptio. An. Gomesi. de cõtractib. ca. 11. sub nu. 8. uer. nona conclusio. car. 247. col. 1. & seq & nu. 10. ubi procedit etiam de iure canonico, & si diuersimode intelligeretur partitum illud, qd' minus esset deberet intelligi cõuentum. Ant. Gomesi. d. c. 11. nume. 11. uer. & superioribus. rubr. 243.

Ad quartum fundamentum, quia non improbauit, & tacuit, uidetur approbasse, & consensisse, Respondetur, ꝙ Regula, quæ habet, quod non improbare est approbare, & qui tacet consentire uidetur, nõ procedit quando de damno captando agitur,
20 uel quod † damnum respicere possit. ut latè per Dyn. in c. is qui tacet. & cap. qui tacet. de regul. iur. in 6. Bar. optime in l. Quo enim. ff. rem rat. hab. & in l. quæ dotis, numero 10. et seq. ff. solut. matrim. & ibi Adden. adde Corse. Sing. in uerbo. taciturnitas, et ēt Marc. Mant. sing. 443. Habetis Anchara. consi. 176. col. 2. Gemin. cons. 55. col. 3. Pau. de Ca. cõs. 242. nu. 1. et 12. uo. 1. Cra uet. consi. 200. num. 7. & seq. uolum. 2. & Bello. consil. 9. nume. 4. Ruin. consil. 55. sub num. 7. uolum. 4. Sed hic clarum est, ꝙ dãnum respiciebat, si faciebat primieram, et intulit damnum, quia fecit postea primeram, quo casu non uidetur approbasse, in eius odium, Et etiam quia de necessitate erat uerbis cõtradicere, uel per aliquod signũ extrinsecum, iuxta no. in l. certum ē. ff. si cer. pet. Nam animus in mente retētus,

nihil.

nihil operatur, l. si repetēdi. C. de cond. ob causam, ut in proposito sentit Io. Petr. Sur d. cons. 136. num. 25. & seq. cart. 390 Ratio est, quia sicut illa transactio solo consensu fuit facta, ita etiaim contrario cōsensu apparente per aliquod signū externum debebat dissolui: Quia eodem modo, quo
21 celebratur cōtractus, eodem † modo dissoluitur, sed sic est quod quando cōtractus solo consensu conficitur, requiritur quod ille consensus appareat per signa apta ad illud declarandum, & non sufficit sola taciturnitas, ut in simili habetur, in cap. 1. de spons. duo. Alex. cons. 146. col. 3. uers. quia respondeo. uolum. 5. Abb. in c. tua nos. per illum tex. num. 10. de spons. Ita etiam in distractu debebat illud significari, i. e. est in l. nihil tam naturale. ubi Deci. ff. de regul. iur. Et idem in stipulatione dicendum est, maxime quando res non esset integra. Adeo quod per dictam stipulationem requirebantur uerba expressa, ut ibi in d. l. nihil tā naturale, & late per Surd. consil. 136. num. 25 & seq. cart. 390. unde cùm ipse tacuerit, apparet apertissime quod uolebat partitū habere locum rationibus supra scriptis.

Quinto, & ultimo, non obstat, quod culpa non caret, qui potuit prohibere, & non prohibuit. Quia illud procedit in casu con
22 scientiæ. & ideo quis non † tenetur adiuuare aliquem ne occidatur licet possit. ut per Deci. in d. l. culpa caret, nū. 8. & 9. Dyn. in cap. nō est sine culpa, colum. 11. de regul. iur. in 6. Et etiam, quia in casu nostro non poterat prohibere, cum de necessitate ille debebat cartas uidere, ut partitū haberet locum, quia si nō faciebat primeram, Alter habebat partitum, si faciebat ipse obtinebat, ideo erat necessaria inspectio, ergo culpa carebat, ut tetigi, supra in Decis. 27. nu. . . . i 1. par. & per tex. in d. l. culpa caret, & ibi Deci. & Cagnol. & sic his rationibus cō
* sideratis fuit IVDICATVM * Pisis de anno 1560. in festis Baccanalibus dictum partitum fieri debuisse, ac debere, nec esse locū penitentiæ. & Ego BORGNINVS CAVAL C. tunc temporis fui præsens, & prędictacōgessi, & disputaui, & fuit primo anno mei Doctoratus, 1560. ideo ne mireris, si leuia hęc & iocosa sunt, quia aliquando uidemus, che dalle spine anchor nascon le Rose; Vale.

VERVM

VERVM quia (vt alias in prima parte mearum decisionum dixi) sum quotidie multis negocijs, & causis delegatis magni momenti occupatus. Teste Illustriss. & Reuerendiss. Archiepiscopo Mediolani, veneranda fabrica, quatuor ordinarijs Cathedralis Ecclesiæ Mediolani Illustris. Collegio Boromæo, & Alexandrino, Reuerendiss. Episcopo Vigleuani, Regia Camera, & Regina Dalmatiæ, ac alijs quampluribus personis exclamantibus, & vocantibus me ad prolationem sententiarum, firmiter proposui finē huic secundæ parti mearum decisionum imponere. Tertiam vero partem vtiliorem de vltimis voluntatibus, & delictis cum pleno repertorio istius secundæ partis iam inchoactam maiori commoditate, & diebus estiuis, & feriatis perficere conabor; ideo libenti animo hanc suscipe partem, & vrbaniter considera, & fraterna caritate carpe, quia intendo semper me subijcere alio saniori iudicio; & Sanctæ Matri Ecclesiæ, vale. ex meo studiolo Papiēsi die 18. Decembris. 1585. qua Illustrissimus, & Reuerendiss. D. Hippolitus de Rubeis Episcopus Papiensis D. Meus colendissimus diuina prouidentia creatus fuit Cardinalis à Summo Pontifice SISTO QVINTO.

F I N I S.

## SERIES CHARTARVM.

†. ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ, Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn

Omnes sunt quaterniones, præter Nn qui est quinternio.

---

VENETIIS,
Apud Dominicum de Farris.
M. D. LXXXVII.

Bo[illegible]io

&

Caualcano

Decisiones

Feurzanen

To II

21


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm